



PHILOSTRATI LEMNII SENIORIS Historiæ de uita Apollonij libri VIII.

Alemano Rhinuccino Florentino interprete.

[redacted]

Eusebij Cæsariensis aduersus Hieroclem, qui ex Philostrati historia Apollonium Christo æquiparare contendebat, confutatio, siue Apologia.

Zenobio Acciolo Florentino interprete.

Omnia hæc ad Græcam ueritatem diligenter castigata, & restituta, adiectis ubi opus esse uidebatur, annotationibus per Gybertum Longolium.



Coloniæ excudebat Ioannes Gymnicus.
ANNO M. D. XXXII.

44

1532

AMPLISSIMO VIRO D. MARTINO ab Oeda Kempensi, I. V. doctori, Præposito Arnemensi, & maioris ecclesiæ Coloniensis Canonico Gybertus Longolius S. D.

Cogitanti mihi aliquandiu magnifice D. Doctor cuinam potissimũ ex Mecœnatibus nostris Philostrati historiographi facundißimi libros breuibus his horis, & succisiuo labore ad codicis Græci fidẽ castigatos & annotatos legendos offerrẽ, non immeritò, nec sine certo numine tua amplitudo sese mihi obtulit. Quod tu cũ literatißimus sanè sis, de literis & literarũ cultoribus quàm optime iudicare posses, & quod peculiaria quædam in hac Philostrati Historia extare cognouissem, quæ ad tua studia, ad tuos mores, ad stomachũ deniq; tuum plurimũ facere uiderentur. Non enim simpliciter & (ut ita loquar) nude Tyanei philosophi, quem cæca gentilitas Deo opt. Max. cõparare scilicet ausa fuit, uitam hic describit, sed ad lectoribus tædiũ, quod in tetrici ac seueri hominis gestis recensendis obrepere posset discutiendũ, multam & frequentẽ captauit occasionem, quò libros hosce multarũ & uariarum rerum cognitione refarciret, & quasi cõdimentis quibusdã suauiores redderet. Quare etiam horũ bonam facile partẽ, ad Cosmographiæ notitiã spectare, nemo mihi negauerit, qui uel primas Apollonij peregrinationes inspexerit. Quæ cũ mirifica sit, multa etiam mirifica tibi, quorũ apud alios scriptores nulla aut perq̃ exigua mẽtio fit, hic liber dabit. India fere tota & quicquid illic memoratu dignum est, graphice hic expressum est. Quid dicã quam multa de Babylonijs, Magis, Chaldeis,

Medis,

Medis, Aßirijs, Arabibus: q̃ multa de Aegypto, de Nilo & cæteris mũdi mirabilibus hic prodita sunt? Quæ (ut spero) hoc gratiore aĩo & libentius accepturus es, quod & ipse in tua illa peregrinatione (cuius miro semper cũ maximis quibusq; & doctißimis amore flagrasti) nõnulla perlustraueris, & quòd limatius aliquanto nũc & maiore cura studioq; excusa historia in manus tuas perueniet, quæ antea miris modis à quibusdam habita fuit. Absit tamen longius ab ingenio meo ut alicuius diligentiã ac labores calumnia prosequi uelim aut poßim. Verũ hoc merito culpãdum censeo, q̃ pleriq; cum multa in hoc scriptore fecisse se iactant, interim tamen ne perlegerint quidem. Hinc factum etiam arbitror, quòd insignis Philippi Beroaldi arrogantia à doctißimis quibusq; in Philostrato, quem longis præfationibus se diligentißime emendasse gloriatur, notata sit, cum fortaßis Græcum librum nunq̃ inspexerit. Ipsa enim res docet quantũ scilicet præstiterit. Nostra tamen non laudamus. Verũ hoc sine arrogãtia dictum uelim, nos quantũ fieri poterat, & ubi non uariabat Aldinum exemplar à Græco, quã religiosißime illius uestigia cõsecutos. Præterea mille loca aliter transtulimus, uersus qui uel deerant, uel diuersa ratione reddita fuerant, suis locis & numeris restituimus, deniq; exemplar ipsum ab infinitis mendis uindicauimus. Quæ si quid erunt, uel aliquam diligentiæ notam mihi dare poterunt, totum hoc Doctor doctißime pro singulari erga bonas & humanas artes, & ipsos etiam professores adfectu tibi adscribes: Quando nos omnes perpetuis exemplis ad literas capessendas adhortari non desinis. Studio

sorum omnium ab hinc multis annnis uel solus prope hic Mecœnas & unicus patronus appellari meruisti. Vale Doctor præstantissime. Ex urbe Agripina VIII. Kalend. Iunij.

APOLLONII VITA APVD *Suidam.*

Apollonius Tyaneus philosophus illustribus parentibus Apollonio & Politide ortus, quem mater cum pareret, adsistentem sibi deum & appellantem cognouit, quod ipsipse esset quem mox in lucem ederet, se autem Protea Aegyptium esse, quare factum ut suspicarentur Protei filium fuisse. Floruit autem sub Claudio, Gaio, Nerone imperatoribus, decessit sub Nerua. Silentiū quinquennale ex Pythagoræ præcepto continuit. Profectus primo in Aegyptum. Deinde ad Magos qui in Babylone habitabant, illinc in Arabiam iter instituit, omnia singulari prudentia perlustrans, & magicam artē aliaq; permulta ab illis didicit. Conscripsit autem ista: Ceremonias siue de sacrificijs. Precepta uitæ. De oraculis. Epistolas. Pythagoræ uitam. Illius autē uitam philosopho sanè dignā descripsit Philostratus Lemnius. Apollonius alter Tyaneus philosophus iunior uixit temporibus Adriani imperatoris, ut ait Agresphon in Homonymis.

INDEX RE-
RVM AC VOCVM MEMORA
bilium in VIII. Philostrati de uita Apollonij libros collectus.

A

a 3

D

deus

E

F

fortitudo

lacedæmo-

ninus

phaleri

tibicen

FINIS.

HIERONYMVS AD PAVLINVM Presbyterum.

APollonius ille siue Magus, ut uulgus loquitur, siue Philosophus ut Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertrãsiuit Caucasum, Albanos, Schytas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit, & ad extremũ latissimo Physon amne transmisso peruenit ad Brachmanas, ut Iarcham in throno sedentẽ aureo & de Tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura, de moribus, ac de cursu dierum, & syderum audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabas, Palestinos reuersus ad Alexandriam, perrexit ad Aethiopiam, ut Gymnosophistas & famosissimã solis mensam uideret in sabulo. Inuenit ille uir quod ubiq; disceret, & semper proficiens semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo uoluminibus Philostratus.

PHILOSTRATI DE VITA APOLlonij Tyanei liber primus. Alemano Rhinuccino Florentino interprete.



QVICVNQVE SAMIVM Pythagoram laudant, narrare ſolēt in primis ipſum +prius, quàm in Ionia naſceretur, fuiſſe Troianū Euphorbū, atq; in pugna mortuum reuixiſſe denuo, ſic autē interijſſe, ut de illo ſcribit Homerus. Veſtitum præterea ex+morticina materia confectū renuiſſe Pythagoram dicunt, & ab animalium omnium eſu abſtinuiſſe, nec tale quicquam omnino ſacrificandum putaſſe, quod nefas eſſe diceret, deorum aras ſanguine fœdari, ſed+libatiōibus, thureq́;, &+ laudatiōibus magis erga deos utēdum eſſe putabat: talia enim ab hominibus in deorum conſpectum peruenire. Aſſerebat inſuper ſibi compertum eſſe, deos immortales huiuſmodi ſacris longe magis, quàm hecatombe, hoc eſt centum boum ſacrificio, quamq; in caniſtro cultro gaudere: ſe enim aliquando deorū interfuiſſe concilio, atq; ab eis didiciſſe, quæ illis grata, quæ contrà haberentur. Illinc etiam accepiſſe dicebat ea, quæ de rerū natura proferre cōſueuit, cum cæteri coniecturis, & opinionibus ſibijpſis plerunq; aduerſan

+ὡς ἴων μὴ ὄντα εἶναι. Ionē nō fuiſſe, ſed Troianū Euphorbū. Nam duo fuerunt Euphorbi.

+τὰ ἀπὸ ἐμψύχων.

+μελιττοῦττα

+ἐξυμνῆσαι.

uersantibus de rebus diuinis uterentur: sibi autem Apol linem manifeste solitum apparere: præterea Palladem, & Musas, non manifeste tamen secum loqui consueuisse, alios insuper deos, quorum neq; facies, neq; nomina adhuc hominibus nota essent. Illud quoq; inter Pythagoræ laudes numerant, quicquid ab eo iussum, prolatumq; esset, id tanquam legem ab eius discipulis obseruari consueuisse, quod in cunctis ita eum colerent, ac si ex Ioue genitus, ortusq; esset. +*Silentium insuper ab eo indictum, originem à dijs traxisse arbitrantur. Multa nanq; diuina, arcanaq; ab eo dicebãtur, quæ nisi ab ijs, qui ea prædidicissent, intelligi nõ poterant,* +*ex hoc tacendi rationem ab ipso inuentam arbitrantur. Similem quoque philosophandi rationẽ tenuisse perhibent Agrigentinum Empedoclem, quod pluribus locis eius carmina testantur, quale illud est:*

+καὶ ἡ σιωπὴ δὲ ὑπὲρ τοῦ θείου σφισὶν ἐπενόηκτο. At silẽtiũ pro re diuina ab illis colebatur.

+ὅτι καὶ τὸ σιωπᾷν λόγος, quandoquidẽ & ipsum silere oratio ẽ.

χαιρετ' ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητῷ, hoc est,
Non mortalis ero, iam iamq; ualete sodales.

Similiter & illud:

ἤδη γὰρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κούρη τὲ κόρος τὲ, hoc est,
Et puer ipse fui, nec non quandoq; puella.

+*Bouis præterea simulachrum, quod in Pythagaræ laudes, ab eodem in olympia immolatum constat. Multa præterea numerare possem, ex quibus ipsum Pythagoræ imitatorem fuisse satis apparet, quæ hoc loco referenda minime censui, cum ad alia quædam properet oratio. Statui nanq; ijs, quæ de Pythagora feruntur, similia secutum Apollonium in lucem proferre, uirum & diuiniorẽ in philosophia, quàm Pythagoras fuerit, & tyran*

+βοῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι. Bos quẽ ex melle & farina cõfecerat, immolatus.

& tyrannides supergressum. Claruit autem temporibus non multum ab ætate nostra remotis, nec tamen satis nouerunt homines, quàm uere, quàm pure, sanctéq; fuerit philosophatus. Sed alius quidem hoc ab eo præclare gestum, alius uero aliud quiddã ab eo prudenter excogitatum laudat. Sunt & qui ipsum artis magicæ fuisse studiosißimum prædicant, eo quod in Babylonia cum Magis, in India cum Brachmanis, in Aegypto cũ Gymnosophistis uersatus fuerit, atque hoc ipsum calumniantur, quod quasi uiolentia quadam fuerit sapientiam cõsecutus, nõ recte quidem de tali uiro sentientes. Empedocles enĩ & Pythagoras, atq; Democritus apud Magos uersati, nullam tamen artis eius partem attigerunt. Plato enim in Aegyptum profectus, multáq; Prophetarum, sacerdotumq; illic existentium dicta suis interposuit sermonibus, & uelut egregius pictor adumbratis imaginibus colores superimponens, ne mininam quidẽ artis magicæ suspitionẽ subijt, q̃uis ob sapientiã singularẽ inuidiæ plurimũ sibi contraxerit. Iniuste igitur Apolloniũ, quod multa præuiderit, multa prædixerit, tali quisquã crimine damnauerit, non secus ac si Socratem accusent, quod à dæmone multa præsciuerit, aut Anaxagoram, quod sapienter multa ante, quàm fierẽt, præsenserit. Quis enim ignorat Anaxagoram in Olympia, cum nulla pluuiæ suspitio immineret, + pelliceã uestem indutum processisse, nec ita multo post, ingentem pluuiam secutam esse, & domum (omnium iudicio firmißimam) cum breui casuram prædixisset, corruisse? et diem quoq; momento temporis in noctem uersum iri

Magi.
Bracmanæ.
Gymnosophistæ.
Plato.
Anaxagoras.
+κῴδιον, pellis cũ ipsa lana in usum uestis parata, qua utebantur contra pluuiã.

 præuidit

præuidit:lapidem quoq; de cœlo in Aegen fluuium casurum prædixit:hæc,atq; huiusmodi alia ab Anaxagora præuisa cum summæ sapientiæ testimonium esse fateantur, eandem tamen Apollonio adimentes magicis artibus illum talia fecisse criminantur. Tantam igitur ignorantiam ex hominum mentibus remouendam esse uisum est, & simul tanti uiri uirtutes in lucem proferendas optimum censui. Demonstrandum præterea duxi, quibus temporibus, quidq; dicens, aut faciens, quo etiam philosophandi genere usus, quáue imbutus disciplina sapiens iure optimo, ac diuinus meruerit appellari. Hæc autem, quæ de ipso scripturus sum, collegi partim ex ciuitatibus, quæ illum hospitio suscepere, partim ex sacerdotum scriptis, apud quos uersatus fuit, partim etiam ex ijs, quæ multorum sermonibus de eo celebrata sunt, nonnulla etiam ex ipsius met scriptis. Ipse enim ad reges, ad sophistas, ad Elienses, ad Delphicos, ad Aegyptios, atque Indos epistolas scribens multa de dijs, de †gentibus, de moribus, de legibus, quas uarijs in locis adinuenit, testatur. Plurima uero, eadẽq; certissima in hunc maxime modum collegi. Damis fuit uir quidum non insipiens ex Nino antiqua ciuitate oriundus, is Apollonij in philosophia socius, & in peregrinatione comes, omnia, quæ ab illo in itinere gesta, uisáq; à se sunt, literis mandauit, sententiasq; eius omnes, ac uerba insuper complexus est, & quæcunq; ab eo præuisa, prænuntiatáq; fuerunt. Damidis familiaris quidam †commentarios huiusmodi ab eo nondum æditos Iuliæ reginæ notos fecit, in cuius aula cum frequentissime uersare

†ὑπὲρ ἠθῶν. Interpres legisse uidetur ἐθνῶν.

Damis.

Ninus.

†τὰς δέλτους τῶν ὑπομνημάτων.

Iulia.

uersaretur (erat enim admodũ rhetoricæ facultatis studiosa) mihi, ut transcriberentur, mãdauit: utq; uiri + cõsilia, & mores, qui in eis cõtinebantur, in ordinẽ quendam redigerem. Damis enim aperte quidẽ, sed nõ satis dextere illa + præscripserat. Incidi præterea in Maximi cuiusdam Aegiensis libros, qui Apollonij in Aegis ciuitate, res actas continebant. Sunt & ab ipso Apollonio testamenta perscripta, ex quibus plane perspici potest, + quàm studiosus, ac pene insanus amator philosophiæ fuerit. Neq; uero Mœrageni fides est adhibenda, qui libros de Apollonio quatuor scribens, multa eius uiri gesta ignorare uisus est. Quo nam igitur pacto dispersa hæc de Apollonio in unum collecta, quæ ue causa me ad hos libros componendos impulerit, satis iam dictum, & ostensum arbitror. Affert autem hoc opus honorem uiro, de quo talia scribuntur, & utilitatem nõ paruam disciplinarũ studiosis præbet, quod ex ipso ea, quæ nondum norunt, ediscendi facultatem adipisci possint. Apollonio itaq; patria fuit Tyana ciuitas græca in Capadociæ finibus posita. Pater uero eodem, quo & ipse nomine nuncupatus, genus antiquum sane; & claris hominibus fœcundum, diuitijs autem præ cæteris ciuibus abundans. Prægnanti matri + umbra quædã astare uisa est Protei Aegyptij dei, qui, ut ab Homero traditur, uarias sese in formas uertere consueuit, cuius uisu haudquaquam exterrita mulier, quid nam paritura esset, interrogauit: cui Proteus me inquit es paritura: illa uero quis nam ipse esset, interrogante, sum inquit Proteus deus Aegyptius. Quanta uero sapientia Pro

+ διατριβὰς καὶ ἀπαγγελίας.

+ ἀπαγγέλλετο.

+ ὑπεθειάζων.

Tyana.

+ φάσμα.

Proteus.
Odyss. δ.

teus fuerit, superuacum narrare censeo, præsertim iis, qui poetas legerint: ex ipsis enim oẽs nosse arbitror quàm uarius fuerit, et modo in hanc, modo in illam formam sese permutans. Ita ut illũ capere difficillimũ esset. Omnia præterea tam facta, quàm adhuc futura nouisse perhibent. Verum Protei tunc maxime decebit meminisse, cum sermo futurus ostẽdet Apollonium longe plura, quàm Proteum prædixisse, multa quoq; arcana, & intellectu difficillima interpretatum, in nullo unquam defecisse. Fertur autem in prato quodam natum esse Apollonium, +et natiuitatis modus talis esse perhibetur. Cum prægnanti matri pariendi tempus instaret, per somnium monita est, ut in pratum ad colligendos flores proficisceretur, quod cum illa postridie fecisset, ibiq; diutius esset uersata, famulæq; floribus colligendis intentæ pratum pererrarent, ipsa somno capta in herba procubuit, cygni uero, qui in prato pascebantur, quasi +in chorũ dispositi dormientem circunstetere: & alis ut eorum mos est, sublatis ingenti clangore omnia circunstantia loca replebant, leniter per prata spirante zephyro, eorum cantu excitata mulier, simul somno soluta est, & puerum peperit, quæ res stuporem cuiuis afferre potest, quod nullo obstetricis officio puer tam repente in lucem prodierit, locorum autem accolæ perhibent illa pariente fulgur è cœlo in terram decidisse, uisum repente in sublimiorem ætheris partem delatum, euanuisse, hoc ipsum, ut arbitror portendens, quod in proximo partu æditũ fuerat sublimius oĩbus, quæ sunt in terra futurum, iuxta deos habitaturum: hæc enim &

+Græcus codex addit hoc loco, πρὸς ὧ νῦν τὸ ἱερὸν αὐτῷ ἐκπεποίηται. Quo loco nūc illi sacellũ constructum est.

+χόρον ἐςήσαντο, choreas duxerunt.

quæcunq;

quæcunq; alia postea uir factus gesśit deos præmonstra re haudquaquam mirabile uideri debet. Est autẽ iuxta *Tyana aqua, Ioui(ut perhibent)sacrata, quàm indi- genæ + extinguibilẽ uocãt, fons eius frigidus sane sca* +ἀσβαμαῖ *tet:ebulit non secus,atq; igne calefactus lebes,hanc pue* ον. *ris & iuramenti fidem seruantibus uiris aspectu placi- dam,& gustu dulcem esse perhibent,periuris uero, & infidis palàm aduersatur: epota nãq; oculos, pedesq́;, ac manus peierantis inuadit,+pustulis, ac uomicis totũ* +ὑδέροις καὶ *corpus inquinans, neq; illic discedendi facultas datur,* φθόαις.i.aqua intercutẽ & *sed ibidem permanentes coram aqua ipsa suam deplo-* tabe. *rant calamitatem ,palàm quod peierarent profitentes. Eius itaq́; regionis indigenæ Iouis filium esse Apollo- nium fatebantur, ipse ueromet Apollonio se genitum asseuerabat.Procedente tempore, cum ad ætatem per- uenisset,qua literas iam discere ætas admonet, maximi ingenij,memoriæq; signa statim dedit. Lingua autem utebatur Attica, neq; illam ob gentis consuetudinem omittebat,omniumq́; oculos in se conuerterat, +cũ alio* +καὶ γὰρ ἦν. *quin esset forma conspicuus.Inde cum annum quatuor-* Tarsiæ gy- *decimum attigisset,Tarsum ad Euthydemum quendam* mnasium nominatissimũ *Phœnicen à patre deductus est. Erat autem Euthyde-* Eutydemus. *mus rhetor insignis,qui Apollonium in disciplinam su- scepit, is cum præceptoris disciplinam probaret, ciui tatis mores uehementer damnabat,contrarios illis esse iudicans,qui cum ratione uellent, uereq; philosophari: delitijs enim supra modum dediti ciues scommatibus,di cacitateq; plurima utebantur, ut facile appareret eos uestitu duntaxat,non autem sapientia,moribúsue Athe*

Cydnus. *nienses imitari.* Eorum *ciuitatem fluuius* Cydnus *præ*
terfluit, iuxta quem ciues plurima tempora cõsidentes
tanquam fluuiatiles aues ociantur, quiete aquæ pulchri
tudine quasi ebrij facti, sicut ad eos in quadam epistola
scribit Apollonius. *Is ob eas, quas memorauimus, causas*
permotus, patrem rogauit, ut sibi præceptorem mutare
Aegæ. *liceret, eiusq; consensu in* Aegas *ciuitatem* Tarso *pro-*
Aesculapij *ximam migrauit, ubi & ocium erat philosophantibus*
templum. *idoneum, & studia adulescentibus apta, &* Aesculapij
templum, ubi Aesculapius *ipse palàm quandoq; sese ho-*
minibus ostendebat. Ibi *diuersarum opinionum philoso-*
phos cognouit: nam & Platonicos, & Chrysippeos, et
Peripateticos *audiuit, quasdam etiam* Epicuri *senten-*
+Græcus codex hic subnectit, οὐδὲ γὰρ τούτους ἀπεσπούδαζε id est, nõ em̃ ab illorũ studijs abhorrebat. *tias uoluit audire, +uerum* Pythagoricæ *philosophiæ*
percipiendæ non magna dabatur ei facultas, quod præ
ceptorem nactus esset Pythagoricæ *disciplinæ haud-*
quaquam studiosum, imò nullam recte philosophandi
rationem operibus, & uita seruantem. Ventri *nanq; &*
ueneri omnino deditus ad Epicuri *normam potius com*
Euxenus. *positus uidebatur.* Is *autem erat* Euxenus *ex* Heraclea,
quæ in Ponto *est, oriundus,* Pythagoræ *sententias ita*
nouerat, sicut aues ab hominibus quãdoq; doctæ huma
na loquuntur uerba. Illæ *enim* χαῖρε, *id est, salue. &* εὖ
πράττε, *id est, felix sis, &* Ζεὺς ἵλεως, *id est,* Iuppiter *pro*
+οὔτε διακείμενοι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, nõ q̃d hominibus bene uelint. *pitius sit, & huiusmodi uerba nonnunquam proferunt,*
neq; quid dicant scientes, +neq; ea, quæ dicũt tempori-
bus, locisue accommodate dicentes, sed linguam dunta-
xat ad præstitutum numerum agitantes, & sicut aqui-
larum pulli teneras adhuc pennas sortiti, & à parenti-
bus uo-

bus uolatus edocti, non longe ab ipsis primo discedunt, deinde robustiores facti ipsos etiam parentes superuolant, præsertim cum gulosos sentiant, ac nidoris gratia terram uolando radentes. Pari modo Apollonius dum paruus esset Euxeno obtemperabat, atq; ipsius agebatur arbitrio. Cum uero ad sextumdecimum peruenisset ætatis annum, Pythagoræ uitam amare cœpit, meliore proculdubio utens præceptore. Verum tamen minime neglexit Euxenum, sed concedente patre suburbanum illi donauit, ubi horti erant amœnissimi, & iugiter manantis aquæ fontes permulti. Tu inquiens arbitratu tuo uiue, nos uero ad Pythagoræ normam uiuemus. Cum magno ingenio præditum illum animaduerteret Euxenus, unde nam talis uitæ sumpturus esset exordium interrogauit: cui Apollonius, unde inquit, medici solent. Hi nanq; uentres primo purgãtes, alios quidẽ à morbis intactos seruant, alios uero iam ægrotantes ad sanitatẽ redigũt. His dictis ab oĩm animaliũ esu cœpit abstinere, quod carniũ comestio cũ impura esset, tũ mẽtis aciẽ, perspectũq; hebetaret: +terrestribus uero fructibus, et oleribus uescebatur, pura esse dicens quæcũq; à terra darentur hoĩbus. Vinum aũt purũ quidẽ potionem esse asserebat, cum ex arbore minime syluestri ad hoĩes proueniret, uerũ tamen ipsum bono statui mentis aduersari dicebat, quod eius sublimẽ, diuinamq; partẽ aliquãdo peruerteret. Post huiusmodi uentris purgationem +corporis cultũ, habitumq; huiusmodi instituit. Primũ enim ex animaliũ uellere confectas uestes respuens, linteis amiciri decreuit, et simul comam nutrire cœpit,

Caro.

+τραγήματα

Vinum.

+Græcus addit, ἀνυποδησίαν τε nudis pedibus incedere statuit.

& in tẽplo ut plurimũ moram trahẽs oẽs tẽpli antisti tes in sui admirationẽ cõuertit. Fertur'q; *Aesculapium quandoq; sacerdoti dixisse uehementer se gaudere ini ægrotis curãdis, quãdo Apollonio teste id facere cõtin geret, quod ubi uulgatũ est, plurimi illius uisendi gratia Aegas cõfluebãt: cilices quoq;, & oẽs finitimi magnope re illius cõgressu, familiaritateq; lætabãtur, ita ut apud ipsos hic sermo increbesceret, quo curris, nũ ad impu bẽ? +Sũmo itaq; ab oĩbus in honore habebatur.* Non ab *re quoq; eẽ putaui, quæ ab eo in tẽplo sunt acta referre, cũ eiusmodi uitã scribere sim adortus, quẽ dijs immortalibus curæ fuisse, ex ijs, quæ dicẽtur, manifeste pa tebit. Adolescens quidã Assyrius in summis delitijs uiuere cõsuetus, cũ in aduersam ualetudinẽ incidisset, ad Aesculapiũ uenit, erat autẽ in potationibus, et cõuiuijs plurimũ uiuere, imò, ut uerius dicamus, mori cõsuetus.* Laborabat *autẽ aqua intercute, +& ebrietatis cupiditas, gaudiũ quod ex abstinẽtia percipere potuisset, auferebat, propterea & à deo negligebatur, ità ut ne somnia quidẽ ulla illi mitteret, qbus de causis anxius ado lescẽs grauiter incusabat Aesculapiũ, qui tãdẽ insomnis illi superstans, si Apolloniũ inqt cõueneris, melius tibi erit: accedẽs igitur ad Apolloniũ adolescẽs, quid nã in quit ex tua sapientia possum acquirere? Iubet enim me deus tecũ loqui: cui Apollonius,* Id *inquit quod scio, iuuare te plurimũ in præsentia põt, quæris enim (ut opinor) sanitatẽ: certe inquit ille: tunc Apollonius, hãc tibi inqt pollicetur Aesculapius, sed tamen non dat: +recte dicis inquit ille: tunc Apollonius uolentibus inquit dun*

taxat

+τὸ ἐπ᾽ ἐκείνῳ τ᾽ ἐλέγετο καὶ παροιμιώδη τιμὴν ἔχεν, id ẽ, q̃d & de illo dicebatur, & prouerbio celebratũ ẽ.

+καὶ μέτη χαίρον, αὐχμοῦ ἠμέλει, et ebrietate gaudẽs, de exiccatione nõ curabat. Sic enim solet curari morbus iste.

+εὐφήμει.

taxat illa tribuere solet, tu aũt oĩa facis, quæ morbo penitus aduersantur. Delitijs *enim abundans uentri indulges, & huiusmodi, ac pene corruptis intestinis, et aqua nimia redundantibus cibos quasi lutũ superinfundis, & hoc quidẽ manifestius dixit, q̃ Heracletus: ille enim tali morbo laboranti opus esse dixit ex pluuia siccitatẽ inducere, non facile intelligibilia, neq; manifesta dicens. Apollonius uero sapiẽter dicta aperte interpretatus ẽ, & adolescentẽ ad sanitatẽ redegit. Conspicatus aliquãdo plurimũ sanguinis altaribus superfusum, & sacrificia paßim superposita, præterea Aegyptios boues, & eximiæ magnitudinis porcos iugulatos, & ministrorũ alios excoriandis uictimis, alios in frusta secandis occupatos, uasa insuper aurea magni põderis in tẽplo suspẽsa duo lapidibus†indicis admodũ ornata, sacerdotẽ adiens, quid nã sibi uellent tanti apparatus, interrogauit: magnificentißime nanq; quisquis hic sit, agere gratias deo uidetur. Atqui magis inqt sacerdos mirari debes, quod nulla adhuc petitiõe facta, neq; statutũ tẽporis spatiũ, ut alij solent cõmoratus, nec sanitatẽ, aut ullũ oĩno beneficiũ à deo consecutus, imò etiã sui aduentus causa nondũ exposita, (heri nanq; huc aduenit) tã abunde tamen, tamq̃; laute (ut uides) sacrificat. Plura etiam longeq̃; maiora daturũ pollicetur, si sibi deus, quod petiturus est, concesserit: est enim ut aiunt, Cilicum oĩm ditissimus, pluraq̃; solus ipse poßidet, quã reliqui pene Cilices omnes: petijt autem à deo, ut effossum oculum sibi restituat. His auditis Apollonius, oculis, ut consueuerat, in terra defixis, parumper commoratus, quod nam*

† τῶν ἰνδικωτάτων, ex præstantissimis quibusq; indicis

illi nomen

illi nomen esset, interrogauit, eoq; audito, uidetur mihi inquit ò sacerdos indignū esse, hunc hominem in templum admissum iri: praui est enim animi uir, turpiq; de causa, quod queritur, damnum perpessus, & tam multa sic temere, & ante, quàm à deo quicquam petierit, profudisse, non sacrificantis est, sed admißi sceleris culpam deprecantis. hæc quidem Apollonius: uerum Aesculapius noctu sacerdoti in somnis apparens, iube inquit hunc tam diuitem abire, suaq; secum asportare munera: indignus enim est, alterum qui superest, oculū retinere. Huius tam acerbi responsi causam ex Cilicibus sciscitatus sacerdos, intellexit infortunij illius causam huiusmodi fuisse. Erat enim ei uxor, quæ filiam ex priore marito genitā secum habebat: huius amore correptus Cilix intemperanter nimis illi congrediebatur, ita ut uxorem minime lateret, quæ simul in lecto iacentibus superueniens puellæ quidem ambos oculos, marito alterum effodit, acubus ad id facinus usa, quibus uestimentorum fibulas nectebat. Atq; in hoc monstrasse uisus est Apollonius, non decere eos, qui sacrificant, aut dijs aliquid donant mediocritatem excedere. Pulso Cilice cum multi ad templum confluerent, sacerdotem interrogauit Apollonius, num iustos esse deos arbitraretur, cumq; ille iustißimos respondisset, num etiam prudentes eosdem esse censeret, imò uero quid prudentius dijs inquit sacerdos. Res autem hominum scire illos, an ignorare putas? Imò inquit hoc maxime à dijs arbitror homines superari, quod homines ob ingenij imbecillitatém, quæ ad se pertinent, non satis norunt, dij autem quæ & homi-

num

num sunt, & simul quæ ad se ipsos spectant, omnia pariter intelligunt. Recte inquit Apollonius, uereq; respondisti ò sacerdos, & quoniam omnia, ut dixisti, norunt, rationi cõsentaneum esse uidetur, eos qui ad deos omnia cognoscẽtes accedunt, talibus uerbis orare oportere: O dei quæ mihi debentur, ea præstate. Quæ nam uero sunt, quæ à dijs hominibus debeantur, inquit sacerdos: bonis inquit ille, & sanctis bona: prauis autem, & scelestis contraria. Dei igitur recte facientes, quem mẽte sanum, & sceleribus incorruptum offendunt, non aurea corona, sed bonis omnibus illum exornant, quem autem uitijs, quasi maculis inustum, corruptumq; inuenerunt, ad supplicium seruant, eo magis etiam illis irati, qui impij cum sint, templa tamen ingredi, & sacris interesse audent. His dictis ad Aesculapium respiciens, philosopharis inquit Aesculapi præclaram, & tibi congruam philosophiam, non sinens scelestos homines ad te uenire, etiam si omnes Indorum, Sardensiumq; diuitias tibi donent: neque enim tui numinis colendi gratia sacrificant, aut donaria in templo suspendunt. sed quod pro sceleribus meruere supplicium, id pecunijs redimere conantur, quod uos dei cum sitis iustißimi, haudquaquam permittitis. Multa in templo huiusmodi philosophatus est Apollonius impubes adhuc quoad Aegis moratus est. Erat inter Cilices princeps quidam uir plane contumeliosus, & in amores pronus, ad hunc de pulchritudine Apollonij fama peruenit, statimq; rebus agẽdis omnibus posthabitis, (Tarsi enim forte tunc temporis negociabatur) Aegas uenit morbo se correptum esse dictitans

Dij quomodo orandi.

dictitans, & Aesculapij auxilio indigere. Is ad Apollonium seorsum à cæteris deambulantē accedens introduc me ad deū inquit, cui Apollonius, quid tibi introductore opus est, ait, si bonus es? studiosos enim uiros dei absque sequestre amant: at ille respondit: Te quidem Apolloni deus hospitem fecit, me uero minime: tunc Apollonius honestatis inquit, & uirtutis studium hospitem deo me fecit, eodemq; fretus quoad fieri ab adolescente potest, famulus, & amicus Aesculapij dicor, quod si tibi pari modo uirtutis, honestatisq; cura est, fidenter ad deū accede, & quicquid uis ab eo audacter pete: sic inquit per Iouem faciā, si abs te prius aliquid petiero: quid nā uero inquit Apollonius ex me petes, quod præstare possim, tunc ille quod à formosis peti solet, ut pulchritudinem suam alijs non inuideant, sed libenter communicent. Atq; hæc molliter nimis, eneruateq; dicens lachrymis oculos rigabat: nihil enim est tā humile, tamq; abiectū, quo perditi flagitiosiq; huiusmodi homines nō se demittant: tunc Apollonius toruis oculis illum respiciēs, insanis inquit scelestissime, cumq; ille iracūdia percitus, ei caput amputaturum minaretur, subridēs Apollonius, ò paulo post futura dies exclamauit, tertia autē die populares in itinere† uiolatorē interfecerūt, quod cum Archelao Cappadociæ rege noua quædam contra Romanos machinaretur: hæc, atq; alia huiuscemodi ab eo gesta scribit maximus† Aegiēsis. Sed postea, quā de patris morte nuntium accepit, Tyana ueniens proprijs manibus in suæ matris sepulchro ipsum sepelijt: fuerat enim non multo antea ipsius etiam mater defuncta, & here-

†ὑβριστὴν, id est, flagitiosum, q̄d paulo ante cōtu meliosum. Addit hic græcus codex, ἠξιώθη δὲ καὶ βασιλέων ἐπιστολῶν οὗτος, εὐδοκιμῶν τὴν φωνὴν, id est, & reges dignati sunt illum epistolis ob nois celebritatē.

hæreditaem amplam sane cum fratre partitus est, homine intperẽante, & potationibus maxime dedito, qui tertium supra uigesimum annum natus, ætatẽ excesserat, quæ tutores ad res proprias ministrandas à legibus accipere solet: ipse uero Apollonius annum agens ætatis uigesimum sub tutoribus erat futurus, Aegas inde reuersus philosophiæ gymnasia statuit, Lycium, & Academiã. Erat enim omnis philosophiæ peritissimus. Inde post aliquod tempus uir factus Tyana redit iam sui cõpos ita, ut tutoribus nõ indigeret, cumq; illũ amici hortarentur, ut fratrẽ ad bonã frugẽ, temperantiamq; redigeret, hoc profecto audacis hominis esse uidetur, inquit, si iunior grandiorẽ corrigere nitatur, uerũ quoad per me fieri poterit, eius morbi remedia conabor afferre. Primũ itaq; fortunarũ, quas ex paterna hæreditate acceperat, dimidiã partẽ fratri concessit, plurimis illũ indigere dictitans, sibi uero pauca satis esse: deinde illi assistens; & monitionibus crebris illius aures circũsonans ad uitã meliorẽ reducere tentabat, talibus uerbis ipsum alloquens. Dũ pater nobis superstes fuit, erat qui nos errãtes moneret, & bonis moribus imbuere posset, illo aũt nũc defuncto, tu mihi relictus es, et ego tibi: decet igitur si quid deliquero te mihi cõsulere, et mea delicta corrigere, quod siqd forte cõtra peccaueris, nõ grauate monitus meos perferre debes: his rõnibus nõ secus ac pullorũ infrenũ domitores facere solẽt, paulatim illi persuasit, ut solutã uitã mutaret in melius, uitijs aliquot (nã illi plurima erãt) omissis, talorũ enĩ & uini cupiditate uicebatur, et in meretricũ libidine erat propẽsior:

comam

+τὴν καὶ βαφαῖς ἤσκει, σοβῶν τε καὶ ἄνω βαίνων, quam & tingebat superbe incedens.

comam igitur,+ quã diligenter nutrire solebat, tonderi persuasit, atq; ad huiusmodi alia frugalitatis documenta paulatim deduxit. Vbi uero, quæ de fratre cupiebat, recte succedere uisa sunt, ad alios cognatos, affinesq́; instituendos animum conuertit, & egẽtibus opem ex his, quæ supererant facultatem afferentibus sibi obtemperantes illos reddere studebat adeo, ut iam sibi perpauca superessent. Aiebat autem Clazomenium Anaxagoram gregibus & camelorum armentis nutriendis intẽtum, pecorum gratia, magis quàm hominum philosophatum esse. Cratem uero Thebanum, qui facultates suas in mari demerserat, nec hominibus, nec pecoribus utilem fuisse. Cum pleriq; Pythagoræ sententiam laudarent, qua dixit non licere alienæ congredi mulieri, hoc inquit Apollonius ad alios prolatum arbitror, mihi uero neque nubere: & enim ab omni re Venerea prorsus abstinere est animus, in quo sane Sophoclem superare uisum est, qui senio confectus iactare solebat beneficio senectutis se à Venereis cupiditatibus, tãquam à domino agresti, & furioso liberatum. Apollonius autem proprie uirtutis, & temperantiæ auxilio ne in adolescentia quidem potuit à cupiditatibus superari, sed cum esset iuuenis, ac robustus furiosum, ut ille dicebat, agrestemq́; dominum superauit. Verum ne sic quidem calumniatorũ obtrectationes potuit euitare, qui ipsum amoribus captũ criminantur, eiusq́; rei gratia apud Scythas integrum annum moram traxisse, cum ne Scythiam unquam attigerit, nec amori unquam deditus fuerit. Idq́; Euphratis cuiusdam testimonio patere satis potest, qui multa cri-

mina

mina falso de illo scribens, amoris tamen nunq̃ insimulauit, ut à nobis apertius ostendetur in his, quæ de Euphrate sumus scripturi. Fuit autem is Euphrates Apollonio contrarius, quoniam pecuniæ causa illum omnia facere quandoq; dixit Apollonius, & à pecuniarum cupiditate, + & ipsius philosophiæ mercatu illum abducere tentauit. Verum hæc suis locis enarrãda differamus. Interroganti quandoq; Apollonium Euxeno, cur non scriptis aliquid mandaret, cum et de philosophia rectè sentire & scribendi characterem grandem quendã, & ad faciendam fidem accommodatum nactus esset, respõdit Apollonius: ego uero adhuc tacère non didici, atq; ex eo tempore propositum silentium seruare cœpit, uocem itaq; compescens, mente uero & oculis multa inuestigans, audita uisáq; omnia memoriæ mãdabat: ex quo memoriam adeo exercuit, ut iam centesimum annum ingressus, Simonidem quoq; superasse, creditus sit, hymnum etiam ab illo in memoriæ laudem compositũ frequenter decantabat, in quo omnia consumi tempore marcescereq; scribit Simonides, ipsum uero tempus nec senescẽs, nec corruptibile circa memoriam permanere. Neq; tamen quo tempore silentium tenuit ingrata aut iniucunda secum cõuersatio fuit, nam oculorum, & manuum motu, tum etiam capitis nutu, ad ea quæ sibi dicebantur respondens non iniucundum, aut tristem se præbebat: cum alioquin sociorum amator, et placidus socijs esset: propterea difficillimam sibi fuisse dixit hanc uiuẽdi rationem, quam per quinquenninm integrum seruauit. Multa etiam dicenda occurrisse, quæ non dixit, mul

+ καὶ τὴν φιλοχρηματίαν καταλύειν, & ne quæstus causa sapientia abuteretur.

Simonides.

ta quæ iracundiam mouerint audientẽ quasi non audis se, multa insuper reprehensione digna, quasi nõ animad uertentem sustinuisse: obprobriaq; in eum aliquando ia cta quãuis animo dolens tacitus pertulit. Moratus est autem hoc silentij tempore partim in Pamphilia: partim in Cilicia, cumq; inter gentes tam molles lasciuasq; degeret: nunquã tamẽ locutus est: +ac ne minimum quidem uerbum unquam emisit. Cum aliquando in ciuitates seditionibus laborantes uenisset, multæ autem erãt, quæ spectaculorum, & rerum minime honestarum cau sa dissidebant, accedens ad populum, seq; ipsum palam ostentans & quam animo conceperat aduersus eos dicendam obiurgationem, manu, uultuq; significans illorum sedabat discordias. Silentium tamen non secus, atq; in mysterijs solet, inuiolatum conseruans.+ Spectaculorum enim aut equorum causa dissidentes componere, nõ magni laboris est: nã qui ob huiusmodi leues causas in seditionem ueniunt, si forte uirum quempiam grauem intueantur pudore correpti, ad sanam mentem facile redeunt. Iterum fame oppressam ciuitatem non facile est uerbis persuadere, & esurientum iracundiam oratione compescere. Attamen Apollonio etiam erga eos, qui tali incommodo premebantur silentium effecit. Aspendum enim ueniens, quæ tertio loco inter Pamphiliæ ciuitates cõnumerata Eurymedonti fluuio adiacet, nihil nisi+uitiam atque huiusmodi legumina uenalia offendit, hisque tantum populum sustentari intellexit: Quicquid enim ubiq; erat frumenti, pauci diuites, & in ciuitate potentes collectum seruabant, ut quo uellent

Pamphilia. Cilices.

+οὐδ' ὑπὸ ἦχθη γρύξαι.

+ὄρχησθαι.

Aspendus.

+ὄροβοι, eruum.

lent precio illud populo uendere possent. Multitudo autem cuiusq; sexus & ætatis aduersus ciuitatis principem conuenerat, & iam accenso igne uiuentem sese crematuros minabantur, + quamuis ipse ad Asylum confugisset. Erat autem Asylum Tiberij, statuæq; sanctiores illis in locis uenerabilioresque quàm Iouis Olympij simulacrum habebantur: Ita ut impietatis damnatus quidam fuerit, quod seruum suum uerberasset, qui drachmam argenteam Tiberij imagine signatam gestabat. Accedens autem ad ciuitatis principem obsessum Apollonius, quid nam hoc rei esset manu gestúque sciscitatur, cumque is iniuste factum à se nihil responderet, iniuste autem à populo comprimi, conuersus ad multitudinem Apollonius, ne quid temere facerent, útque principis excusationes audirent nutibus immonuit. Illi autem uiri tanto timore perciti, ac stupore, non modo silentium tenuere, uerum etiam ignem quem ferebant in proximam aram deposuerunt. Confisus igitur princeps, Is, inquit, & ille, plures ciues nomine appellans, præsentis famis causa fuere, qui collectum ex finitimis regionibus frumentũ clausum detinẽt. His auditis Aspendij, cum eorum uillas prædatum iri oportere clamitarent, uix contineri ab Apollonio potuerunt, qui ostendebat melius esse si eorum sponte frumentum ab eisdem posśint accipere. Itaq; illis ad se uocatis parum abfuit, quin institutum silentij consilium omitteret, ut illis quod uolebat oratione suaderet. Mouebatur enim uehementius puerorum mulierumq; lachrymis, nec non etiam seniorum, qui suam deplorantes cala

Statuæ Tiberij.

+ προσκείμενον τοῖς βασιλείοις ἀνδριάσιν.

Drachma nummus argenteus ualebat sex obolis.

mitatem paulopost fame sibi pereundum esse querebantur. Verum Apollonius taciturnitatis propositum retinens, in tabulis obiurgationem aduersus frumenti collectores huiusmodi scripsit, q̃ & legẽdã principi dedit.

APOLLONIVS +FRVMENTI *cauponibus salutem.*

+σιτοκαπήλοις.

TERRA *communis omnium mater est, propterea quod iusta est, uos autem iniusti estis, qui uestri duntaxat matrem eam esse uoluistis, quod nisi ab huiusmodi incœpto destiteritis, diutius in ea uos permanere non sinam.*


His minis ac rationibus moti frumenti mercatores, totum forum frumento cõpleuerunt, ex quo populus uniuersus quasi reuixit. His peractis Apollonius silentij tẽpore iam finito Antiochiam uenit, quæ magna cognominatur, & Apollinis Daphnæi templum intrauit, cui Arcadicam fabulam Assyrij tribuunt. Daphnen Ladonis fluminis filiam illic + natam asserentes: & fluit quidem apud ipsos fluuius, quem Ladonem appellant, & maxime omnium arborum laurum colunt ob memoriam (ut aiunt) uirginis Daphnes. Cupressos etiam immensæ proceritatis, circa templum & fontes aquis uberes ac tacitos regio profert, in ijs Apollinem lauari cõsuetum perhibent, & cupressos ob memoriã Cyparißi adolescentis Assyrij in eam arborem conuersi ibidẽ seruari ferunt indigenæ, & profecto arborum pulchritudo transmutationi fidem facere uidetur. Sed nimis fortasse iuueniles sermones attingere uideor, qui fabulosa hæc operi inseram: quod ego propterea feci, ut ad ea

Antiochia. Daphne. +μεταφῦναι. Ladon. Cupressus.

quæ

quæ ſum dicturus aditũ præparẽ. Apollonius enim tem plum, & natura, & tanto opere gratioſum conſpica tus ab hominibus coli ſemibarbaris, +nullis bonis arti bus deditis, & ab omni politione & elegantia abhor rentibus: Apollo, inquit, recte mutos homines cõuertit in arbores, ut ſaltem ſicut cupreſſi iſtæ uentorum flati bus reſonarẽt. Poſtea fontes animaduertẽs quietos, nec ullum omnino ſtrepitum reddentes, muteſcendi inquit cõſuetudo plurima, quæ hic ſeruatur, ne fontes quidem obſtrepere ſinit. Ladonem uero aſpiciens, non ſolum, in quit, filia tua in aliam formam conuerſa eſt, uerumetiã, & tu ipſe, qui ex Græco, & Arcade in+ Aſſyrium mu tatus es. Poſtquam uero indigenæ ad eum loquendi gra tia conuenerunt, ineptos ipſorum mores, & incompoſi tos intuens pleroſq; à ſe amouit, inquiens, non homini bus, ſed uiris ſibi opus eſſe: quos uero ſedatiores, ma giſq; compoſitis moribus intuebatur admittens. Admit tebat ad colloquium, & cum ſacerdotibus habitabat, & oriente ſole ſacra quædam in occultum faciebat, quæ ſo lum illis quatuor communicabat qui ſecum in ſilentio ſe exercuerant, reliquum uero temporis ſi forte in Græca ciuitate uerſari contigiſſet, ubi conſueta ſacra, ſibiq; no ta celebrarentur, cum templorum ſacerdotibus de dijs, ac de ſacris diſputans philoſophabatur, eorum errores ſi qui eſſent emendans. Sin uero in barbaram, & +à re ctis moribus alienam ciuitatem ueniſſet, qui nam morũ & ſacrorũ fuiſſent auctores, & quãdiu in ea diſcipli na manſiſſent ſciſcitatus, ſi quid erat in melius mutatũ facile perſuadere illis conabatur. Diſcipulos deinde

+ἀμούσοις. +βάρβαρος. +ἀλλότρια.



ſuos, ſiqd uellent iubebat interrogare, aiebatq́; oportere qui recte philoſophatur, adueniente aurora cum dijs uerſari, procedente autẽ die de dijs loqui, reliquũ uero tempus humanis rebus & ſermonibus impendere. Cũq́; ad omnia reſpondiſſet quæ à domeſticis fuiſſet interrogatus, reliquis omnibus ſe adeundi facultatẽ præbebat: nunquam tamen ante meridiem, ſeu poſtquam iam decli nare dies cœpiſſet, inde quod ſatis uiſum eſſet cum illis

†ἠλείφετό τε καὶ τριψάμενος, ἵει ἑαυτὸν ἐς ὕδωρ ψυχρόν.

locutus†ſecedebat ad balneũ aquæ frigidæ, ſenectã hominum balnea calida appellans: quibus incluſi Antiochenſes, cum uitijs maximis indulgerent, uobis, inquit, Apollonius cum praui ſitis longos annos uiuere rex cõ ceſſit. Epheſijs uero balneorum principem lapidibus cædere uolentibus, propterea quod balnea nõ calefeciſſet, uos, inquit, Apollonius balneorũ principem accuſatis, quia male lauamini, ego autem uos quia lauamini. Vtebatur dicẽdi genere non dithyrambico, aut poeticis no-

†φλεγμαίνουσαν.

minibus†intumeſcente, nec rurſus nimis demiſſo, & cõ ſuetudinem Atticam excedente, iniucundum enim putabat orationem, quæ ab Attica mediocritate decederet. Ironia autem utentẽ nemo unquam audiuit, nec inter diſcipulos ambulante illo etiam,

†ὥσπερ ἐκ τρίποδος.

†ſed tanquam ex oraculo procedebant ſermones eius: aiebatq́; hoc ſcio, aut ita cẽſeo, quorſum hæc, aut ſcire oportet, aut huiuſmodi alios dicẽdi modos ſeruabat. Sentẽtiæ illius breues et adamantinæ. Nominibus aũt utebatur proprijs, atq́; ad res

†ὥσπερ ἀπὸ σκήπτρου θεμιστευόμενα.

ipſas natis, et quæ ab eo proferebantur dignitatẽ quandã†uelut à rege aut principe dicta præ ſe ferebãt. In-

†τῶν συνιλε-χθέντων τινός

terroganti quandoq́;†dialectico quodã, cur ipſe nunq̃ aliquid

aliquid quæreret? quoniam, inquit, cum essem adolescēs satis multa quæsiui, nūc aūt non quærere, sed inuēta docere opus est. Alij rursus interrogāti quo nā pacto deceret sapientē loqui? nō aliter quā legū latores, inquit, Apollonius, oportet enī legū latorē quæ sibijpsi antea persuasit, eadē alijs faciēda imperare. Hactenus quæ ab ipso Antiochiæ gesta sunt dixisse sufficiat, quibus hoīes ab oī doctrina abhorrentes, in sui admirationē cōuertit. Post hæc lōgioris peregrinatiōis suscipiēdæ, & ad Indos proficiscēdi cogitatio subijt, ut q ibi sunt sapiētes intueretur, quos Brachmanas, et Hyrcanios appellāt. Aiebatq; adolescēti maxime cōuenire, nec secus ac si patria pulsus esset, quā lōgißime peregrinari. Cogitabat etiā magos cōuenire, qui Babyloniam ac Susas incolūt, multa enī ab ijs discere sperabat. Itaq; discipulis, qui septem erant consiliū aperuit, qui cū sibi alia agenda suaderent, quæ mentē à proposito distraherēt, ego, inquit, deos adhibui cōsultores, & ab his doctus quæ mihi uisa sunt uobis patefeci, uestrā experiri cupiēs uolūtatē, nū eadem, quæ ego tolerare potestis: ubi igitur uos molliores cōperi ualebitis, & sanitati & philosophiæ dabitis operā, ego aūt eo proficiscar quo me sapiētia, et dæmon ducēt. Hæc dicēs Antiochia discesßit, duobus tantū famulis + cōpatriotis suis comitatus, quorū alter uelocitate, alter pulchritudine scribēdi, excellebat: cū his profectus antiquam Ninum peruenit: ubi statuam barbaro more positam conspexit. Est autē Io Inachi filia, cui ab utroq; tempore parua, & quasi mox excretura promineant cornua: admiranti igitur statuam, & plura quam

Brachmanas. Hyrcanij.

Δαίμων, genius aut fortuna.

+ πατριώτ.

illorum prophetæ aut ſacerdotes ſuper tali imagine co

Damis. *gitanti,* Damis *ex ea ciuitate ortus ſuperuenit.* Hic *eſt,*

+ξυνέμπορον *quem in operis principio diximus peregrinationis & philoſophiæ+comitem* Apollonio *fuiſſe, & eius multa non ſolum facta uerumetiam dicta literis mandaſſe:* Is *poſtquam uiri conditionem & mores, & quo illuc ue=niſſet conſilio intellexit, uiri & peregrinationis amo=re captus,comitem illi ſe futurum pollicitus eſt.*Ibimus, *inquiens,*Apolloni,*& tu quidem deo,ego autem te du=ce utar,neq; me ut arbitror parui exiſtimabis, quãquã enim rebus alijs ſum fortaſſe rudior,in hoc certe pluri=mum ualeo,quod* Babyloniam *ducens,iter optime noui, quinetiam ciuitates uicosq; omnes itineris adiacentes perfecte ſcio,non multo antea illinc reuerſus.* Linguas *præterea barbarorum:quæ multiplices,uariæq; ſunt,ut pote* Armeniorum,Medorum, Perſarum, Caduſiorum *oẽs intelligere & egregie proferre poſſum.* Ego *quoq; ô amice inquit* Apollonius,*has omnes noui, cum nullam tamen didicerim.*Illo *autem uehementius admirante, no li,inquit,mirari qui omnes hominum linguas intellige=re ſum profeſſus,nam et quæ taciti intra ſe homines co gitant etiam percipio.* Hæc *audiens* Aſſyrius *quaſi dæ=monem illum intuitus uenerabatur,& tunc ſeſe in diſci*

+τὸ λογοειδὲς οὐκ εἶχεν. *plinam tradidit, omnia eius dicta memoriæ mandans.* Erat Aſſyrio *lingua quidem mediocris,+ſcribenti ue=ro elegantia nulla,utpote qui inter* Barbaros *eſſet eru=ditus, quæ autem quotidie agerentur,& familiariũ di=cta,facta quæcunq; uidiſſet,aut audiſſet figurare,& in commentarios redigere ſatis commode poterat,in eoq;*

maxime

maxime se exercuerat, quod libellus ab eo cōpositus satis declarat, ubi nihil eorum quæ ab Apollonio dicta, factáue fuerunt se ignorasse demonstrat: adeo ut etiam minima collegisse satis constet, in quo nō alienum uidetur referre, quod cuidam tale eius studium accusanti respōdit. Erat uir quidam ociosus & inuidus, qui cætera quidem ab eo scripta bene recteq; se habere diceret, quod sentētias opinionesq; Apollonij memoratu dignas collegisset, id uero se nequaquā probare dicebat, quod minima etiā dicta suo operi inseruisset, catellos imitatus, qui cœnantibus dominis micas de mensa cadentes colligunt: Recte dicis, inquit, Damis, uerum conuiuium hoc deorum est, et conuiuæ dij, quorum famulis maxima cura est, ne qua etiam minima ambrosiæ particula, si forte ceciderit, pereat. Talem itaque socium & amatorem sortitus Apollonius, magnam uitæ suæ partem secum peregit. Post hæc in Mesopotamiā uenientes, ab eo +qui custodiendo ponti præfectus erat, quid nam mercium secum ducerent, interrogati sunt: cui Apollonius, inquit, adduco modestiam, iustitiam, uirtutem, continentiam, exercitationem, fortitudinem, aliasq; uirtutes plurimas fœmineo nomine appellauit: tum custos ad lucrū suum respiciens, da inquit ancillarum nomina mihi describere, at enim minime licet, inquit, Apollonius. Non enim ut ancillas, sed ut tanquam dominas ipsas duco. Hāc regionē, quæ propterea Mesopotamia dicitur, quod media inter duo flumina posita est Tygris, atq; Euphrates ex Armenia & Tauri radicibus defluētes cingūt. Sunt aūt in ea regiōe ciuitates aliquot, maxima

+τελώνης ἐπὶ βεβλημένος τῷ ζεύγματι.

Mesopotamia. Tigris. Euphrates.

autem ex parte pagis ac uicis incolitur. Gentes uero partim Armenij, partim Arabes nuncupantur, quorum magna pars† sedibus incertis uagatur, tanquam in insula sese clausos arbitrantes. Quotiensque ad flumina pertingere contingit, mare sese uidere putant, cum uideant ab his fluminibus regionem illam non secus atque insulam circumlidi. Flumina enim ubi eam, quam diximus continentis partem ambierunt in idem mare decurrunt. Sunt qui dicunt in paludem quandam partẽ maximam Eufratis absorberi, ita ut ad mare non perueniat, sed in terra cursus sui finem recipiat: Quidam & audacius de eo loquentes asserunt ipsum, cum diutius sub terra fluxerit rursus in Aegypto apparere, & Nilo commisceri. Hæc autem propterea retuli, ne quid eorum omitterem quæ à Dami scripta essent, & ut simul ostenderem, quales essent opiniones Barbarorum: cumq; ad maiora mirabilioraq; festinet oratio, duo tamen hoc loco non prætermittenda iudicaui, primum est, ut ostendam quanta fuerit Apollonius fortitudine, qua fretus Barbaras gentes, et latrocinijs infestas regiões peragrauit, quæ nondum Romanorum ditioni parebant: Alterum est quanta fuerit eius sapientia, per quam Arabum instar uoces brutorum animalium cognoscere assueuit, hoc autem didicit, cum Arabiam peragraret. Arabes enim ab auibus, non secus atq; ab augurijs quæ uentura sunt auguria captant, id autem assequuntur (ut aiunt) draconum corde, aut epate in cibis assumpto. Post hæc Apollonius Ctesiphontem ingressus, in Babylonis fines peruenit: erant autem ibi

νομάδες.

Arabes.

dem

dem à rege custodes positi, qui neminem regionem intrare sinerent nisi prius quis nam, & unde esset, & quam ob causam in ea loca peruenisset interrogarent. Satrapa autem huic custodiæ præfectus erat, ex ijs unus qui regis oculi solent appellari. Medus enim principatum nuper adeptus eum sine timore degere non sinebat, sed uera simul & falsa formidans, magna cum suspitione degebat. Apollonius itaque & eius comites ad Satrapam deducuntur, is forte iter aliquo facturus tentorium supra + currum panibus onustum imponendum curabat. Videns autem uirum squalidum, & macilentum exclamauit, & manibus faciem operuit ceu mulierculæ ad horrendæ cuiusdam rei subitum aspectum facere solent, uix deinde illum respiciens, unde missus ad nos uenisti interrogauit, Apollonius uero à me ipso respondit, tum Satrapa sponte ne an inuiti uenissent interrogauit, & simul aperte dicere, quis nam essent imperauit, qui regis fines intrasset: cui Apollonius, mea est inquit uniuersa terra, propterea quocunq; libuerit pergendi facultas datur. Cunq; Satrapa tormenta adhibiturum minaretur, nisi aperte ad ea, quæ interrogauerat respondisset, per Iouem, inquit Apollonius proprijs manibus tuis pœnas lues, si forte me attigeris. His uerbis stupefactus eunuchus quando illum interprete nõ egere, sed propria uoce loquentem & respondentem animaduertit, humanius placidiusq; illum intuens, uoce etiam paulo submißiore locutus, per deum, inquit, dicas rogo, quis nam sis; Cui respondens Apollonius inquit, quoniam huma-

ne, ho-

Regis oculi

+ ἁρμαμάξης id est, currũ, interpres legisse uidet ἅρμα μάζυς.

ne, honesteq; interrogas quis nam sim audies: Ego *enim Apollonius sum* Tyaneus, *iter autem ad* Indorum *usque regem facere decreui,+ ut eorum locorum mores, instituta q; cognoscam, libenter autem & regem tuum, si facultas daretur conuenirem, ferunt enim qui secum commercij quicquam habuere, ipsum esse uirum minime malum, siquidem est ut opinor* Bardanes *qui ablatum sibi regnum nuper recepit.* Is *ipse est, inquit, satrapa diue* Apolloni. *Iamdudum enim de te multa tanquam sapiente uiro audiuimus, quod si ad regis thronum accesseris, commeatum in* Indiam *usq;, & camelum singulis uestrũ daturum regem non dubito, ego autem priuatim hospitem mihi te facio, & thesauros magnos ostentãs, horũ inquit, quotquot uolueris sumendi non semel tantum, sed si libeat etiam decies præbeo facultatem. Cumq; pecunias renueret* Apollonius, *hoc tamen* Babylonium *uinum accipies, inquit, satrapa: præbet enim nobis satrapis rex quotidie uini amphoras decem, porcorum præterea & +caprarum tostas+carnes, & farinam ac panes arbitratu tuo sumere potes, nam quod tibi posthac peragendum est iter magna ex parte uicis colitur, ubi non facile quæ ad uictum pertinẽt reperire poßis.* His *dictis seipsum carpẽs eunuchus, quid ò dei, inquit feci? Audiens enim hunc uirum, nec animalibus uesci, nec uinum bibere, crasse, inquit, & rustice ipsum pascam: atqui licet inquit* Apollonius *tenui uictu me satiare, modo panes atq; +olera præbeas: dabo, inquit, ille fermentatos panes, & +mirandæ magnitudinis rubras nuces, olera præterea, quæ* Tygris *hortos irrigans pulcherrima pro*

+κατ' ἱστορίαν τῶν ἰνδῶν.

+δορκάδων.

+τεμάχη, partes carnis frustillatim concisos q torrẽtur ueribus. apud comicũ: nam aliarũ rerũ ut casei &c. τόμοι dicũt.

+τραγήματα.

+καὶ φοινίκους βαλάνους ἠλεκτρώδεις τε καὶ μεγάλους. i. palmę fructus succineos q; & prægrãdes. Cõmẽdat aũt palmæ fructus ἠλεκτροειδεῖς aut ut alia exẽplaria ἠλεκτρώδεις esse, ob succi pinguis plenitudinẽ & melleũ colorem.

ma profert. Verum iucundiora mihi sunt (inquit Apollonius) agrestia, & sponte sua nascentia olera, quã quæ ui quadam & coacta nascuntur. Sunt ea inquit profecto satrapa suauiora, sed absinthiũ in Babylonis regione abundans amaritudine sua cæteras herbas inficit, & gustatu iniucundas reddit, propterea quæ à satrapa dabantur suscepit, atq; inde iam discedens, Vir optime, inquit, opus est non in fine solum, uerum etiam in principio placidum esse, tacite illum obiurgans de his, quæ minatus fuerat tormentis, quæq; superbe barbareq; dicta in principio audierat. Stadia postmodum uiginti iam progressis, leæna in itinere occurrit à uenatoribus interfecta: erat autem fera ingenti magnitudine, quanta antea uisa non fuerat, circa ipsam clamor erat magnus uenatorum, et eorum qui ex proximis uicis ad uisendã feram concurrerant, qui magnitudinem insuetam, & præterea maius aliud in illa admirabantur, cæso enĩ uẽtre catulos octo in utere habentẽ inuenere. Traduntur aũt de leænæ partu huiusmodi, gestare leænã in utero fœtũ mensibus sex, terq; oĩno in tota uita parere, parit aũt (ut aiunt) prima quidẽ uice tres, secunda aũt duos, quod si tertio forte parere illã cõtingat, unã dũtaxat parere consueuit, quasi natura uolẽte rariora producere, quæ magnã in se feritatẽ habẽt. Neq; enĩ fides adhibẽda est dicẽtibus, quod adulti in utero catuli maternis uisceribus laniatis nascuntur, constat enim generatis ad generantia naturalem quendam amorem inesse, ut per eum species in rerum natura conseruentur. Contemplatus igitur feram Apollonius, cum aliquãdiu tacitus perstitisset

ſtitiſſet, ò Damis, inquit, noſtra ad Indorum regem peregrinatio annua futura eſt, et præterea mẽſium octo, nec ille nos antea dimittet, neq; nobis facile ẽ ante prædictum tempus illinc diſcedere. Hoc autem ex catulorũ *numero conijcere licet, quorum ſinguli ſingulos denotant menſes, ipſa autem leæna integrum annum nobis deſignat, perfecta enim perfectis conferenda ſunt. Sed quid, inquit, Damis de paſſeribus dicemus qui ſunt apud*

Calchantis augurium.

Homerum, quos in aulide draco abſumpſit cum octo eſſent, nonam & his matrem adiungens. Id enim portentum Calchas interpretatus nouem annos apud Troiam pugnaturos Græcos prædixit: uide igitur ne iuxta Calchantis & Homeri ſententiam in annos nouem noſtra protrahatur peregrinatio. Ad hoc Apollonius recte, inquit, ò Damis paſſerum pullos iam natos, et in lucẽ æditos Homerus annis comparat, ego autem imperfectas & nondum ortas feras, quinetiam forte non naſcituras quonam pacto annis æquiparem? Quæ enim præter naturam ſunt effectum raro ſortiuntur, ſortita quoq; cito corrumpuntur: +ſed nos cœptũ iter peragamus, deos, qui hæc oſtendunt precati, ut hæc nobis bene propitieq; euenire concedant. Poſtea cum in regionem Ciſsiam Babyloniæ finitimam deueniſſent, tale quoddã illi ſomniũ à deo monſtratũ eſt. Piſces ẽ mari expulſi, +& per terram uagantes non ſecus atq; hoĩes queri uidebantur, quod præter naturam præterq; conſuetudinẽ extra locum proprium manere cogerentur. Præterea delphinũ adnatantem ſuppliciter precari uidebantur, ut ſibi opẽ ferret, idq; ita petere ſicut homines patria extorres reditum

+ἀλλ' ἕπου δὴ τῷ λόγῳ, id ẽ, meis uerbis crede.

+ἐν τῇ γῇ ἤσπαιρον. i. in terra palpitabant.

ditum in ipsam petere solent. Nihil autem uisu territus Apollonius secum, quidnam hoc uisum portenderet tacitus cogitabat, ueruntamen timidiorem se simulans (ut Damidi) quem pauidiorem cognouerat metum incuteret cuncta sibi, ut uisa fuerant enarrauit, Qui tāquam oculis eadem cernens clamorem substulit, & Apollonium seorsum auocans, caue, inquit, ne nos tanquā pisces patria exules pereamus, & multa grauia in aliena terra perpeßi, tandem malorum grauitate compulsi regi cuiquam, aut principi supplices manus tendere cogamur, sicut pisces delphinum supplices orabant. Subridens autem Apollonius nondum, inquit, recte philosopharis talia metuens, ego autem quid somnium portendat explicabo. Eritrei hanc regionem Cißiam appellatam incolunt, ex Euboea quondam à Dario in hæc loca deducti, annis iam propemodum qüingentis elapsis, hi sicut pisces in somnio queri uidebantur, ita eorū captiuitatē moleste perferre dicūtur, iubent igitur dei (quandoquidem in hæc loca perueni) illis quoad poßim opitulari: & fortasse Græcorum animæ qui in his locis periere fato quodā, propter eorum qui supersunt utilitatem ad loca me impulerunt. Parumper igitur ex itinere diuertamus: & de puteo iuxta quem habitant interrogemus. Is enim bitumine, oleo, et aqua plenus esse perhibetur, & ex eo si quis haustā materiā effundat seorsum quenq; dictorum humorum cedere perhibetur, & ab inuicē secerni. Venisse autē in Cißiā Apolloniū, eius epistola testatur, quam ad sophistam Clazomenium uirum bonum, ac perhumanū scripsit, in qua singula illic

Eritrei.

Puteus mirabilis.

à se ui-

à se uisa, quæq; incolentium causa fecerit diligenter enumerat, hortaturq;, ut Eritreorũ misereatur, neq; illorũ causa lachrymas fundere recuset, quotiens loqui de illis contigerit. His etiam consonãt quæ de Eritreis à Dami de scripta reperiuntur. Habitant enim in regione Medorum non longius à Babylone, quàm quantum diurno itinere expeditus cursor pertransiret: ciuitate aũt Cissia regio carens, pagis duntaxat et uillis incolitur. Sunt

+νομάδες. *autem pleriq; + pastores, qui paruis equis greges pascẽdo circunuehuntur. Eritrei autem in media regione collocati, aquis in fossas ex flumine deriuatis circundãtur, quas ipsi sibi ueluti mœnia feruntur circundedisse ad*

+ὕπομβρος ἀσφάλτῳ ἡ χωρὰ, regio autem aquis bituminosis irrigua.

Barbarorum impetus propulsandos. + Regio bitumine abundat, propterea non facile in ipsa plantæ coalescũt, & hominũ breuis est uita: nam aquæ bitumine infectæ, & in intestinis plerũq; residẽtes morbos gignunt. Nutrit autem ipsos tumulus + uillæ propinquus, paulum supra

+κώμης.

cæteros campos sese extollens, in quo ipsi fruges serunt, quod sit locus planicie incorruptior. Ferunt autẽ indigenæ ex Eritreis quondam audisse septingentos supra octoginta captiuos fuisse, non quidem omnes ad arma ferenda idoneos: Fuisse nãq; in eo numero fœminas, & senes, & ut arbitror etiam pueros aliquot. Magna enim Eritreorum pars in Caphareum, & montana Euboiæ confugerant, sed circiter quadringenti numero uiri, & decem fere mulierculæ fugerunt nauibus, reliqui uero ab Ionia & Lydia incipiendo periere ad superiora compulsi. In ea autem loca deducti cum pleriq; cedendorum lapidum artem scirent, & is quem di

ximus

ximus tumulus materiam ſuppeditaret, templa Græcorum more conſtruxerunt. Forum præterea quale conditio loci ſinebat. Aras quoq; erexerunt, Dario quidem duas, unam Xerxi, Darideo autem complures. Vixerunt aũt poſt captiuitatem uſq; ad Darideũ annos octo ſupra octoginta. Litras Græco more ſcribentes, & antiqua ſepulchra Græcis quidem literis, ſed quas minime uidiße aiunt:

Ο ΔΕΙΝΑ, ΤΗΣ ΔΕΙΝΟΣ.

Hic multa deerant quę omnia reſtituta ſunt cũ epigrãmate.

Hoc eſt, quis? cuius nam matris filius? inſcripta extabant. Naues quoq; in ſepulchris inſcriptas fuiße dicebant, ut quiſq; in Eubœa uel portitor, uel purpurarũ piſcator, uel quid aliud in mari exercens uictum quæritaßet. Quin & elegiacum carmen in nautarum nauiculatorúmque ſepulchro inſcriptum legiße memorant:

οἵ δέ ποτ' Αἰγαίοιο βαθύῤῥοον οἶδμα πλέοντες,
Ἐκβατάνων πεδίῳ κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ.
χαῖρε κλυτή ποτε πατρὶς ἐρετρία χαίρετ' ἀθῆναι
γείτονες εὐβοίης. χαῖρε θάλασσα φίλη.

Hoc eſt

Qui quondam Aegæi ruimus ſalis ære profundum,
Ecbatanôn medio contumulámur agro.
Patria clara olim uale Eretria, uos & Athenæ
Vicinæ Eubœes, & mare dulce uale.

Sepulchra autem aliqua, quæ uetuſtate ceciderant, aut aliqua ex parte corrupta erãt proprijs manibus inſtauraße Apollonium, clauſiße q; ſcribit Damis. Præterea ſacrificia illorum umbris feciſſe, non tamen ut aliquid occideret † aut uiuum aliquid obrueret. Lachrymas etiam illorum miſeratione, fudiſſe & talia in medio dolo-

† ὐ καθαγίων

C re uerba

re uerba profudisse: Eritrei fortunæ sorte huc delati, uos quidem, & si procul à uestris, sepulti tamen estis, qui autem uos huc †deduxere circa insulam uestrā pereuntes insepulti iacent. Quod enim in †curua Euboia gestum est dij demonstrat. Apollonius autem in fine epistolæ, quā ad sophistam scribit. Curaui inquit Scopelliane Eritreos tuos cū adhuc iuuenis essem, illisq; quoad potui utilitatem præbui, tū mortuis, tum etiam uiuentibus: quō autem uiuentes iuuerit mox dicemus. Cum Eritrei tumulum quē dixi seminassent, uicini barbari circa messis tempus discurrentes, adultas iam fruges prædabantur, ex quo fame opprimi Eritreos contingebat, cū pro alijs laborassent, cum igitur Apollonius regē allocutus est: petiuit ut solis Eritreis colendū tumulum, & tuto quæ in eo seuissent colligendi potestatē præstaret.

†ἐξί†αντες. †κοίλη.

Babylonis situs. Vide Strabonem.

Quæ autem in Babylonia gesserit Apollonius: quæq; in ea memoratu digna inuenerit hæc ferme comperio. Primo quidem Babyloniæ muros admirabiles ferūt, qui stadiorum quadringentorum & octoginta ambitum complecti dicūtur. In altitudinem uero tria† semiiugera attolli: cum sint paulominus unius† iugeris craßitudine. Secat autem mediam Babyloniam Eufrates: cui pons mirabili arte compactus, domos regias in utraq; fluminis ripa mirabili opere fabricatas iungit, inuisibili quadam & incredibili pene iunctura. Fertur enim mulierem ex Medorum gente natam, & quandoq; id regnum sortitam, pontem artificio prius ignoto supra flumen ædificasse. Lapides enim & ferrum, præterea bitumen & †reliqua tenaci conglutinationi faciendæ accōmodata, ad flumi-

†ἡμίπλεθρα †πλέθρου.

†ὁπόσα ἐς ὑγρὸν ξύνδεσιν ἀνθρώποις εὕρηται. i. quęcunq; cōglutinationi q̄ in aqua fieri consueuit ab hominibus inuēta sunt.

ad fluminis ripas cõgregauit, deinde fluminis aquas in paludes proximas deriuauit, atq; exsiccato fluminis al ueo, duorum+ passuum fossam effodit, quam super inie cta testudine cooperuit, ut ad regias, quæ utrinq; flumi nis ripis adiacent, per eam quam diximus foueam, non secus ac per aridam terram aditus intercederet: ita, ut fornicis altitudo fluuialis aluei adæquaretur, etiam fos sæ quidem fundamenta parietesq;, ac superior fornix ita in unum quasi lapidem conglutinati obdurauerunt, ut nullus in eam aditus aquæ pateret, hoc pacto in soli tum alueum flumen reduxit Euphratem. *Regiæ etiam ære adopertæ fulgent: thalami uero, & +porticus atq; atria cum argẽteis, tum etiam aureis liminibus uarijs sculpturis quasi literis insculpta nitent.*+ Peplorum au *tem (quibus apparata domus erat) textura, & ex Græ corum fabulis ornamenta monstrabat: Itaq; Androme dæ Amymõnæ & Orpheus plerisq; locis cernebantur, plurimum nanq; eius regionis homines Orpheo gau dent, tiaram forsitan & +uestis habitum admirati: mu sicæ nãq; disciplina, quæ in eo fuit, aut ab eo decantata carmina non intelligunt. Visebatur quoq;, et Datis in textus* Naxum *insulam ex mari diuellens, & Artafer nes* Eretriam *obsidens, & omnes* Xerxis *regis uicto riæ. Neq; procul aberãt Athenæ, &* Thermophilæ, *+et flumina, & terra sublata, & maris* Hellespontiaci *iu gum, contraq; perfossus* Athos. *Ferũt aũt et in porticũ uenisse, cuius suprema pars in formã+ clypei fabricata cœli faciẽ imitabatur, Saphiro lapide extrisecus adoper ta, q̃ lapis maxĩe cœruleus cœli colorẽ refert, ubi eorũ*

+ὀργυιάσις δύο, Orgyia proprie men sura triũ cu bitorũ aut. Hesy. suntq idẽ cũ passu interpretant

+ἀνδρῶνες.
+τὰ δὲ πρό-θυρα
κίλματα τῶν

πέπλων, id est, stragulorũ uariega tiones. Nam pepli noĩe & uela & aulea ueniunt.

+ ἀναξυρίδες, id ẽ, Anaxy rida, hoc ẽst, fœminalia seu brachas.

+τῷ ἦτα μακ ρότερα ἐστί, & quæcunq; à Medis pa rata sunt, de est.

+τόλον.

C ij quos

quos ipsi deos habent imagines ex auro tamq; ætheris colorem imitantes sculptæ erant. Is autem locus est ubi rex ius dicere cõsueuit. Ex testudine uero auiculæ quatuor aureæ pẽdebãt, quas+ moticillas uulgo nominãt, +fatalẽ conditionem significantes, admonentesq; regẽ, ne se supra hominem efferret, eas uero dicunt Magos cum in regiam uenissent iussisse fieri. Vocant autẽ ipsas deorum linguas. De Magis autem qui illic erãt Apollonius loquitur breuiter tantum, dicens, se illos allocutũ, quædam ab eis didicisse, quædam etiam docuisse ipsos. Damis uero sermones cum Magis habitos sibi ignotos fuisse dicit, prohibitũ se enim ab Apollonio fuisse ne secum proficisceretur, consueuisse autem Apollonium diebus singulis bis cũ Magis loq, in meridie scilicet, ac media nocte, ac se aliquãdo interrogasse Apollonium quales nam sibi Magi esse uiderentur illumq; respondisse sapientes quidem: non tamen perfecte. Sed de his posterius dicetur. Cum intrasset igitur Babyloniam Apollonius, Satrapa qui magnæ portæ custodiendæ præerat, +ubi uisendæ ciuitatis gratia ipsum uenire audiuit, regis auream statuam illi obtulit, quam nisi quis procidẽs adorasset, ciuitatem intrare non permittebatur, uerum his qui ab aliquo Romanorum magistratu+ missi uenissent, talis non incumbebat necessitas. Apollonius itaque statuã aspiciens, cuius nam illa esset interrogauit? cũq; regis eam esse responsum fuisset: Is inquit quem uos tã suppliciter ueneramini, si à me tanquam uir bonus laudari meruerit, maiorẽ quàm ex hac ueneratiõe gloriã assequetur: atq; hæc dicens ciuitatis portam intrauit,

eius

+ἴυγγες, Thedorus torquillam sane hanc & turbonẽ appellat, de hac lege Pindari et Theocriti interpretes.

+Ἀδράςειαν, ultiõis deã.

+ὅτι ὑπὲρ ἱςορίας ἥκοι.

+πρεσβεύοντι

*eius uero audaciam admiratus Satrapa uadentem secu
tus est, & apprehensa manu per interpretem interro-
gauit, quod nam sibi nomen esset? quæ patria? quod stu
diū? & cuius rei gratia ad ea loca uenisset? acceptumq́;
ab Apollonio responsum in tabella scripsit: habitū quo-
que & faciem hominis adijciens. Et ut resisteret ius-
sit ipse ad homines qui regis aures appellantur pro-
currens uerbis Apollonium figurauit, dixitq́; regis sta-
tuam adorare illū noluisse, neq; alijs hominibus aliqua
ex parte esse similem. Illi uero ad se duci atq; ab omni
malo intactum seruari iusserunt: uenientem itaq; Apol-
lonium, qui eorum natu maior erat interrogauit, +qua* +ὅ, τι παιδείᾳ
*nam fretus disciplina regem contemneret? Ille uero ne-
quaquam adhuc se contempsisse respondit, cumq́; rur-
sus ille interrogaret, num te illum contempturum arbi-
traris? Sane per Iouem inquit si ipsum allocutus nō bo-
num atq; honestum esse comperero: Num igitur dona
aliqua illi affers? affero inquit, & quidē præclara, for-
titudinem, iustitiam reliquasq́; huiusmodi uirtutes: An
igitur tanquam non habenti eas affers? Minime per Io-
uem, inquit Apollonius, sed tanquam ei qui discere pos
sit ipsis uti, si eas habeat. At enim, inquit, senior illis ta
libus usus uirtutibus rex, amissum quod cōspicis regnū
recepit, & hanc tam præclaram domum extruxit, nō
sine magno labore, & honore. Quotus autē à recepto
regno hic est annus, interrogauit Apollonius. tum ille,
mensis iam secundus anni tertij inquit. Suspiciens igi-
tur, ut solebat Apollonius. O +regij corporis custos, in-* +σωματο φύλαξ.
quit, siue quo alio nomine mauis appellari, Darius Cyri

 filius

filius & Artaxerxis pater, annos (ut opinor) sexaginta hoc regnum tenuit, cumq; finem iam adesse uitæ suspicaretur, tradunt iustitiæ sacrificantem talia fuisse precatum: O domina si qua es usquã, quibus uerbis satis ostendit se iamdudum iustitiam exoptasse, neque adhuc illã aut cognoscere, aut acquirere potuisse: quod ex eo satis constat, quia adeo filios stulte educauit, ut sibi inuicem arma inferrent, ut eorum alter uulneraretur, alter uero interficeretur à fratre. Tu autem hunc regem uixdum satis firme in solio constitutũ, omnes iam apprehẽdisse uirtutes putans, tam immoderate ipsum extollis, quãuis tibi, non mihi lucro futurũ sit, si ad meliorẽ frugem deductus fuerit. Respiciens igitur Barbarus in eũ, quẽ proximus astabat, + quis nam deorũ inquit hunc uirum ad hæc loca perduxit? bonus enim cum bono conuersatus meliorem, modestioremq;, & propterea nobis iucundiorem regem efficiet, uidetur enim non parum ab alijs hominibus differre. Currentes igitur + nunciauerunt regi stare ante fores uirum Græcum sapiẽtem, & consultorem bonum, ut apparet. Forte hoc accedente nuntio rex coram Magis sacrificabat, aduocãs itaq; eorum unum, perficitur, inquit, quod hodie tibi narraui cum me salutatum ad lectum uenisses: uiderat autem rex somnium huiusmodi. Iacenti sibi uisus fuerat astare Artaxerxes filius Xerxis in eam formam atq; habitũ mutatus, qua nunc eum, qui aduenit esse referunt. Timuerat igitur Rex ne quam regno permutationem, hoc uisum portenderet, ex formæ commutatione id cõiectans. Postquam uero audiuit Græcum ac sapientem esse

+ ἕρμαιον ἔφη θεῶν τις ἄγει τουτονὶ τὸν ἄνδρα ἐνταῦτα, id est, salus est quicunq; deorum uirum hũc ad nos duxit.

+ εὐαγγελιζόμενοι πᾶσιν.

esse qui aduenerat, uenit in mentem Atheniensis Themistoclis, qui ex Græcia quandoque in hæc ipsa loca profectus, cum Artaxerxe familiaritatem iniit, eúmque cum pluris dignum effecisset, magnam sibi quoque parauit dignitatem. His dictis dexteram extendens, uocate intus hominem, inquit, à bono omine aduentus eius sumpsit exordium, quando diis sacra & uota mecum facturus aduenit. Intrauit itaque Apollonius à multis uocatus, in eo nanque regi gratificari putabant, quod animaduertissent ipsum eius aduentu lætari. Ingressus autem regiam nihil respexit eorum, quæ cæteros ad admirationem uertere consueuerant, sed tanquam uiator illa pertransibat, & Damidem accersens nunquid, inquit, tu hodie ex me quæsieras quo nomine uxor Pamphili uocata fuerit, quæ cum Sapho familiaritatem habuisse, & composuisse perhibetur hymnos, qui etiam his temporibus in honorem Pergææ Dianæ cantantur: eos uero Aoliæ Pamphiliæq; modum secuta dicitur ædidisse, quæsiui sane (inquit Damis) tu uero nomen haudquaquam protulisti: non protuli, inquit, ò bone uir, uerum si modos hymnorum consyderemus, & quo pacto Eolica nomine & cãtus Pamphiliis permutarit, alii profecto euaderemus, miniméque de nominibus exquirendis sollicitaremur: attamen sapientis mulieris nomen fuit Damophyla, quæ æquales sibi uirgines congregasse, & poemata composuisse, partim amatoria, partim Dianæ laudes continentia, multáque ex Saphus poematibus didicisse opinatur. Tantum itaque absuit, ut regias opes, aut

Themistocles.

Pergæa Diana à Perga oppido Pãphiliæ ubi operosissimũ fanum Dianæ, & celeberrima quotannis festa.

Damophyla

eius fastum admiraretur, ut ne oculos quidẽ ad ea aspicienda uertere dignatus de rebus alijs sermones instituerit. Rex *autem uenientem conspicatus, quod satis magna erat templi magnitudo, quædam ad circunstantes locutus, agnoscere se hominem dixit, inde cum propius accessisset magna uoce exclamans: Is est inquit Apollonius quem Megabates frater meus Antiochiæ quãdoq; se uidisse retulit, summo honore admiratiõeq; à+studiosis omnibus habitum: & ipse tunc talem, qualem nunc uideo designauit. Adeuntem igitur & salutãtem rex Græco sermone compellans, secum una sacrificare dijs iussit.* Erat *autem candidum equum mactaturus,+& egregijs faleris ornatum, tanquam in pompã profecturum.* Respondens *Apollonius, tu quidem rex tuo more sacrificabis, inquit, & mihi meo ritu sacrificare cõcedes. His dictis thura manibus capiens. O sum me sol inquit eo me terrarum mitte, quo me profuturũ esse cognoscis, & concede precor ut uiros bonos agnoscam, improbos uero neq; agnoscam, neq; agnoscar ab illis. Hæc dicens igni thura imposuit diligenter, post modum intuens quo pacto fumus ascẽderet, quasq; uertigines faceret: quantum sese attolleret: inde ignem attingẽs ubi litasse sibi uisus est,* Tu, *inquit, ò rex tuo more sacrifica, & tuæ patriæ ritus serua, ego autem meo ritu sacra peregi. Hæc dicens à sacrificio discessit, ne cædis aut sanguinis particeps fieret.* Peractis *autem sacris ad regem ueniens, num Græcam linguam penitus sciret interrogauit, an consulendi causa, & ruditatis euitandæ pauca quædam didicisset, cum ille uniuersam*

+σπουδαίων.

+τῶν σφόδρα νισαίων, id ē, ex Nisæis de meliore nota. De Nisçis æqs sic Strabo lib.11. de Media scribens, Nisços equos qbus reges utebãtur, optimos ac magnos, alij hinc genus habere dicunt, alij ex Armenia suã formam & propriam habẽtes. &c.

perinde

perinde ac propriã se nosse respondisset, & audacter quæq; uellet loqui hortaretur, audi igitur, inquit, Apollonius, peregrinatiõis nostræ propositum est ad Indos proficisci, attamen sine uestro congressu transire nolui, cum audissem te uirum esse perfectum, + qualem nunc præsens intueor, & simul sapientiam, quam apud uos Magi profitentur agnoscere cupiebam, ut uiderem an circa + diuersas res (ut fertur) sapientes essent, ego uero Pythagoræ Samij disciplinã profiteor, qui me deos hoc mõ colere docuit, & ab ipsis uisibilia, inuisibiliaq; cuncta cognoscere, meq; cum illis aliquando loqui, ab eodem præterea didici hoc + terrestri uellere amiciri, quod non ab ouibus detractum, sed purum ex puro natum est, aquæ, atq; terræ donũ Othona, ipsam quoq; comæ prolixitatem à Pythagora accepi, & ab animalibus uescendis abstinentia ex eiusdem doctrina mihi cõtigit, + comes autem & particeps desidiæ aut delitiarum nec tibi, nec alij cuiquam esse uellem, à curis autẽ, et solicitudinibus liberare quemuis facile possum, quod ea quæ agenda sunt non solum agnosco, uerumetiã præcognosco, & hæc quæ cum rege locutum Apollonium scribit Damis, ipse etiam Apollonius in quadam scribit epistola, sicut & alia multa ab se dicta, factaue in epistolis retulit. Postquã uero rex cum amicis loquens magis gaudere se dixit, lætariq; ob ea, quæ ab Apollonio audierat, quàm si Persarum, aut Indorum opes diuitijs suis adiecisset, sibi illum hospitem fecit, & aulæ regiæ participem esse iußit. Tunc Apollonius, si te, inquit, ò rex in patriam meam uenientem, rogarem ut in ea do-

+ ὅιον μὲ ξόνον χος ἤδη ὁρῶ, id est, qualem ad unguẽ iã uideo

+ τὰ θεῖα, id est, diuinas res.

+ γηΐνῳ ἐρίῳ. Othona oĩs uestis linea.

+ συμπότης.

mo maneres, quam ego habitarem, num facturus id esses? certo per Iouem rex, inquit, etiam si domum deteriorem habitaturus essem, quam nūc† satellites, & mei corporis custodes habitent. Attamen non pro tua dignitate susceptum te dicere posses, ea igitur mea ratio nunc est, inquit, si enim domum conditioni meæ imparem habitauero tanquā prauus accusari possem: omnis enim excessus maiorem affert molestiam sapientibus, quàm uobis cæteris defectus. Me igitur priuatus quispiam malim suscipiat hospitio, æqualia mihi poßidens, ego autem quantumcunq; uolueris tecum sum futurus. Permisit igitur hoc illi rex, ne quid sibi afferret molestiæ, instituitq; ut apud uirum Babylonium bonum quidem, & perhumanum hospitaretur. Cœnantibus autem Eunuchus† à rege missus superuenit, mandata huiusmodi à rege ferens. Rex tibi decem munera donat, potestatemq; permittit, quænám illa uelis esse, deligendi: rogat autem ne parua petas, quod beneuolentiæ suæ magnitudinem tibi reliquisq; notam esse cupiat. Laudans itaq; nuntium Apollonius, quando inquit petendi tempus datur? cui eunuchus, cras, inquit, & simul amicis omnibus & affinibus regijs nuntiauit, ut postridie ad regem uenirent, ut petenti Apollonio, & regi petita exequenti testes adessent. Scribit autem Damis se putasse nihil illum fore petiturum, quod & mores eius nosset, & ipsum quandoq; sic deos precantem audisset: O dij concedite mihi pauca habere: & nullius indigere. Rursus uero cum ipsum cogitabundum aspexisset, omnino petiturum esse, & quidnam petiturus esset cogitare

† δορυφόροι.

† τῶν τὰς ἐπαγγελίας διαφερόντων.

gitare illum arbitrabatur. Vergente autem in occasum die, ô Damis, inquit, ego nunc mecum cogitabam qua de causa Barbari eunuchos +modestos arbitrantur, & +ad mulieres custodiendas ipsis utuntur. Ego hoc inquit Damis etiam puero manifestum esse puto, postquam enim membrorum defectio Veneris usum illis abstulit, permittitur illis mulierum custodia, & cum mulieribus dormire sinunt. Amare etiam, & cum mulieribus concumbere, inquit, Apollonius ablatum illis censes? utrumq; ablatum inquit arbitror Damis: si enim extinguatur, aut auferatur pars ea qua corpus ad Venerem incitatur, amare illos nequaquam arbitror. Tum tacitus moratus parumper Apollonius, cras disces, inquit, ô Damis eunuchos amare, & cupiditatem quæ per oculos inducitur in illis non extingui, sed calidam & uigentem in ipsis permanere, aliquid enim eueniet quo facile ratio tua cõfutabitur, quod si humana quæpiam ars est domina potensq; cupiditates eiusmodi ex animo depellere, non recte mihi uidentur eunuchos +temperatorũ numero adscribere, quia coacti & uiolentia quadam compulsi amore penitus carere putãtur. Temperantiæ enim munus est cupientẽ quidẽ & appetẽtem à Venereis nõ superari, sed ab illis abstinere, nec ab illo dolore uinci, quem cupitæ rei desiderium inducit. Tum Damis hæc inquit aliàs considerabimus Apolloni. Nũc aũt quid regijs pollicitatiõibus præclaris quidẽ, ac magnis respõdendũ sit considerari oportet. Petes enim fortasse nihil, in quo cauẽdũ est, ne propter superbiã oblata à rege dona repudiare uidearis: hoc igitur ti

Eunuchi nõ sunt temperantes.

+σώφρονας.

+γυναικωνίτιδας.

+σωφρονούντων.

Temperãtia

bi cauendum esse censeo, & simul ubi terrarum simus, & eius ditioni subiacere nos considerandũ puto, maxime uero superbiæ calumniam (ut dixi) fugiendam censeo. Animaduertendum præterea puto nobis, quod nũc uiaticum suppeditare usq; ad Indos, illinc autem redeũtibus sufficere minime posse, quod nunc habemus, neque unde capiamus facultatem datum iri. His uerbis artificiose Damis persuadere tentabat, ne, quæ regem daturum putabat repudiaret. Apollonius autem quasi rationibus illis persuasus: & alias quoq; in eandem sententiam adijciens, exempla, inquit, ad rem facientia prætermisisti ò Damis: Nam Aeschines Lysaniæ filius in Siciliam ad Dionysium pecuniæ accipiendæ causa nauigauit, & Plato in Siciliã itidem nauigans, ter charybdim præternauigasse dicitur, Siculorũ diuitiarum causa. Aristippus insuper Cyrenaicus, Ciziceus Helicon, et Phyton: q ex Rhegio aufugit eodẽ profecti sunt, oẽsq; Dionysij thesauris ita se immersere, ut uix inde diuelli possent. Præterea Gnidium Eudoxum pecuniæ causa in Aegyptum profectum, idq; etiam fateri ausum cum rege aduentus sui causam communicasse perhibent. At ne plures calumnier, Speusippum Atheniensem usq; adeo pecunias amasse tradunt, ut in Casandri nuptijs Macedoniam usq; sit profectus. Poemata sane frigida à se cõposita ferens, eaq; publice pecuniarum gratia recitasse dicitur. Ego autem ò Damis sapientem uirum periculis subiacere magis arbitror, quàm qui in mari nauigant, aut qui in pugna præliantur. Inuidia nanq; ipsum comitatur & loquentem, & tacentem, & †detrahentem

Aeschines. Plato. Aristippus. Helicon. Phyton. Eudoxus. Speusippus.

† ἐντείνοντα

tem, & remittentem, siue aliquid agat siue agere omittat, si salutet, aut non salutet, opus igitur illum undiq; munitum esse & cogitare, quod si à desidia uincatur sapiens, siue ab amore, aut ebrietate, siue aliquid minus oportune fecerit ueniam fortasse merebitur, sin uero pecunijs sese subiecerit, nullam omnino merebitur ueniã, omnibusq́; erit odio, & uitijs cunctis obnoxius existimabitur, neq; enim pecuniarum cupidine ipsum superari putabunt homines, nisi uentris & uini cupidine superetur, aut nimio uestitus luxu, quæ plerunq; meretricius amor comitatur. Tu autem fortasse minus uitiũ esse putas in Babylonia, *quàm* Athenis *aut in* Pythia *aut in* Olympijs *peccare, neq; existimas sapienti uiro ubiq; esse* Græciam, *nec ullam ei desertam esse aut* Barbaram *regionem, propterea non extimatione, aut opinione ducetur, cum semper in oculis uirtutis uiuat, & homines perpaucos adspiciat, cum infinitos pene oculis uideat.* Q*uod si quempiam athletam ò* Damis *offenderes luctã aut* + *pugillatoriam artem exercentem, num ipsum extimatione aliqua dignum putares nisi cum* Olympia *uicisset in* + Achaiã *proficisceretur? aut generosum ipsum fortemq́; diceres nisi etiam in* Pythijs *ac* Nemeis *corpus exerceret? qui ludi celeberrimi sunt, et magno Græcorum studio coluntur.* Q*uod si forte propter captas urbes* Philippus, *aut eius filius* Alexander *propter uictorias habitas ludos indixerit, num athletam illum minorem corporis curam habiturum, aut remissius certaturum arbitraris? propterea quod in* Olyntho *aut in* Macedonia *siue* Aegypto *certandum esset, & non in*

+ παγκρατιάζειν.

+ Græca exẽplaria cõstãter Arcadiã habẽt, cũ olympicũ certamẽ pisis in Achaia, constet celebratũ. Nisi dicamus ueteres Achaiam ipsam sub Arcadia aliqñ descripsisse, quorũ de numero Euemerus, ut autor est Xexes Lycophronis interpres.

Græcis

Græcia, atq; ibidem existentibus stadijs. Hac ratione adeo se confusum scribit Damis, ut faciem ob pudorem occultaret, seq; excusando ueniã peteret, quod nondũ satis illius mente perspecta talia consuluisset. Verũ Apollonius bono illum animo stare iubens, cõfide, inquit, neq; enim tui obiurgandi causa dæc dixi, sed ut plane aperirem animum meum. Interea accedente eunucho, qui illum ad regem uocabat, ueniam, inquit, postquam quæ ad deos attinent bene mihi disposita sunt. Inde uotis sacrificijsq; peractis ad regem perrexit specie conspicuus, & habitus ornatu admirabilis. Intranti autem primo rex inquit, ego decem dona tuo arbitratu eligenda tibi concedo, quia te uirum existimo talem, qualis ex Græcia nondum quisquã huc uenit. Cui Apollonius non omnia repudiabo inquit, atq; unum præ multis decadibus expetens, quã maxime possum concedi mihi postulo, & simul Eretriorum causam suscepit, & à Datide incipiens omnes illorum exposuit calamitates. Rogo, inquit, ne miseros datis finibus atq; + tumulo pelli finas, uerum pascere atq; arare intra fines eos illis concedas, quos eis Darius tradidit, pergraue enim est suis amissis, his etiam quæ ab alio tradita sunt, uti non posse. Rex itaq; placido uultu illum aspiciens Eritrei inquit, usq; ad hesternum (ut ita dixerim) diem hostes mei, ac maiorũ meorũ extitere, postquã autẽ armis subacti in ditionem nostram cesserunt, eorumq; genus ad internitionem pene deletũ est, inter amicos numerabuntur, daboq; illis satrapam uirum bonum, qui iuste recteq; res eorũ disponat. Tu uero nouẽ reliqua dona cur nõ accipis?

+ colle poti⁹ λόφε.

pis? quoniam (inquit Apollonius) amicos hic nondũ acquisiui. Tu autẽ (inquit rex) nullis ne rebus indiges? pane (inquit Apollonius) & †oleribus, quæ me iucũde splẽdideq; pascunt. Dum ipsi inter se talia confabulantur, ingens clamor in regia auditur, ab eunuchis mulieribusq; exortus fuerat, fuerat autẽ deprehẽsus eunuchus cum una ex regijs pellicibus cubans, & sicut mœchi facere solẽt Venerea exercẽs, hunc cæteri eunuchi ex eo ma trahentes circa †mulierum claustrũ deducebãt. Illo enim pacto regij serui trahi solẽt. Inde cum eunuchorũ senior diceret, se iam dudum animaduertisse hunc eunuchũ eius mulieris amore teneri, ac propterea monuisse ne eam alloqueretur, neue collum aut manũ omnino tangeret, utq; ab ea sola exornanda se abstineret. Nunc tamen cũ ea iacentem, & uiri opus agentem esse deprehẽsum. Respiciens Damidem Apollonius, tacite sermonis eius illum admonuit, quem de eunuchis philosophando locuti fuerant. Rex aũt ad circunstantes conuersus turpe, inquit, est ô uiri præsente Apollonio de modestia loqui nos, ac non ipsum potius ferre sententiam. Quid igitur illum pati dignum censes Apolloni? Quid aliud (inqt ille) nisi ut uiuat, præter oĩm opinionẽ, ita respõdens. Erubescẽs aũt rex, nũ illũ pluries mori dignũ cẽses, qui meũ lectũ ausus est uiolare? At ego inqt Apollonius nõ ueniæ causa hoc dixi, sed supplicij, quod ipsum si uixerit comitabitur. Si enĩ in uita permãserit difficilia, et toleratu aspera multa perferret, nec cibo nec potu utẽs, nec spectaculis, quæ te tuosq; delectãt perfruẽs: saliet insuper in eo cor freqũeter, & ẽ somnio, excitabitur,

†τραγημάτων, quod semper uertit olera, cũ hoc nomine Græci quoscunq; terræ fructus, qui secundæ mẽsæ sunt appellent.

†γυναικωνίτιν, mulierum domus est seorsum ἀπ' ἀνδρῶνος ædificata, ubi sua negotia secretius mulieres tractant.

†σωφροσύνης.

tur, quod maxime dicunt amantibus euenire. Quis igitur sic uiuēti morbus nō aderit? quæue pestis uiscera nō laniabit? quod si nō nimiū† uitæ amator sit ipse te sæpius rogabit ò rex, ut se interficias: aut sibi ipse mortē consciscet: præsentem diem deplorans: quod non statim mori sibi contigerit. Tale itaq; fuit Apollonij responsum, adeo iucundum ac sapiens, ut eo persuasus rex uitam eunucho permitteret. Profecturus autem rex uenatum in† hortos, ubi leones feros ursos, pātherasq; clusas seruabat, rogauit Apollonium ut secum una ad uenandum accederet, cui Apollonius, an inquit oblitus es ò rex noluisse me tibi adesse sacrificanti? multo igitur minus iucunde uidere possem feras uulneribus affectas, & præter ipsarū naturam† seuientes. Interroganti regi quonam pacto stabiliter, tuteq; regnare posset, respōdit Apollonius, si multos honoraueris, paucis uero credideris. Cum Syriæ quidā princeps legatos ad eos misisset, et de duobus uicis qui in finibus eius positi erāt, diceretq; illos quondam Antiocho, Seleucoq; paruisse nunc suæ ditionis esse, quamuis iure ad Romanos spectent. Arabes autem, & Armenios uicis illis non ausos esse molestiam inferre, se autē illos inuasisse, ut talis terræ fructus ipse rex potius caperet, cum ad se potius q̄ ad Romanos crederet pertinere. Rex autem parumper à se dimißis legatis, hos pagos, inquit, Apolloni prædicti reges maioribus meis concessere. pro his feris educandis, quæ à nobis captæ per Euphratem ad eos perueniunt. Isti uero tanquam horum obliti iniuste faciunt, tibi igitur qualis legationis hæc sentētia uidetur?

† φιλοψύχως τις.

† τῶν ἐν τοῖς παραδείσοις χωρίων. Est autem paradisus horti pars amœnior & fontibus irrigua ubi & reges animi causa deambulāt. Item hortus undiq; sept⁹ ubi feræ uiuę conseruāt, atq; hāc propriam dictionis significationem esse putant cōpositione à παρὰ καὶ δίσειν.

† διασουλωμένοις, seruientes fortasse uerterat.

Modesta

Modesta inquit Apollonius, et iusta, si quæ possunt etiã te inuito poßidere, cum sint in eorum finibus posita, à uolente suscipere malunt, atq; etiam adiecit illud, non oportere uicorum causa, quos aliquando maiores sui possedissent, contentionem cum Romanis subire, cum bella etiam pro magnis rebus suscipienda non sint. Cũ rex in aduersam ualetudinem incidisset, aßistens illi Apollonius, talia tamq; diuina de anima locutus est, ut suspirans rex astantibus amicis diceret, Apollonium suis uerbis effecisse, ut non modo regnum, sed etiam mortẽ facile contemneret. Cum +aditum quem sub Euphrate *ædificatum diximus, rex Apollonio monstraret, interrogaretq; num sibi magnum uideretur miraculum? eius admirationem calumniatus Apollonius, miraculum inquit esset ò rex, si qui fluuium tam profundum, tam rapidum peragrare pedibus potuissent. Inde cum muros* Ecbatanorum *eidem ostenderet, diceretq; illos deorum habitationem esse. Deorum, inquit Apollonius, habitationem omnino non esse scio, utrum autem uirorum sit habitatio nescio,* Lacedæmoniorum *nanq; ciuitas ò rex absq; muris habitatur.* Rursus *cũ rex uicis iura dicẽs, +iactaret se in una audienda causa biduum iam consumpsisse, tarde enim, inquit, quod iustum esset inuenisti. Aliâs item cũ plurimis+à procuratore susceptis pecunijs, rex innumeras pecunias in thesauris conditas Apollonio ostendisset, quo illi pecuniarum cupiditatẽ inijceret, ipse nihil eorum, quæ uidebat admiratus, tibi inquit ò rex+pecuniæ istæ sunt, mihi uero paleæ.* Quid *autem cum illis operare præclare possem interrogãti,*

D *ut illis*

+σύραγγα, fossam ubiq; antea uertit, aliqñ sumitur pro crypta.

Lacedæmoniorum ciuitates.

+ἐκ τῆς ὑπηκο-κός.

+χρήματα, quo indicare uoluit regi pecuniã usui fore. nã ambigua significatio τοῦ χρήματος multis iocandi argumentũ dedit.

ut illis uteretur respondit; es enim rex. Multa cum rege huiusmodi locutus, ubi libenter sua consilia sequentem animaduertit, satisq; iam cum Magis philosophatum se esse putaret, age iam, inquit, ò Damis ad Indos pergamus: qui enim ad lotophagos nauigant, eius cibi suauitate capti, domesticarum rerum obliuiscuntur: nos uero, quanq̃ nihil hic tale gustauerimus, diutius tamen quàm deceat in his locis consedimus. Mihi uero hoc ipsum uidebatur (inquit Damis) sed tẽpora computãs, quæ ex leæna uisa coniectauimus, quo ad illa præterirent expectabam, quæ nondum sane perfecta sunt, mensis enim quartus supra annum uoluitur, ex quo huc peruenimus, sed tamen si nunc abire poßimus bene habet. At enim (inquit Apollonius) non sua sponte nos dimittebat rex ante mensis octaui finem, sed benignum & humanum ipsum agnoscis, & meliorem, quàm ut Barbaris imperet. Postquam igitur penitus abire constituit Apollonius, capiendorum munerum sibi uenit in mentem, quæ eo usq; sumenda distulerat, quoad in eis locis amicos compararet, regem igitur adiens, inquit, optime rex ego hospiti meo beneficij nihil contuli, tum uero sacerdotibus Magis doctrinæ mercedem debeo, rogo igitur, ut eorum memineris, meiq; gratia aliquid impartias boni. His postulationibus uehementer gauisus rex, cras, inquit, istos† magnis ornatos præmijs & dignitate auctos ostendam tibi. Tu autem, ubi mearum rerum nullis omnino indiges permitte saltem, ut hi ex me pecunias accipiant: manu autem designabat eos qui Damidem sequebantur, cumq; illi huiusmodi uerbis auditis

†ζηλωτοὺς, beatos.

ditis sese auertissent, uides (inquit Apollonius) ò rex manus meas quàm multæ sint, & tamen omnes inter se similes? Saltem inquit rex itineris ducem accipe, & camelos qui uos portent, itineris enim longitudo maior est, quàm quæ pedibus peragrari possit. Fiat ut iubes ò rex (ait Apollonius) ferunt enim iter perdifficile his esse, qui huius generis iumentis nõ portẽtur. Hoc enim animal facile pasci dicunt, & ubi pabulum desit. Camelus. Aquam præterea in commeatu parandam, atq; utribus non secus, ac uinum deferri oportere audiui. Tridui, inquit, rex, aquis iter caret, post id autem fluuijs ac fontibus regio abundat. Iter uero per Caucasum tibi censeo faciendum, apta enim ambulatu & fertilis, & hospitalis est illa regio. Interroganti autem regi, qualesnam munus illinc deferret ad eum? pergratum sane ò rex ait, nam si uirorum illorum conuersatione prudentior euasero, redibo tibi melior, quàm nunc proficiscar. Talia dicentem rex complexus, pergite, inquit, erit enim profecto hoc munus amplissimum.

PHILO

STRATI DE VITA APOLLO-
lonij Liber secundus.



DVENIENTE AVTEM iam æstate Apollonius eiusq; comites illinc discessere, camelisq; uehebantur ipsi, & itineris dux. Is

†ὑποκόμος

autem erat + stabularius: qui camelis regijs curandis præerat, abundabant autem omnis generis comeatibus, quos rex præbuerat. Homines insuper regionis eius, qua faciendum erat iter certatim illis benefacere studebant, libenterq; eos suscipiebant hospitio, qui enim agmen præce-

†φίλιον.

debat camelus auream+laminam in fronte gerens præmonstrabat regem ex amicis suis quempiam aliquo mit-

Caucasus.

tere. Cum iam Caucaso propinquarent, olentis terræ iucundum odorem sensere. Hunc autem montem princi-

Armenia. Pamphilia Cares.

pium facimus Tauri, qui per Armeniam, Ciliciam, & Pamphiliam usq; & Mycalem procedens, & in mare iuxta quod Cares habitant desinens, Caucasi finis puta-

Mycale.

tur, non autem principium ut quibusdam placet. Mycales enim altitudo non admodum magna est, Caucasi autem summitates intantum exurgere perhibentur ut sol circa ipsas scindi uideatur: complectitur autem altera parte Taurus conterminem Indiæ Scythiam omnẽ iuxta Meotidẽ: & sinistrum pontum duorum millium stadio-

stadiorum longitudine. Tantam enim terræ mensuram complectitur Caucasi+ambitus: quod autem nostra ex parte appellatus Taurus per Armeniam protendatur, quod quodam tempore creditum non est, testantur+pãtheræ, quas in Pamphiliæ parte, quæ aromata profert captas esse comperimus. Tales enim feræ aromatibus gaudent, & ex longinquo odorē sequentes trahuntur, & ex Armenia per montes proficiscentes ad storacis lachrymam feruntur, quotiens uenti ab ea parte flantes, ab arboribus id gummi stillantibus odorem perferunt. Accepi etiam in Pamphilia pantheram captã fuisse, aureum torquem circa collum habentem Armenijs literis huiusmodi inscriptum:

+ἀγκὼν, brachium, paulo post cubitũ uertit.
+αἱ παρδάλεις. Pantheræ.

REX ARSACES DEO NISAEO.

Regnabat autem temporibus illis in Armenia Arsaces. Is ut opinor feram uidens eximia præ cæteris magnitudine, eã Baccho sacrauit: Bacchus enim Nisæos à Nisa quæ in India est nuncupatur, non ab Indis solum, sed ab omnibus gentibus, quæ orientem spectant. Illa uero, quam dixi fera aliquandiu cum hominibus est uersata, attrectari, demulceriq; manibus patiẽs. Adueniente autem uere, ubi Veneris eam cupido stimulauit+maris desyderio tracta in monte secessit, eodem quo uenerat ornamento insigni. Capta autem fuerat in inferiore Tauri parte aromatum odore, ut diximus allecta. Caucasus autem (ut ad propositum redeamus) Mediam atq; Indiam terminans, in mare rubrũ altero cubito descẽdit. Feruntur autem de eo monte à Barbaris fabulæ, quas de eodem etiam Græci decantant, Prometheum scilicet

Græci codices non habent inscriptionẽ nec Armenicam nec Græcã.
Bacchus.
Nisæus.
Nisa.
+παρδάλεις, nam sic pardus mas uocatur.
Caucasus.
Promethe⁹.

ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ.
Hercules.

✝ob amorem,quem nimirũ erga homines gesßit, in eo monte ligatum fuisse,Herculẽ uero quendam(non enim illum qui Thebis est ortus esse uolunt)id perferre non potuisse, & sagittis uulnerasse aquilam,quam suis uisceribus alebat Prometheus.Ligatum autẽ fuisse Prometheum alij in antro dicũt,quod in radicibus montis ostẽditur,ubi & uincula petris affixa conspici Damis refert,quæ difficillimũ nosce sit quánam materia cõfecta sint,alij in summo cacumine montis ligatũ fuisse dicũt, est autem biceps,& propterea singulis tumulis singulas manus alligatas fuisse perhibent, cum tamen stadij unius spacio inuicem distent, tanta illum proceritate corporis fuisse tradunt. Aquilas autem quicunq; Caucasum habitat, inimicas hãbet, propterea illarum nidos, ubicunq; enati fuerint,igniferis sagittis incendunt, laqueos insuper ad eas capiendas tendunt, Prometheum ulcisci dictitantes,eo usq; fabulis fidem adhibuere. Trãseuntibus autem Caucasum,quatricubitos homines occurrisse ferunt,colore subnigros,aliosq; uidisse cubitorum quinq; cum ad flumen Indum peruenissent. Medio autem itinere usq; ad flumen dictum hæc memoratu digna inuenerunt. At primo quidem cum lucente claraq; luna noctu iter facerẽt, ✝Lamiæ phantasma illis occurrit,modo in hanc, modo in aliam figuram sese conuertens,quandoq; ab oculis repente euanescẽs. Apollonius autem,quid nam id esset quamprimum agnoscens, grauibusq; contumeliosis uerbis illud increpans, socios ut idem facerent hortabatur,id enim cõtra huiusmodi inuasiones optimum sciebat esse medicamentum. Eius dictis

Promethei uincula.

Aquilas Caucasiani insequuntur.

Homines miræ magnitudinis.

✝ἐμπούσης φάσμα, id est Empusę spectrum, uide Chiliades Eras.

ctis cum socij paruissent, stridens phantasma celeriter tanquam idolum aufugit. Transcendentibus autem mōtis uerticem, & summum eius iugum perambulantibus, cum decliuis admodū qua descensuri erant locus occurreret, his uerbis Damidē interrogauit Apollonius. Dic quæso Damis ubi nam hesterno fuimus die? tum ille, in subiecta montis planicie, inquit, rursus Apollonius ubi nā hodie sumus? in Caucaso inquit ille, nisi mei sum oblitus. Quando igitur inferiore in loco fuisti inquit? tum Damis, at hoc nec interrogatione dignum quidem est: Nam heri per terræ quasi concauitates ambulauimus, hodie autem ipsi cœlo propinqui sumus. Putas igitur ô Damis (inquit ille) hesternam profectionem infra esse, hodiernam uero supra. Certe inquit per Iouem Damis, si nō sum insanus, opinaris ne igitur, inquit Apollonius, locorum diuersitatem mutationis quippiam nobis afferre, atq; hodie tibi esse plus aliquid, quàm heri? opinor, inquit Damis, nam heri, qua plures ambulant pergebam, hodie uero qua pauci: at enim inquit Apollonius nunquid & in urbe licet à + communi uia diuertere, qua pauci ambulant ambulare? uerum ego non propterea hoc dixi inquit Damis, sed quoniam heri per uillas, & pagos ambulantes, inter homines uehebamur, hodie uero in regionem ascendimus ab hominibus non cultam, ac pene diuinam. Nuper enim ducem nostrum audisti dicentem Barbaros hæc loca Deorum domum esse prædicare, & hæc dicens ad summum uerticem montis oculos erexit. Apollonius autem ad prius interrogata ipsum reducens, potesne inquit

+λεωφόρου.

ne inquit ò Damis afferre, quid de diuina natura intellexeris, ubi cœlo magis appropinquasti? Ille uero nihil afferre possum respondit. Certe autem oportebat (inquit Apollonius) supra talem machinam, tamq; diuinã constitutum de cœlo, de sole, de luna euidentiores aliquas opiniões afferre, existimabas enim tam prope cœlum te accessisse ut posses, quæ modo nominaui corpore & uirga contingere. Quæ ego (inquit Damis) heri de rebus diuinis sentiebam, eadẽ hodie sentio, neq; de ipsis noua ulla superuenit opinio. Infra igitur adhuc es ò Damis, nihilq; ex tanta altitudine accepisti nouum, & à cœlo itidem atq; heri distas: recte igitur se habent, quæ te primitus interrogaui, ne me ridicula quædam interrogasse putes. Certe inquit Damis sapientiorem me descensurum fore arbitrabar, cum audirem Clazomenium Anaxagoram in Mimanto, qui mons est Ioniæ de cœlo, cœlestibusq; contemplatum. Thalethem uero Milesium in propinquo Mycasta idem fecisse: ferunt etiam nonnulli +subterranea loca meditationis gratia elegisse, quosdam uero in Athum montem cõtemplandi causa secessisse audiui: ego autem altitudinem cum numeratis omnibus conscenderim, nihilo sapientior factus descendam: Sed neq; illi, dit Apollonius, sapientiores propter loca facti descenderunt, tales enim speculæ cœlum fortasse magis +cœruleũ ostendunt, & astra paulo maiora, & solem ex nocte emergentem, quæ etiam pastoribus, ac bubulcis sunt manifesta: Verum quo pacto deus genus humanum curet, & quomodo ueneratione hominibus exhibita gaudeat, & quidnam sit uirtus, quid iustitia,

Anaxagoras.
Mimantus.
Thales.
+παγγαίω φροντιστηρίω χρήσασθ.
+γλαυκότερον.

stitia, quid temperantia, nec Athos unquam ascendenti bus ipsum ostendet, nec qui poetarum carminibus cele‑ bratior est Olympus, nisi animus illa contempletur, quo puro incorruptoq; seruato si quis ea quæ modo dixi in spiciat, altius quàm hic sit Caucasus cognoscendo prosi liet. His dictis cum iam montem transgreßi essent, uiri occurrerunt qui elephantis uehebantur. Hi autem sunt qui regionem colunt, inter Caucasum montem, & fluui‑ um Cophêna iacentem, homines plane + inculti, & ar‑ mentorum equites, curatoresq;: quorum aliqui camelis etiam insidebant, quibus ad cursum utuntur Indi, hisq; uno die mille stadiorum iter conficiunt, & genua habēt nequaquam flexibilia. Vnus igitur eorum camelo insi‑ dens, cum propius acceßisset, itineris ducem, quonā per gerent interrogauit, cumq; peregrinationis nouisset cau sam, cæteris + pastoribus nunciauit: qui eo nuntio gauisi propius accedere illos iusserunt, & uenientibus uinum obtulere, quod arte quadam ex palmarum fructibus ex primunt, mella insuper ex eisdem arboribus decerpta. Præterea leonum, ac pantherarum carnes, & earundē ferarum pelles, à carnibus nuperrime direptas dona‑ bant. Illi uero cæteris omnibus præter carnes, acceptis discesserunt, uersus orientem iter faciētes, cumq; apud fontem quendam pranderent, acceptum ab Indis pasto‑ ribus uinum pergustans Damis + per Iouem, inquit, hoc poculum plurimi facies Apolloni: neq; enim hoc uinum (ut arbitror) recusabis, sicut illud quod ex uuis ex‑ primitur. Atq; hæc dicens poculum libauit: quoniam lo quendo Iouis meminerat. Subridens autem Apollonius,

Elephantū uectores.

+ἄβιοι τε καὶ ἱπποταὶ τῆς ἀγέλλης.

Dromedarij

+νομάσι.

+Διὸς ἔφη σωτῆρος.

D v nónne

nónne pecunijs accipiēdis abstinemus, inquit, ò Damis: *Plurimum certe, inquit ille, ut sæpius ostendisti:* Quid *igitur dicendum erit,* Apollonius *inquit, si ab aureis atque argenteis drachmis abstinuerimus, neq; ab huiusmodi generis numismate uincamur omnino: q̃uis non solum priuatos homines, uerumetiam reges ipsos uideam illud uehementer affectare: sin uero quispiam æneum nummum pro argenteo,* + *aut deauratā, & in auricula clausam adulterinam pecuniam obtulerit, num ipsam accipiemus, quæ re uera nō ea sit pecunia, quam uulgus tanto tempore concupiscit?* Quinetiam Indis *numismata sunt ex aurichalco, æréue nigro confecta, quibus omnia emere licet, his, qui* Indorum *mores, & instituta sequūtur. an igitur si tales pecunias benigni, atq; humani pastores obtulissent, tu ò* Damis *illas me respuentem esses intuitus? monuisses ne, ac docuisses re uera pecunias illas esse, quas* Medorum *rex, aut* Romani *cudunt? has uero materiam quandam aliam esse ab* Indis *propriæ commoditatis gratia excogitatam? quòd si tuis rationibus persuasus huiusmodi pecunias acciperem, nónne me auarum & philosophiæ contemptorem diceres, ac etiam deteriorē, quam milites, qui in pugna clypeum abijciunt.* Abijcienti *enim clypeum alius dari rursum potest, nihilo priore deterior, ut inquit* Archilochus. Philosophia *uero quo pacto recuperari potest ab eo, qui semel illam contēpserit, aut abiecerit?* Insuper Bacchum *mihi ueniam daturum confido, si penitus ab omni uino abstinuerim.* Sin *uero ex* + *dactylis cōfectum uinum (si uinum dicendum sit) uuaceo prætulerim, indignabitur,*

+ ὑπόχρυσον καὶ κεκιβδηλευμένον, id est subæratū & adulteratum. Interpres legisse uidet κεκυψελευμένον, q̃d est sordidū & impurum à sordib⁹ auriū, quas κυψελὶν uocāt.

+ φοινίκων.

quòd eius donum contemnere uidear: & absumus ab eo deo non procul, modo nanque ducem nostrum audisti dicentem, prope esse montem Nisam, ubi Bacchus multa (ut accepi) mirandáque operatur. Ebrietas quoque ò Damis nō ab uuis tantum hominibus prouenit, uerumetiam à dactylis, perinde atque ab uuis plerique bacchantur: Multos enim Indorum offendimus, uini talis dactylis expreßi ebrietate correptos, quorum alij quidem saltantes cadunt, + alij dormientes cantant, sicut apud nos faciunt, qui in multam noctem à potatione uix recedunt. Quòd autem ipse potionem hanc uinum esse opinaris, ex eo patet, quòd ex ea Ioui libauisti, & omnia precatus es, quæ uina libantes precari solent. Verum hæc pro meipso dumtaxat dicta accipe, neque enim te, neque famulos bibere prohibeo, quinetiam carnibus uesci permitto. harum enim rerum abstinentiam nihil uobis animaduerto prodesse, mihi uero consentanea ijs, quæ à pueritia, erga philosophiam sum professus. Hos sermones DAMIDIS *socij iocunde audierunt, & carnium usum acceperunt perlibenter: facilius itineris laborem toleraturos rati, si + opulentius aliquanto nutriti fuerint. Post hæc fluuium Cophêna nauibus traiecere, camelos pedibus per aquam ducentes: neque enim admodum profundus in ea parte fluuius est. Eo flumine superato in continentem uenerunt regiæ ditioni subiectam, ubi Nisa mons in altum protenditur ad summum usque uerticem plantis consitus, ueluti in Lydia est Tmolus. Licet autem cuiq; in ipsum faciliter ascendere,*

Nisa.

+ ὑπονυστάζοντες.

+ ἀφθονώτερον.

Cophen.

dere, cum sit propter culturam undequaque peruius.
Bacchi templum. *Ascendentibus autem occurrit* Bacchi *templum, quod plantatis lauris ipsummet Bacchum sibi instruxisse perhibent, tantum soli in gyrum complexum, quantum mediocri templo satis est.* Eius *autem contegendi causa uites atq; hederæ, circunq; lauros complexæ, quasi parietum structuram efficerent.* In *medio autem statuam suã erexit, iam tum conijciens fore, ut tempore coalescentes arbores locũ ipsum contecturæ essent, quod iam tũ ita perfectum erat, ut neq; pluuiæ ingredi, neq; intus spirare uenti possent.* Falces *autem, cophinos & torcularia, & cætera uindemiæ instrumenta, partim aurea, partim argentea in templo suspensa conspiciuntur.* Bacchi *uero simulachrum ex albo lapide fabricatum, +adolescentis* Indi *effigiem præfert: quotiescunq; autem bacchatur, &* Nysam *cõcutit, à subiectis ciuitatibus audiri fertur.* Est *autem de* Baccho *non parua inter* Indos, *&* Græcos *controuersia.* Ipsi *etiam* Indi *de eodem diuersimode opinantur.* Nos *enim* Thebanum Bacchũ *ad* Indos *profectũ usq; ducimus, bacchantẽ simul, et exercitum ducentem, coniecturisq; ad id probãdum plurimis utimur, & in primis monumento: +quod in* Pythia *depositum in eius templi seruatur thesauris.* Est *autem ex* Indico *argento fabricatus discus, taliq; inscriptione notatus:* Bacchus Semeles & Iouis filius *ab* Indis Apollini Delphico *sacrauit.* Indi *autem, qui inter* Caucasum *mõtem, &* Cophena *fluuium habitant,* Bacchum *ab* Assyrijs *in ea loca uenisse perhibent; & quæ de* Thebano Baccho *feruntur cuncta nouisse:* Qui *uero inter* Indum

+ἐφήβου ἰνδοῦ

+τῷ πυθοῖ ἀναθήματι.

& Hy

& Hydraotæ regionem colunt, quiq; cõtinentis eius reliquam tenent partem, quæ Gange terminatur, Bacchũ Indi fluminis fuisse filium perhibent, uenisseq; ad eum Bacchum alterum Thebis genitum, atq; ab eodẽ thyrso donatum esse, cum è contra Thebanus orgia sacra celebranda illum docuerit, dixeritq; se Ioue genitum in primis femore usq; ad partus maturitatem fuisse gestatum, inuenitq; montem Nysæ propinquũ, quem + coxã seu femur nuncupauit. Nysam uero (ut illi tradũt) in honorem Bacchi uitibus conseuerunt homines, qui Thebis uitium semina eo transtulerunt. Idem Alexandrum Macedonem affirmant, orgia in monte Nysa celebrasse, ueruntamen qui Nysam incolunt, asserunt Alexandrum nequaquam montem ascendisse, quanquam id uehementer cuperet, quod esset tum honoris cupidus, tum etiam uetustatis amator. Timuisse autem ne uitibus conspectis Macedones, quas longo iam tempore non uiderant, domesticarum rerum desyderio caperentur: neue cupiditas uini eos inuaderet, iam diu bibendæ aquæ assuefactos. His de causis Nysam prætergressus, in radicibus montis uota sacraq; peregit. Neq; uero sum nescius, minus grata fuisse quibusdam, quæ nunc dixi, quod nõnulli eorum qui cum Alexandro militarunt aliter de hoc ipso, sed non secundum ueritatem scripserunt. Ego autem ante omnia ueritatem sectari decreui, quam si & ipsi sequi uoluissent hac laude non fraudassent Alexandrum. Nam ipsum accessisse in montem & bacchantiũ ritu sacrificasse maius quiddam est, quàm ut credi facile possit: neq; enim uerisimile est tam diu illic exercitu commo-

+ μηρὸν, cuius meminit & Strabo libro. 15.

Alexander magnus.

commorato neminem interea montem aſcendiſſe. Petram autem quam + auernam incolæ uocant, non procul à Niſa poſita eſt, nõ uidiſſe ſcribit Damis, quoniam in ſeceſſu quodam longius ab ea qua pergebant uia locata ſit, timuiſſe autem itineris ducem tam longe à recto itinere digredi. Scribit ſe ab incolis audiſſe, illum quoq; locum captum ab Alexandro fuiſſe. Apellatus autem locus ille auernus, hoc eſt ſine auibus, non propterea quòd per ſtadiorum XV. ſpacium (tantum enim in latitudine ſaxum illud complectitur) auibus careat, ſiquidem ſacræ aues ſupra illud etiam uolant, ſed quia in petræ cacumine ſciſſuram eſſe dicunt: quæ ſuperuolantes aues ad ſe trahat: ſicut Athenis in + ueſtibulo uirginalis domus intueri licet, & pariter in pleriſq; Lydiæ Phrygiæq; locis, propterea petram illam auernam uocari. Cum uerſus Indum fluuium iter facerent, puer occurrit annos natus tredecim, qui elephanto inſidens acriter ſtimulis beluam urgebat. id cum omnes mirarentur, cõuerſus Apollonius Damidem interrogauit: quodnam boni equitis præcipuum munus eſſe cenſeret? Tum ille, quid aliud, quàm equo recte inſidere, atq; illi fortiter dominari, & frenis in quamcunq; uoluerit partem circumducere, non parentem autem uerberibus plectere, cauere inſuper ne in foueam, aut uoraginẽ, aut hiatum aliquem deferatur, dum paludem, cœnúmue nititur euitare. Num aliud ab optimo equite expectemus ô Damis? Immo uero & hoc per Iouem, inquit Damis, ut decliuem locum aſcendenti equo moderate frena remittat, in præcipitẽ uero ac decliuẽ eunti; non deſerat frena ſed

+ ἄορνον, id eſt, ſine auibus ab α priuatiua particula & ὄρνις auis.

Auernus.

+ ἐν προδόμῳ τῶ παρθενῶνος, in ueſtibulo tẽpli Mineruę meminit illius Pauſanias.

na sed magis contrahat. Interdum quoq; crines, aut au*res manu demulcere, nec semper in ipsum flagellis uti, sapientis equitis esse duco, & cum laudo qui hoc pacto sciat equitare.* Bellatorem uero equitem, Apollonius in*quit, & qui in prælio uersari debeat, quibus nam arti*bus diceres indigere? Eisdem inquit Damis, & alijs eti*am quibusdam, ut sciret hostem ferire, & se protegere, insequi præterea, ac refugere, & inimicum pellere, & equum assuefacere, ne clypei sonitum, aut fulgentis ga*leæ splendorem formidet, neue pugnantium + clamo*rẽ perhorrescat, hæc enim omnia equestri (ut arbitror) sapientiæ conueniunt.* Hunc igitur, qui elephanto uehi*tur, inquit Apollonius, qualem equitem esse putas?* Mul*to inquit ille mirabiliorem eo, quem descripsi: beluæ e*nim tam uastæ molis imperare, cũ ipse tam paruus exi*stat, & illam quocunque uelit dirigere + bacillo, quem (ut uides) ipsi uelut ancoram inijciet, neque illius aspe*ctum timere, aut altitudinem formidare, neque tantum robur pertimescere diuinum pene aliquid mihi esse ui*detur: atque, ita me* Pallas *adiuuet, ut hoc ipsum dicen*ti alteri nũquam credidissem:* Quid igitur, inquit Apol*lonius, si quis puerum uendere uellet, tu illum emeres ò* Damis? Certe per Iouem, *inquit ille, omnia quæ possi*deo illius habendi gratia traderẽ: nam quasi arce occu*pata dominũ exercere in beluã, oĩm quas terra nutriat maximã ingenuæ cuiusdã, liberalisq; naturæ mihi esse uidetur.* Verũ quo *pacto puero uteris nisi etiam ele*phãtũ emeres? domui inquit ille meæ & seruis, famulis q; omnibus illum præficerẽ, crederẽq; ipsum melius, q̃ me im*

+ παιανιζόντων τε καὶ ἀλαλαζόντων.

+ καλαύροπι.

me imperaturum. An tu inquit Apollonius sufficienter tuas res gubernare te nõ posse arbitraris? æque, inquit ille, atq; tu: mearum enim cura rerum derelicta tecum circumambulo discere cupiens, atq; cognoscere quæ in aliena patria fiant. Quod si empto puero, duos habueris equos, unum quidem† cursui aptum, alterum uero bellatorem, num utriq; sine discrimine puerum illum imponeres? Cursori imponerẽ inquit Damis, *quando alios idem facientes conspicio, bellatorem enim equum, & armis assuetum quónam pacto conscenderet, qui neq; clypeum ferre posset, quo equites indigẽt, neq; thoracem, aut galeam sustinere: hastam uero quomodo gestaret, sagittas, arcumq́; tractare impotens: & quid ætati etiam conuenit pene balbutiens. Aliud igitur est inquit Apollonius ò* Damis, *quod hunc elephantum regit, & gubernat, quàm is auriga quem ut pene deum uenerarís: quid uero inquit* Damis *id est? ego enim super elephantum præter puerum uideo nihil. Hæc bellua inquit Apollonius maxime omnium ferarum disciplinabilis est, atq; ubi semel sub homine uiuere coacta ẽ, ab homine omnia perfert, & morum similitudinẽ ab ipso capit, gaudetq́; non secus, ac parui canes ex manu cibum capere, uenientemq́; †promuscide complectitur, caputq́; intra fauces immittere hominem patitur, adaperto rictu tã diu permanens, quoad homini libitum fuerit, hoc enim in corũ †pastoribus fieri uidemus. Noctu autẽ fertur suam deplorare seruitutẽ, †nõ elato, ut quandoq; solet barritu, sed lugubriter miserabiliterq́; immurmurans: quod si ita ingemiscenti homo superuenerit, querelam sistit elephas;*

† ἁμιλλητήριος.

Elephantes docibiles.

† προνομαίᾳ.

† νομάσιν.

† οὐ τετριγὸς.

phas, quasi uerecundia quadam commotus: itaq; sibimet ipse imperat, & naturæ persuasio magis ipsum ducit, quàm is, qui superſedens ipsum gubernat. Cum ad flumen Indum peruenissent, gregem ab eis uisum scribit Damis, qui fluuium transnatabat, & ab indigenis talia de elephantis audisse. Sunt enim elephantorum alij palustres, alij montani, & item tertij campestres. Capiuntur autẽ ad bellicos usus: pugnãt etiã onusti turribus, quibus decem aut etiam quindecim Indici homines superstant, qui ex turribus, tanquam propugnaculis in hostes iaculantur, aut arcu sagittas torquent. Animal uero ipsum† promuscide, tanquam manu ad res capiendas, aut proijciendas utitur: quãtum autem equo Nyseo maior est Libycus elephas, tanto Libycis elephantis maiores sunt Indici. De elephantum uero ætate, quod longissimæ uitæ sunt, ab alijs pluribus scriptum est, uerũtamen hi penes urbem Taxilam, omnium urbiũ, quæ apud Indos sunt maximam, elephantum inuenisse perhibent, quem uittis ac myrteis coronis indigenæ ornabant, asserentes unum ex his esse, qui pro rege Poro aduersus Alexandrum pugnauerat: quem propterea quod in pugna promptißime uersatus esset Alexander Soli dedicauit. Esse autem illi torques aureos circa dentes, seu potius cornua libeat appellare, & in torquibus literas Græcas insculptas, hæc uerba referentes:

† προβοσκίδι.

Taxila.

Alexander Soli elephantem dicauit.

ALEXANDER IOVIS FILIVS AIACEM SOLI.

Hoc enim Aiacis nomen ipse elephanto imposuit, magnum magno nomine exornans. Conijciunt autem indigenæ annos quinquaginta supra trecentos ab ea, quam

Aiax elephas.

diximus pugna ad ea tempora intercesisse, cum tamen
scire non possint, quot fuerit natus annos quando pu-
gnæ interfuit. Iuba uero quondã rex Libyæ in scriptis
retulit, equites Libycos quandoq; elephantis insidẽtes,
inter se pugnasse, fuisseq; alteri elephantorũ parti tur-
rim dentibus insculptam, alteri uero nihil, cumq; nox
pugnantes occupasset, partem quæ turrim in dentibus
gestabat superatam, in Atlantem montem confugisse, se
uero post id tempus annos quadringentos ex ijs unum
cœpisse, qui aufugerant, & insigne illius dẽtibus inscul-
ptum inuenisse, quasi nuper fabricatum, nullaq; ex par-
te consumptum. Is Iuba dentes elephantorum, cornua
esse arbitratur, eo quod à temporibus nascantur, acue-
re autem ipsa elephantes dicuntur, quod nulli alij inest
animalium, permanere eadem etiam quæ primitus na-
scuntur, nec decidere, sicut dentes ac rursus nasci. Ego
autem his ratiõibus nequaquam assentior, cornua enim,
+ἐλιφάντων. *& si non omnium animalium, +ceruorum saltem deci-*
dunt, ac renascuntur. Dentes autem, in hominibus qui-
dem decidunt & renascuntur omnes, aliorum uero ani-
+χαυλιόδους ἢ κυνόδους. *malium nulli contingit, ut dentes+ cæteris eminentio-*
res quas sannas uulgo dicimus, aut gemini etiam sponte
cadant, quod si forte uiolẽtia quadã coacti ceciderint,
non renascuntur, armorum instar natura maxillis eos
inseruit. Insuper cornua lineam quandam ueluti torno
impressam singulis annis circa radices obducunt, quod
oues etiam capræ, bouesq; testantur, dens autem lenis
politusq; oritur, & nisi uiolenter frangatur talis per-
manet, materiam enim substantiamq; lapidis parere ui-
detur

detur. Cornua insuper ea tantum habent animalia, quibus duplex, bifidáque est ungula. Elephas uero quinque habet ungues, & plantam multipliciter scissam, ne altius pedes imprimat, si quando in humido solo forte constiterit. Præterea natura cornutis omnibus animalibus perforata, & in medio uacua ossa supponens, supra quæ extrinsecus cornu producitur, elephantorum autem plena, et per omnes partes similia ossa sunt, quod si illud extrinsecus quis adapertum inspiciat, in medio tenue + foramen inueniet, sicut in dentibus esse uidemus. Sunt autem palustrium elephantorum dentes liuidi, rari, tractúque difficiles, & in plerisque partibus foramina sunt, in alijs uero partibus, quasi grandinis grana tumores quidam insurgunt, & arti minime obtemperant. Montanorum uero minores sunt dentes, uerum & sufficienter albi sunt, & nihil in eis difficile inuenitur. Optimi autem omnium sunt campestrium elephantorum dentes, maximi enim albißimiq; sunt, & incidi faciles, ut nullo labore in quancunq; manus uoluerit partem deducantur. Quod si elephantorũ etiam mores describere uolumus, quod Indi asserunt referemus, illi enim in paludibus captos dementes leuesq; esse dicũt, mõtanos uero peruersos, et insidiosos, et nisi alicuius rei indigeant minime erga hoïes firmos. Campestres aũt benigni perhibẽtur, & mãsueti, etiã imitatiõis amatores, scribũt igitur atq; tripudiãt et ad fistulæ sonitũ saliũt, seq; à terra saltãdo subleuãt. Cum uideret Apollonius elephãtos Indũ flumẽ transeuntes, erãt aũt circiter trigĩta, et duce utebãtur eo, qui inter ipsos

Cornua quæ animalia habeant.

+ πόρος.

Elephantorum qui dociles.

minimus erat, maiores uero ipsorum super dētium emi nentias pullos gestabant, promuscide tanquam uinculo ipsos complectentes: Hæc inquit ò Damis nullo iubēte ex se ipsis naturali quadā prudentia ac sapiētia faciūt. Vides enim quo pacto sarcinarū uectores imitati, suos deferant pullos, uinculis (ne forte cadāt) eos complexi? Video inquit Damis prudenter sapienterq; ipsos operari. Quid igitur sibi uult insana quorūdam sollicitudo inaniter quærentium, naturalis ne sit, an non erga filios beneuolentia? hoc enim elephanti etiam clamant à natura ipsis talē beneuolentiā datam, neq; enim id, sicut alia quædam ab hominibus didicere, hi nanq; cū hominibus non uixerunt, sed natura ducuntur, ut amēt quod pepererunt, propterea illis prouident eos qui nutriunt. Verum non de elephantis dūtaxat hoc est dicendū, +quos ego secūdos ab homine pono, sed hoc magis in ursis ad miror, qui cum feritate cæteras belluas superēt, pro catulis tamen omnia faciunt. Itidem quoq; faciunt lupi, rapinis semper intenti, fœmina enim partus custodit, masculus aūt pro catulorum salute cibos ad ipsam defert. Idem etiam pantheræ faciunt, quæ propter caliditatem matres fieri gaudent, & tunc maribus dominari uolūt, ac domui præsidere, mares uero patienter omnia sustinent propter catulorum amorē. De leænis autem huiusmodi sermo narratur, ipsas in amorem sui +pardos trahere, eosq; in leonum cubilibus suscipere, ubi uero se eorum concubitu grauidas sentiūt, in montes confugiunt. Pariunt autem maculosos catulos, propterea in densissimis syluis occultatos nutriunt, ut qui pardorum similes

+τοῦτο γὰρ ζῶον, δεύτερον ἀνθρώπου τάττω, κατὰ ξύνεσίν τε καὶ βουλάς.

Vrsi.

Lupi.

Pantheræ.

Leænæ.

+παρδάλεις, supra pātheras uertit.

sint

sint, simulantes uenationis causa à maribus abesse, leo-nes enim si forte catulos uiderint, eos lacerant, matrēq; tanquam adulteram abigunt. Quod si catulos habentē leonē quis inueniat, animaduertet ipsum pro catulis tor uē aspicere, uenientemq; sese ad pugnam parare. Tigrim quoq; insigni crudelitate animal ferunt, in hac ipsa re-gione, & penes rubrum mare habitantes, ad naues usq; procedere catulorum repetundorum gratia, illisq; rece ptis cum gaudio abire, quod si ablatis catulis abeuntes naues aspiciat, mœstam in littore ululare, quādoq; etiā ob doloris magnitudinem mori. Aues quoq; quis non ui deat pullorum causa multa facientes, uelut aquilas ac ci conias? quæ nunquam nidos extruunt, quin lapides illis imponant, hæc quidē à se + aquilinū uocatum: illa uero lychnitē appellatū: propterea quod facem adhibent, ut oua fœtum producant, & serpentes nidis nō appropin quent. Quod si maritimas etiam belluas consideremus, nō admiraberis delphines benignos existētes suos ama re fœtus. Balænas autem & phocas, & cætera quæ fœ tus uiuentes edunt, quo non admirabimur? Cum ego in Agis insula uiderim Phocam à piscatoribus comprehē sam, mortuū filium quem in + carcere (ut sic dicam) pe-pererat ita deplorare, ut triduo à cibis abstinuerit, quā uis omnium belluarū uoracissima sit. Balæna autem fau cibus filios abscondit, si quando maiorem belluam fuge-re contigerit. Vipera etiam uisa est serpentes quos pe-perit lingua lambere, & quasi expolire. Non enim as-sentior ô Damis imprudenti eorum sermoni, qui dicunt uiperarum filios absq; matre nasci, neq; enim hoc natu-

Tigris. Aquila. Ciconia. + ἀετίτην. Delphines. Phoca. + φωκίσκω. Balæna. Vipera.

ra patitur,neq; comprobat experientia. Tum Damis concedes igitur,inquit,Apolloni Euripidis iambicũ laudare,in quo Andromacham talia dicentem inducit:

Ἅπασι δ' ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. Id est,

Cunctis hominibus filij sunt corculum.

Concedo inquit Apollonius, scitè enim sapienterq; dictum uidetur,sed uerius multo sapientiusq; dixisset, si de omnibus animalibus eandem protulisset sententiam. Vis igitur, inquit Damis,carmen illud ita decantari,

Ἅπασι δὲ ζώοισιν ἡ ψυχὴ τέκνα,Id est,

Natos parentes ut cor omnes diligunt.

In quo ego tibi assentior.Sed illud ex te quæro, nam in orationis principio diximus,sapientiam mentemq; elephantis inesse,& uere diximus,inquit Apollonius, nisi enim mens quædam hoc animal gubernaret, neq; ipsum produceret,neq; gentes omnino apud quas ipsi nascuntur.Cur igitur,inquit Damis,tam imprudentẽ,sibiq; inutilem tranationẽ faciunt.Præcedit enim(ut uides)oĩm minimus,ipsum uero seqtur paulo maior, et post ipsum alius,ita ut eorum maximi postremi sint:oportebat aũt contrarium ordinem in transeundo seruare, maioresq; tanq̃ muros & propugnacula cæteris facere.Tunc Apollonius,minime uero inquit, primum enim ipsi insequentes homines fugiebant, qui etiã nobis occurrunt illorum uestigia sectantes.Oportebat igitur contra insequentes hostes à tergo muniri,sicut in pugna fieri uidemus,insuper si eorum maximi prius flumen transissent, ignotũ erat an fluminis altitudinẽ cæteri minores possent superare,illis enim facilis esset fortasse transitus cũ

sint

ſint proceriores, his uero impoßibilis forſitã eſſet, quod altitudinẽ aquæ ſuperare nõ poſſent, ſed cũ eorũ minimus tranſierit facilẽ eſſe cæteris tranſitum demonſtrat. *Inſuper maiores prius euntes profundiorẽ alueum ſequentibus facerent ſubſidente limo, & in foſſam ſecedẽte, propter belluæ pondus & magnitudinẽ pedũ: minores uero nequaq̃ tranationi maiorũ officient, minorẽ in alueo fluminis concauitatẽ facientes.* Ego aũt in his, *quæ* Iuba *ſcripſit, inueni ipſos in uenationibus ſibi mutuo ferre auxilium, ita ut ſi quis eorum labore deficiat alter pro illo ſeſe opponat: ac ſi quis eorum fuerit uulneratus, cæteri aloes lachrymas uulneribus illinẽtes, tanquã medici ægrotãtibus aßiſtunt. Multa itẽ huiuſmodi ex media philoſophia confabulati ſunt, loquendi materiam ex occurrentibus nõ indignã ſumẽtes.* Q*uæ uero* à Nearcho, et Pythagora *de* Aceſino *flumine dicũtur, & quo pacto in flumẽ* Indũ *decurrens, ſerpentes ferat longitudine cubitorum ſexaginta, ita affirmat eſſe* Damis *ſicuti ſcribitur.* Nos aũt *hac de re ſermonem in eundem locũ differemus, ubi de dracõibus locuturi ſumus, de quorum uenatiõe à* Damide *etiam narratur.* Cum *iã ripis* Indi *fluminis appropinquarent, & de tranſeundo flumine cogitarent, ex* Babylonio *qui eos ducebat quæſierunt, an de tranſitu quicquam nouiſſet?* Ille *uero nec ſe unq̃ in eo nauigaſſe, nec ſcire qua parte ſit nauigabilis reſpondit.* Tunc *illi, cur igitur non ductorem aliquẽ mercede cõducimus, qui nos fluminis tranſitum doceat?* Verũ *adeſt iã, inquit ille, qui nos deducet.* Et *hæc dicẽs epiſtolã oſtendit, quam ob hoc ſecum* Babylone *portauerat.*

Elephanti ſibi medicanẽ

Aceſinus.

uerat. Bardanes enim Apollonij amicitia gauisus, et plurimum de illius salute sollicitus, omnia quæ illi necessaria fore putauit diligenter prouiderat, quapropter ad Satrapam, qui regioni Indiæ adiacenti præerat epistolã scripserat, qua multa in eũ collata beneficia redigebat in memoriam, neq; se gratiam pro illis ullam repetere dicebat, non enim id sui moris esse ut beneficiorum gratiam à quoquam peteret, sed cum ipse Apollonium in amicitiam receptum, & peregre proficiscentem à se dimiserit, pergratum sibi fore, si petenti gratiam retulisset. Aurum etiam permultum duci dederat, ut si quibus forte indigeret Apollonius, non opus ei esset, pecuniam ab alijs petere. Missam igitur epistolam læto animo Indus excipiens, nõ minoris se facere uirum inquit, nec minorẽ illi honorẽ præbiturũ, q̃ si esset ab Indorum rege sic cõmendatus. Itaq; nauim+propriam, qua cum opus esset uehebatur ad eos misit, et minora insuper nauigia quibus cameli ueherentur, itineris præterea ducẽ dedit, qui eos per omnem regionem quam Hydraôtes terminat duceret. Ad regem quoq; suum epistolam scripsit, rogans ne Bardone inferior haberi uellet, in suscipiendo uirum Græcum sapientem & pene diuinum.

+τὴν σατρικὴν. (margin note)

Hoc itaq; pacto Indũ transiere, cuius latitudo, quæ quidem nauigabilis sit stadijs ferme quadraginta protenditur. De hoc autem flumine talia referunt. Indum fluuium ex Caucaso monte oriri, maioremq; statim ab ortus principio fluere, quàm eorũ ullus sit qui in Asia nascantur, procedentem uero multos nauigabiles fluuios ex se producere, ipsum quoq; multa perinde ac Nilus

Indus. (margin note)

facien-

faciente + per Indiam diffundi. Terræ terramq; iugiter superaddere, & Aegyptiorum more campos ad excipienda semina paratos Indis præbere. De niuibus autem quas ex Aethiopia & Catadupis montibus defluere quidam dicunt, quibus contradicere propter scribentium auctoritatem dignum non uideo, nec tamen illorũ dictis assentior, mecum ipse considerans quo pacto fieri posit, ut Nilo similia operetur Indus, cum circumpo sita regio niuibus haudquaquã cooperiatur. Præterea scio deum totius terræ, quasi duo + cornua posuisse Indos, atq; Aethiopas, cum utraq; in parte nigros fecerit homines, hos quidem ex ea parte qua sol incipit, illos uero qua idem desinit. Quod quidẽ quomodo fieri possit, nisi hyemes etiam calidas haberent, etiam non intelgo: quòd si per totum annum sol ibi terram calefacit, quo pacto opinari quisquam potest niues in illis regionibus gigni: aut quomodo credere niues tanta incremẽta propinquis fluminibus præbere, ut suos alueos crescendo excedant, & quod magis mirandum est, quomodo non liquefacta in tam longinquum mare effunderetur? Cum flumen Indum nauigio ueherentur, equos fluuiales complures ferunt sibi occurrisse, multos etiã crocodilos illis simillimos, qui in Nilo reperiuntur. Tradunt etiam flores tales in Indo esse, quales in Nilo sunt. Anni etiam tempora in India ferunt hyeme calida esse, æstate autem tam feruida, ut pene suffocentur illic uiuentia. Verum huic incommoditati recte prouidisse ferunt naturam, crebras pluuias immittendo. Audisse etiã se ab Indis tradunt, regem ad flumen accedere cum au-

+ τῆ ἰνδικῆ ἐπιχῶσαι.

+ τέρματα. terminos, interpres legisse uidetur κέρατα.

Indorũ rex flumini sacrificat.

 geri

geri dies incipiunt, & illic equos, nigrósque tauros flumini tanquam deo sacrificare. Indi nanque nigrum albo præferunt propter colorem, ut arbitror, peracto autem sacrificio dicunt ipsum in flumine demergere aureum modium, illi similem, quo ipsi frumenta metiuntur. Cur uero id rex faciat nihil certe sciunt, opinantur autem mensuram illam demergi, aut propter fructuum abundantiam, quorum plerosque agricolæ modijs metiuntur, aut propter aquarum moderationem, ne terras inundent. Secus fluuium autẽ pergentes, ipsos dux à satrapa datus recta ad taxilam duxit, ubi regia erat Indorum regis. Scribit autem Damis homines qui secus Indum flumen habitant lineis uestibus amiciri. Li-
+ καὶ ὑποδήματα βύβλου. *num autem in agris plurimum nasci, + calciamenta uero ex arborum corticibus facta gestare, galero etiam pluuijs temporibus uti, nobiliores autem bysso indui.*
Byssus. *Byssum autem ex arbore nasci ferunt, quæ altitudine quidem populos æquat, folijs autẽ salici æquiparetur. Cum uidisset Apollonius byssum gauisus est, quòd fusco amictui, quem gestabat non dissimilis admodum esset: Byssum autem dicunt in Aegyptum, ex India deferri, quòd illa in plerisque sacris utantur Aegyptij.*
Taxila. *Taxila uero altitudine ab antiqua Nino nõ multum differt, & Græco more ædificata est. Erat autem regia Mandri tunc regnum obtinentis, quod olim Porus.*
Porus. *Ante urbem uero templum inuenerunt centum, aut paulo amplius pedum magnitudine, ex conchiliato lapide fabricatum. In ipso autem erat sacellum non magnum sane, sed mirabili opere, & arte ornatum, tabulæ enim æneæ pa-*

rietes

rietes undique tegebant, Pori Alexandrique gestis insculptæ. Erant autem ex aurichalco, argentoq; & auro, atque ære nigro elephanti, & equi cumsessoribus fabricati, clypei quoque, itidem & galeæ: gladij uero, atque hastæ, cæteráque huiusmodi tela ex ferro tota elaborata. Atque ut + probati scriptoris sermo testatur, opus tale erat, ut à Zeusi, uel Polygnoto, aut Eufranore factum iudicari possit, qui umbras etiam, atque anhelitus, tum emissos, tum attractos arte sua expresserunt: tale quiddam & illic artificium conspici ferunt. Materias autem quas diximus, perinde atque colores insertas fuisse. Non iniucundum erat illic probitatem morum agnoscere, quæ ex tali sculptura denotabatur. Tabulas enim quas dixi Porus post mortem Alexandri in templo posuit, quanquam in his uictorem describat Macedonem, qui uulneratum Porum regem constituit, & ei quicquid in India reliquum erat donauit. Traditur autē Porum audita Alexandri morte collachrymasse, grauitérque conquestum esse, quòd generosus benignúsque rex mortuus esset. Quinetiam postquam ex India discessit Macedo, nunquam se regem Porus appellauit, quanquam id sibi permisisset Alexander: neque sicut rex, sed tanquam satrapa dominabatur, modeste cuncta & in honorē Alexandri loquēs ac faciens. Neque uero permittit ratio, quæ de Poro feruntur prætermittere hoc loco. Priusquam enim Indiam intraret Alexander, amicorum quidam Poro consulebant, ut cum gentibus quæ trans Gangem, & Hypasim fluuium habitāt societatem iniret (nunq̄ enim in Indiam

+ ὥσπερ λόγος εὐδοκίμου γραφῆς.

Pori generosus animus.

diam intraturum Alexandrum asserebant, ubi totam in unum senserit conspirasse) quibus ille respondit, si mihi tantæ uires non sunt, ut sine socijs saluus esse non possim, melius profecto est non regnare. Renuntianti cuidam Darium regem appellatum, fuisse respõdit Porus, at uir appellatus non est. Elephãtum quo in pugna uti debebat coram adductum + gubernator adornans, iste, inquit, ò rex te optime feret, immo uero, inquit Porus, ego ipsum feram, si uir mihi similis ero. Suadẽtibus amicis ut flumini sacrificaret, ne Macedonum rates susciperet, neq; transitum Alexandro facilem præstaret, + non est, inquit, arma tentantium supplicare. Post pugnam uero in qua & ab Alexandro uir diuinus multoq; naturam humanam excedens iudicatus est, amicorum cuidam dicenti, si tu uenienti Alexandro supplex cedere uoluisses, nec prælio uictus esses, nec tanta strages Indorum facta fuisset, nec tu uulneratus, ego autẽ, inquit, cum audissem Alexandrum præter cæteros homines + ambitiosum: cogitabã si supplex humilisq; cessissem, fore ut ipse me ignauum seruum, sin armatus restitissem generosum regem iudicaret, & admiratione potius q̃ misericordia dignum: neque certe me fefellit opinio, talem nanq; meipsum exhibens, qualem ipse sensit Alexander, uno eodemq; die omnia amisi, recepiq;, talem igitur hunc Indum historici referũt. Aiunt etiã illum pulcherrimum omnium Indorum fuisse, proceritate autem corporis tanta, quãtã post Troiana tempora nemo extitit: fuisse quoq; admodum adolescentem, quando cum Alexandro pugnauit, sed nos ad instituta redea-

+ ὀρεωκόμος.

+ οὐκ ἐστὶν ἐν ἔθει τῶν ὅπλα ἐχόντων καταρᾶσθαι.

+ φιλοτιμοτάτων.

redeamus. Dum Apollonius, socijq; in templo moram traherent, quoad rex de ipsorum aduentu certior fieret, conuersusq; ad Damidem Apollonius, ô Damis, inquit, censes ne aliquid esse picturam? Certe inquit ille si quid est & ueritas: quid autẽ efficit ars huiusmodi? colores inquit miscet inter se omnes, ut cœruleum serpentino, & album nigro, & rubicundum pallido: tunc Apollonius certe (ut opinor) alicuius causa hæc miscet, neq; enim aspectus dumtaxat gratiâ misceri puto, sicut puellæ quandoq; flores miscent: Immo uero, inquit Damis, imitationis causa id faciunt, ut per eos canis, aut equi, aut nauis, aut hominis imaginem exprimant, aut aliud quiduis eorum, quæ sub sole sunt. Quinetiam solis ipsius aliquando similitudinem referunt, & illum quandoque ostendunt quadriga portari, sicut hoc ipso in loco apparet, nonnunquam cœlum ipsum calefacere, quando & ætherem ipsum, & deorum domos lustrando describit. Imitatio igitur quædam ô Damis pictura est, inquit, Apollonius? Immo uero nihil aliud, nisi enim hoc efficiat ridicula quædam res profecto uidebitur colores temere fortuitoque disponens. Tunc Apollonius quid autem illa, quæ in cœlo quandoq; distractis ab inuicem nubibus apparent, ut centauri + hircocerui, lupi etiam, aut equi: & huiusmodi alia, an etiam cuiusdam artis aliquid imitari uolẽtis hoc opus esse dices? Mihi quidem sic esse uidetur inquit Damis. Pictor igitur deus est, inquit Apollonius, itaq; uolatili curru quandoq; relicto, quo delatus humana diuinaque gubernat, huiusmodi ludibria depingens, sedet sicut pueri in harena pin-

Pictura.

+ τραγελάφους.

na pingere solent. Hæc audiens Damis erubuit, pudebat enim sibi talia uerba excidisse, atque incaute disserendo eo perductum esse, ut tam absurda concedere cogeretur. At Apollonius ipsum non deridens (neque enim in redarguendo acerbus erat) non hoc inquit puto uoluisse te dicere ò Damis, sed eiusmodi nubes nullius rei signa aut imagines esse, sed casu quantum ad deum attinet ipsas per cœlum deferri, nos uero qui à natura principium imitationis habemus talia fingimus & opinamur. Hoc ipsum, inquit Damis, putandum est uerisimilius, nanque est sic se rem habere. Duplex igitur est ò Damis imitatiua ars, & unam quidem manu dicemus, & mente quod uoluerit imitari, atque hanc pingendi artem esse atque picturam: alteram uero mente dumtaxat, atque animo similitudines fingere, & imitari. Minime uero, inquit Damis, duplicem imitatiuam artem dicendam puto, sed perfectiorem esse picturam dicendum est, quæ potest & mente & manu similitudines rerum exprimere: Alteram uero particulam huius esse, cum per ipsam uideamus aliquem mente dumtaxat quippiam imitari, quàmuis pictor non sit, neque ad illa exprimenda sciat manibus uti. In hoc igitur, inquit Apollonius, ambo consentimus, imitandi facultatem à natura hominibus aduenire, pingendi uero peritiam ab arte proficisci, quod etiam de fingendi arte dicendum censeo. Picturam uero ipsam arbitrari mihi uideris, non ex coloribus dumtaxat constare (quandoquidem unus tantum color ueteribus illis pictoribus satis erat, posteriores

Ars imitatiua.

Pictores ueteres.

riores uero quatuor adhibuere, inde paulatim pluribus, ac pluribus usi sunt) quinetiam lineamentis quibusdam, absque ullo colore nonnunquam pingunt. Quam picturam ex umbra dumtaxat luminibusque constare dicendum est: In ipsa enim rei similitudo cernitur, etiam forma, & mens, & pudor & audacia, quàmuis coloribus tales affectus careant. Neque uero sanguinem neque comarum, aut pubescentis barbæ florem non exprimit, sed quàmuis simpliciter unóque modo composita flaui hominis, aut albi similitudinem repræsentant. Quinimo si Indum quendam albis lineamentis designauerimus, tamen quasi nigrum sese aspicientibus offert: Nasi enim simitas, & erecti capillorum cincinni, tum genarum eminentia, & stuporis imago quædam oculis circunfusa, denigrat ea, quæ ab oculis alba conspiciuntur, atque illum qui pictus est Indum esse recte considerantibus demonstrat. Quapropter non absurde dixerim eos, qui picturam aliquam aspiciunt, imitatiuæ illius quam diximus facultatis indigere. Nemo enim recte laudabit pictũ equum, aut taurum, nisi qui animal illud mente intueatur, cuius similitudinem pictura demonstrat. Neque uero Timimachi AIACEM, qui furens ab illo pingitur recte contemplari quisquam potest, nisi illum mente conspiciat, & imaginetur interfectis apud Troiam armentis mœstum sedere, ac de propria morte cogitare. Hæc autem ò Damis quæ nunc intuemur Pori iussu fabricata opera, non sculpturæ solum esse dicemus quoniam picturis simulãtur, neq; rursus picturæ dumtaxat

Aiax Timimachi.

taxat opus, quoniam ex ære fabricata, conſpicimus, ſed hominem unum ſculpturæ ſimul picturæque peritum illa perfeciſſe putandum eſt, qualis ab Homero in Achillis clypeo fabricando Vulcanus inducitur. Plena enim illic ſunt omnia interficientium, atque interfectorum, et terram madere ſanguine diceres quàmuis ænea eſſet. Dum iſti talia inter ſe colloquuntur, miſsi à rege nuncij, una cum interprete ſuperuenêre, nuntiantes regem tridui hoſpitem ſibi aſciuiſſe Apollonium, neque enim licere diutius peregrinis in urbe morari, ipſumq; prætereа ducebãt in regiam. Ciuitas autem quibus muris circundata ſit antea diximus. Ferunt autem ipſam inordinate, atque Attico more angiportis conciſam. Domus autem ſi quis extrinſecus aſpiciat uno tantum ſolario habitari cenſebit. Introeuntibus autem diuerſa ſub terram habitacula, uarijs profundatis gradibus diſtincta ſeſe offerunt. Templum autem ſolis uidiſſe ferunt, in quo ſuſpenſus erat Aiax eburneus, & Alexandri aureæ ſtatuæ, ex aduerſo autem regis Pori ſtatua ex ære nigro poſita erat. Parietes uero templi rubris marmoribus ignis fulgorem imitãtibus ueſtiuntur, quibus cõgrue interpoſitum aurum radiantis fulminis fulgorem referebat, pauimentum mixtis cemento margaritis ſtratum erat, quod Barbarorum in templis plerique ſeruant. In regia uero nullam ædificij pompam inueniſſe perhibent, non cuſtodes, non ſatellites, ſed uelut in clarorum ciuium domibus paucos familiares, & qui regis colloquium expectabant, tres aut ad ſummum quatuor homines: quo apparatu longe magis lætatus

eſt

est Apollonius, quàm tumidis ampullosisq; Babyloniæ pompis. Ingrediens uero multo magis gauisus est, quod Andrones, & porticus, & omnino totam aulam + modestiæ, frugalitatisq; plenam offendit. Quod Apollonio satis fuit argumenti Indum regem philosophiæ deditum esse, quapropter iuxta interpretem consistens, gaudeo, inquit, ô rex cum te uideam philosophiæ dare operam. Ego uero, inquit rex, multo magis gaudeo, quod talia de me opinaris. Tunc Apollonius, num uobis, inquit, hæc legibus præfinita sunt, an tu ipse regnũ ad hanc uiuendi normam rectitudinémque constituisti? Ego, inquit rex, modeste institutis legibus modestius etiam utor, & opes poßideo plures, quàm cæteri homines, paucis autem indigeo, mearumq; rerum plurimas amicorum esse censeo. Beatus igitur es, ait Apollonius, tali thesauro, siquidem aurum, atque argentum amicis postponis: à quibus multa tibi bona proueniunt. Quando etiam inimicis, inquit ille, diuitias meas impertior. Barbaros enim quondam regioni huic infestos, & crebris incursionibus fines meos uexantes pecunijs subigo, & ipsis tanquam custodibus regnum defendo, ita ut neque ipsi fines meos inuadant, & sibi finitimos Barbaros, nobis alioquin permolestos coerceant. Interroganti autem Apollonio, num etiam Porus tributa illis impendere consueuerit. Porus inquit rex bellum amabat, ego autem pacem. His uerbis ita captus est Apollonius, adeóque illi amore deuinctus, ut aliquando Euphratem quendam à philosophia aberrantem increpans dixerit: Ego Phraotem

Andrônes, uirorũ in ædibus ppria loca, ad quæ mulieribus nõ datur ingressus.

+ κινόλιας.

Indum (hoc enim regi nomen fuit) honoris causa nominare uereor. Cum satrapa propter magna beneficia à rege susceptа, mitram auream uarijs gemmis ornatam capiti imponere uellet: ego, inquit rex, si huiusmodi delicias amarem, nunc tamen præsente Apollonio eas repudiarem, atque à capite remouerem, uerum cum nunquam antea tali sim usus ornatu, quonam pacto nunc talia gestarem, hospitisque meique pariter oblitus? Interroganti autem Apollonio regem quali + uictu uteretur, respōdit. Ego uinum tantisper bibo, quoad soli sacra facio, his autem quæ in uenationibus capio socij, amiciq; uescuntur, mihi enim exercitatio ipsa satis. Epulæ autem meæ sunt olera, & + palmarum fructus, & quæcunque hortus flumine irrigatus subministrat: multa quoque mihi præbent arbores, quas ego his manibus colo. Hæc audiens ualde gaudebat Apollonius, in Damidem crebro respiciens. Inde ubi de itinere ad Brachmanas faciendo satis collocuti fuere, cum qui ex Babylonia uenerat itineris ducem hospitem suum fieri rex iussit, eo more quo cæteros inde uenientes excipere consueuit, eúmque in Satrapæ cuiusdam domum duci præcepit, omnifariam commeatibus abunde traditis. Ipse uero ex manu capiens Apollonium, remoto interprete Græcis uerbis interrogauit, an se uellet conuiuio excipere? Obstupenti autem Apollonio, & cur non statim à principio secum ita locutus esset interroganti, inquit rex, ne forte nimis audax uiderer, quasi qui non satis meipsum agnoscerem, quem Barbarum facere fortunæ placuisset. Nunc autem tui amore ui-

+ Δίαιτης.

+ φοινίκων ἐγκέφαλοι, καὶ ὁ καρπὸς τῶν φοινίκων, id ē, palmę medullula & palmulæ. Quod autē hic φοινίκων ἐγκέφαλον uocat, Dioscorides ἐγκάρδιον appellat. Theophrast⁹ li.1. plantarū historiæ sic describit: Summū itaq; cortex est, à reliquo corpore separabilis, quod τὸ

re uictus, ubi te meis bonis gaudere cognoſco, diutius te cælare non potui, quod ſim Græcæ locutionis peritus, idque tibi plurimis argumentis oſtendam. Cur autem inquit Apollonius me ad conuiuium non inuitaſti, ſed inuitari à me maluiſti? Quia te, inquit rex, præſtantiorem eſſe arbitror: regalius enim eſt cæteris omnibus ſapientia. Hæc dicens Apollonium cæteróſque eius ſocios ad balnea deduxit, ubi ipſe lauari conſueuit. Is autem locus erat hortus longitudine ſtadij unius, cuius in medio lacunar defoſſum erat, fontes aquæ dulcis frigidæque in ſe recipiens, utrinque uero ſpatia erant ad currendum idonea, in quibus iaculo & diſco ex more Græcorum ſe exercebat, in flore tunc conſtitutus ætatis (annum enim agebat ætatis ſeptimum ſupra uigeſimum) atque ad eiuſmodi exercitationes aptus fuerat. Vbi uero ſe ſatis exercuiſſe uidebatur, inſilire in aquam ſolebat, ibique aliquantum natando morari. Poſtquam igitur omnes lauere, ad conuiuium coronati proceſſere. Ea nanque apud Indos conſuetudo, quotiens apud regem conuiuantur. Res autem memoratu digna uidetur conuiuandi formam modúmque referre, qui plene, diſtinctéque à Damide ſcribitur. Rex + in lecto è ſtramentis facto accubat, iuxtáque ipſum ex agnatis eius ad ſummum quinq;, cæteri ſedentes in ſellis epulantur. Menſa uero ſicut altare, uſq; ad hominis genu ſublimis in medio ſtruitur, quam in ſemicirculum cõpoſitam, triginta homines, quaſi chorus ad manducandũ circunſiſtũt. In ipſa uero laurus ſternitur, alijq; rami ſimiles myrtho, quibus unguentũ ſtillat,

in medio ligni tertiũ à cortice, uelut in oſſib⁹ medulla eſt, ab aliquib⁹ cor, ab aliquibus medulla appellatur, κάρφος autẽ φοίνικος ueteribus palmula dicebat, nunc dactylos dicunt.

+ ἐπὶ στιβάδος, id eſt, ut Vergilius inquit, gramineo in toro.

quo utuntur Indi. Mensæ autem pisces auésque imponunt. Integri præterea leones, & capreæ, & apri: necnon & tigrium clunes. cæteris enim animalis huius partibus uesci Indi prohibentur. Ferunt enim hoc animal cum primum nascitur, priores pedes uersus orientem solem attollere. Comedendi autem consuetudo talis seruatur, exurgens enim ex propria sede conuiua, ad mensam accedit, & particula ab alijs, quæ diximus animalibus abscissa, aut auulsa in propriam sedem reuertitur. Panem quoque iugiter comedens. Vbi uero propemodum saturati sunt, aurei argenteiq; crateres afferuntur, quorum singuli potoribus decem sufficere posse uideantur, atq; ab his tanquam ex flumine potantes incuruati bibunt. Post potationem uero + strenuitates exercent sane periculosas, non tamen à studio diligentiáque alienas. Puer enim, quasi unus eorum qui in orchestra saltant, expeditus in medio consistit, in quem sagittarius sagittam emittit, non multum à terra elatã, supra quam ita, ut diximus, emissam & uolantem puer in caput prouolutus transiliens pertransit, non ignarus si paulum in saltu aberrasset sagitta se transfixum iri. Sagittarius enim priusquam sagittam emittit conuiuantes circuit, sagittæ cuspidem ostentans, & illius, si qui forte experientiam capere uoluerint, facultatem præstans. Funda etiam adeo subtiliter iaculantur, ut emisso lapide, aut glande, pueri extremos duntaxat capillos attingant. Sunt autem & qui tabulæ innixi, filij imaginem sagittarum ictibus designent, ut si quis pictor eadem liniamenta penicillo descripsisset. Talia igitur in

Tigrides.

+ ἀκρωχίας ostentationes forta sse melius,

Indi sagittarij optimi.

tur in conuiuijs exercentes Indi,quanquam etiam quan
doque ebrij sint,recte tamen peragunt. Ea uidentes Da
mis,socijq; stupebant,& sagittandi exactißimam peri-
tiam admirabātur. Verum Apollonius iuxta regem ac
cubans,qui eodem,quo & ipse uictu utebatur,non mul
tum tabulis ludisque mentem adhibebat, sed ad regem
conuersus interrogabat unde Græcas literas, & quam
sciebat philosophiā didicisset? cum nullos uideat apud
Indos talium disciplinarum præceptores. Subridens au
tē rex, maiores, inquit, nostri cunctos ad hæc loca naui
bus appellentes interrogabant, an piratæ essent? adeo
uitium hoc, quàmuis sit magnum, commune omnibus es
se arbitrantur. Vos autem Græci non interrogatis eos
qui ad uos accedunt, an sint philosophi, adeo id quod
omnium, quæ sunt apud homines diuinißimum est, qui-
busuis sine discrimine contingere posse arbitramini, &
hoc apud uos quasi prædationis genus est quoddam. Ti
bi nanque similem inueniri in philosophia perhibent ne
minem: plurimos autem apud uos esse audio qui tan-
quam alienam rem philosophiam deprædantes, eáque
tanquam ueste inepte, tamen se induentes elati in-
cedunt uestem trahentes alienam. Et certe sicut præ-
dones qui innumeris pœnis se obnoxios esse cogno-
scunt, in delitijs degunt, eodem modo apud uos phi-
losophiæ prædones feruntur Veneri, ac uentri indul-
gere, et uestibus mollißimis uti. Huius autem mali cau-
sam esse arbitror leges uestras, si quis enim numisma
adulterinum cuderit, capite plectitur, si quis etiam
pupillum circumuenerit, aut aliud quippiam fecerit

eiuſcemodi. Philoſophiæ uero calumniatores, aut corruptores nulla ut audio apud uos lex coercet, nullus huic rei magiſtratus præficitur, uerum apud nos pauci admodum philoſophiam attingunt, & hi tali ratione probantur. Opus eſt enim adoleſcentem decem & octo annos natum: Hoc enim tempore (*ut arbitror*) *apud uos etiam pubertas dicitur, penes fluuium* Hyphaſim *duci ad eos homines, quos tu etiam illic inueniſti, atque antea publice profiteri ipſum oportet ſe operam philoſophiæ daturum, ut liceat uolẽtibus à tali incœpto prohibere, néue aliquo pollutus ſcelere ad philoſophandum accedat. Scelus autem dico primum à patre, matréue proueniens: Cauemus enim ne quid ab illis turpitudinis ſortiatur, néue ab eorum parentibus uſque ad genus tertium rurſus pergentibus, quo in genere quæritur, ne quis eorum contumelioſus, aut incontinens, aut auarus, aut iniuſtus fuerit, ubi autem in ipſis nulla uitiorum macula reperitur, tum adoleſcentis mores diligenter inſpiciunt, multipliciter illum tentantes ac probantes. Et primo quidem an ingenio, ac memoria ualeat experiuntur, an ſit natura uerecundus, & non aſtu ad tempus id ſimulans. Deinde an ſit ebrioſus, aut gulæ deditus, an iactator, an ridiculus: an audax, an conuiciator, an parentibus præceptoribúſue* (*ut decet*) *obtemperans, an formoſitate ſua abutens, & quibus quidem parentibus ortus quiſque ſit, & illi rurſus ex quibus geniti teſtibus comprobatur, & in tabulas relatum publice cuſtoditur. Cum enim Indorum quiſpiam obierit; tunc magiſtratus cui*

hoc

hoc muneris lege mandatum est ad mortui fores accedens, singillatim eius acta moresque scribit. quod si in mendacio deprehensus unquam fuerit, hac multatur pœna, ut nullo amplius magistratu aut dignitate fungi possit, quia communem hominum societatem mentiendo fraudauerit. Qui autem ad examinandos iuuenes eliguntur, multa ex eorum aspectu conijciunt, oculi nanque mores hominum plerosque indicant, multa etiam in supercilijs genisque posita sunt, ex quibus sapientes et natura periti homines tanquã imagines in speculo aspicientes, quæ mens illis quodque sit ingenium contemplantur. Cum enim magno in honore apud Indos habeatur philosophia, necesse est omnibus modis probatos esse, qui ad eam percipiendam accedunt. Quo pacto igitur probatos adolescentes præceptoribus tradimus philosophiæ, satis ostendimus. Quod autem ad me attinet ita contingit, ego ab auo rege, qui itidem atque ego Phraotes dicebatur originem duco, pater autem meus regno priuatus fuit. Nam cum defuncto parente puer admodum relictus esset, tutores duo + peregrini, secundum leges Indorum gubernationem eius susceperunt: & quæ in regno agenda erãt, nec benigne, nec modeste gerebãt, quapropter odio si, molestique his esse cœperunt, qui imperio suberant, multáque in eos maledicta conuiciaq; uulgo iactabantur. Potentiores igitur quidam contra illos coniurantes, solenni celebritate, dum scilicet Indo flumini sacrificarent aggreßi eos interfecere, ipsi uero occupato regno sese dominos cõstituerunt. Patris igitur agnati de

+ τῶν ξυνεννόμων.

ipsius salute soliciti, cum esset annos natus circiter sex decim ad regem qui penes Hypasim fluuium regnabat, eum miserunt. Est autem id regnum hoc ipso, quod ego possideo longe maius, regio autem plurima ex parte amœnissima & bene fortunata. Volenti autem regi in filium sibi adoptare, non consensus est pater meus, nolle inquiens contra fortunam pugnare, quæ iam semel ipsum regno priuauerat: atque ab eo petijt, ut sibi liceret apud eos, qui sapientes illic habebantur philosophari, sic enim toleratu faciliora sibi fore putabat domestica mala. Consulenti autem regi ut paternum regnum recipere tentaret, atque auxilia ad id pollicenti respondit. Si me uere philosophantem agnoueris, reduces in regnum, sin minus sinito me priuatim eo modo uitam degere. His auditis rex ipse ad sapientes unà profectus, maximas gratias se illis relaturum esse pollicitus est, si in erudiendo generosum puerum & clarissimis parentibus ortum curam diligentiámque adhibuissent. Illi uero præclarum quid in illo conspicati, libenter operam suam obtulere, inde studium omne diligentiámque in illo erudiendo posuerunt. Ipse quoque mentem animúmque totum ad percipiendas disciplinas conuertit. Post annos uero septem rex aduersa ualetudine correptus, quæ & uitæ finem illi attulit à sapientibus reuocatum patrem meum hæredem regni æquo iure cum filio reliquit, & nubilē filiam illi despondit uxorem. Mortuo deinde rege, cum animaduerteret pater meus regis filium assentatoribus gaudere, & uino & huiuscemodi uoluptatibus deditum,

ditum, erga se quoq; suspitiosum nimis esse. Tu, inquit, hæc omnia tibi habe, regnumq́; totum ut placet guberna, stultum est enim qui regnum ad se iure pertinens habere non poßit, nimis audacter in alieno regnare uelle, mihi uero sororem tuam concede, hoc enim solum de rebus tuis habere mihi satis est. Accepta itaq; uxore in loca sapientibus finitima seceßit habitatum, ubi uicos septem amœnißimos sub ditiōe habebat, quos ei dotis nomine rex tradiderat. Me igitur ex tali natū cōiugio pater cū Græcas literas docuisset, ad sapientes deduxit, citius fortasse quàm æquum fuerat, eram enim annos duntaxat duodecim natus. Illi uero acceptum me, non secus ac filiū educauere, quos enim Græcis literis instructos accipiunt, multo magis diligunt, tanquam doctrinæ similitudine quadam, iam sibi deuinctos. Parentibus autem non ita multo post defunctis, sapientes, apud quos degebam in paternos uicos ad res meas curandas me ire iusserunt, cum iam ad annos ætatis decem & nouē perueniſsem. Sed iam uicos abstulerat bonus auūculus, ita ut nec etiam agellos, quos pater ipse poßederat mihi relinqueret, cuncta ad suum regnum dictitans pertinere, mihi uero summum beneficium esse, quod uitam cōcederet. Ego autem paucis pecunijs à libertis maternis collectis, cū quatuor duntaxat familiaribus in paupertate degebam. Euenit autem ut tragœdiam, quam Heraclidarum uocant lectitanti nuntius quidam super ueniret, epistolam afferens ab homine parēti meo quondam familiarißimo. Is me iubebat Hydraote amne transmißo ad se uenire, auiti regni recipiendi causa: sperare

enim dicebat me faciliter id consequi posse, nisi mihi de essem. Ego igitur tragœdiã ab aliquo deorũ mihi oblatam putans, omen & famam sequebar. Transmisso autem flumine, eorũ qui regnum inuaserant alterum interisse audiui, alterũ in hac ipsa, ubi nunc sumus regia obsideri. Veniebã igitur supplex, & summo clamore quacunq; iter facerem, incolarum auxilia implorãs, et quisnam essem, & quo patre genitus uociferans. Aduentus quoq; mei causam esse narrabã, ut auitum regnum per uim, & fraudẽ ab iniustis possessoribus diutius occupatum reciperem. Illi uero summo gaudio me excipiebãt & accedentes propius salutabant, meq; auo similem futurum existimantes, summa cũ beneuolentia complectebantur. Et eorum pleriq; +pugiones & arcus secũ ferẽtes me comitabantur, et augebatur continuo numerus, & maior ostendebatur beneuolẽtia. Cum hac itaq; multitudine ad ciuitatis portã uenientem, ciues omnes tam alacri promptoq; animo susceperunt, ut ex ara solis accensis facibus obuiam procedentes ad regiã usq; deducerent, multa in aui patrisq; mei laudẽ decantantes: eũ uero qui tanq̃ fucus regiam obtinebat, è muris præcipitare uoluerunt, nisi ego pro illo precatus essem, ne tali morte ipsum interimerẽt. Hæc audiens Apollonius, Heraclidarum inquit reditũ aperte narras, & laudes maxime dijs debentur, qui generoso uiro in suum regnũ redeunti auxiliũ præstitere. Verum hoc de his, quos dixisti sapientibus respondeas uelim, an ij sint, qui quondam ad Alexandrũ uenientes, secreta multa de cœlo, de stellisq; secũ philosophati sunt. Oxydrachæ inquit rex, isti

+ἐγχειρίδια.

erant,

erant, quæ gens in libertate uiuit, reiq; bellicæ etiã studet, & sapientiæ participem se esse profitetur, cũ tamẽ nihil præclarũ sciant, +neq; uere sunt sapientes. Positi autẽ sunt inter Hyphasidẽ & Gangen, quam in partem nunq̃ uenit Alexender. Nihil sane timẽs quod in illa regione esset, sed (ut puto) reuerentia sacrorũ prohibitus est. Sciebat enim Hyphasidẽ fluuiũ transiri, & campos urbi adiacentes facile capi posse, urbẽ uero quã illi habitant, nec si quis mille Achilles, & ter mille Aiaces secum duxerit capere unquam posset. Nec tamen ipsi in aciem prodeuntes dimicant, sed + tonitruis fulminibusq; ab Ioue mißis hostes propulsant, cũ sacrosancti et amici deorũ habeantur. Attamẽ Aegyptium Herculem & Bacchũ, qui cũ exercitibus Indiã lustrarunt, aduersus ipsos communi consilio militasse perhibent. omnifariam generis machinas secũ ferentes, occupatisq; agris urbẽ accesisse. Ciues autẽ nihil ẽ contra molientes quieti permanebãt, sed cum hostes iam urbi propinquarẽt, repente tonitrua fulguraq; de cœlo frequenter missa armatos iam fugere compulerunt. Vbi & aureum clypeum abiecisse Herculem ferunt, quem sapientes illi monumenti causa in templo suspenderunt, cum propter eam quæ de Hercule opinionem, tũ ob ipsius clypei pulchritudinem. In ipso enim Hercules insculptus erat, terminos terræ penes Gades collocãs, et mõtibus quasi colũnis constitutis Oceanũ excludens. Vnde manifeste satis colligi potest, nõ Thebanum Herculẽ: sed Aegyptiũ ad Gades uenisse, ibiq; terrarum terminos constituisse. Dum isti talia inter se loquerentur, homines ad tibiam

+οἱ δὲ ἀτεχνῶς σοφοὶ κεῖνται μὲν τοῦ ὑφάσιδος καὶ τοῦ γάγγου μέσοι, Vertendũ erat, Sed qui uere sapiẽtes sunt inter Hyphasidem & Gãgen mediĩ habitant.

+διοσημείαις

Hercules.

Bacchus.

cantantes superuenere: interroganti autem Apollonio, quid nam hæc sibi uellet †exultatio? Indi inquit ille huiusmodi cantibus regem admonent, quotiens dormitum pergit, ut bonis utatur somnijs, atq; benignus erga subditos, & illis bene consulens surgat. Quonā igitur pacto, inquit Apollonius, ò rex erga talia te habes, cū isti te cantibus appellent? Non derideo, inquit ille, opus est enim talia admittere legū gratia, cum nulla tamē egeā admonitione: quæcunq; enim rex modeste benigneq; facit, ea sublimiorem gratiam & beneficium afferunt, quàm ijs qui eius imperio ditionique subiacent. His dictis eorum uterq; dormitum abijt. Postquā uero dies illuxit, rex ad cubiculum uenit, ubi Apollonius socijq; eius dormiebant, scabelloq; manibus proprijs aptato sibi persedens, cum salutasset Apollonium, quidnam meditaretur interrogauit, neq; enim dormire te nimium arbitror cum aquam bibas, & uinum contemnas? Tunc Apollonius, an dormire censes eos qui aquā bibunt? Dormire arbitror rex inquit, sed per leuem somnū, & qualem dicimus summis oculis insidere, non autem menti. Immo uero, inquit Apollonius utroq; dormiunt somno, forte etiam menti magis illorum oculis somniū insidet: nisi enim quieta mens fuerit, nequaquam oculi somnum suscipiēt, propterea furiosi homines dormire nequeūt, propter assiduam mentis agitationem, qui cum in alia ex alijs iugiter cogitando transiliant torue impudenterq; aspiciunt, sicut insomnes dracones. Quoniam igitur ò rex manifeste interpretari possumus, quid somnus operetur, quæq; hominibus detrimenta afferat, perquiramus

†ὕμνος.

*ramus quid nam ſit,quod minores faciat ſomnos aquã bibentium quàm ebriorũ.*Noli *inquit rex ſophiſticis in diſputando ſermonibus uti,concedã enim ſi ebriũ ipſum ſuppoſueris,etiam non dormire.*Debacchans *enim, & quaſi furẽs animus multipliciter illum deuoluet,& plurimis implebit perturbationibus. Videntur enim ſibi omnes,qui concepta ebrietate dormitare nituntur, nũc uſq; ad domus culmen attolli,nũc rurſus ſub terram detrudi, & tali agitari uertigine,quali circumuolui* Ixionem *fabulæ perhibent.*Non *itaq; de tali ebrio ſum locutus,ſed de eo qui uinum bibens,ſobrius tamen permanet, quiq; contemplari & alia mentis opera exercere poteſt,hunc ego magis meliusq; dormiturum dico, quã qui tantummodo aquam bibit. His auditis Apollonius Damidem magna uoce compellans, cum uehementi inquit uiro mihi inſtitutus eſt ſermo & in diſputationibus exercitato.Video inqt* Damis,+*ſed tamen idipſum perinde iucundiſſimum eſt, ac ſi dulcis aquæ fontem in ueniſſemus,& me quidem ratio quam attulit ualde mouet,uide igitur cum ſis nuperrime experrectus,ut hanc de ſomno diſputationem abſoluas.*Paululum *igitur ſublato capite Apollonius,quanto inquit nos,qui aquam bibimus dulcibus: ſomnis magis abundemus, quàm qui uinum bibũt,iam oſtendam tuam rationem ſecutus.*Quod *autem multis agitetur perturbationibus,& quaſi furijs quibuſdam uexetur ebriorum mẽs, rectè abs te dictum eſſe fateor.Videmus enim ebrietate correptos geminã lunam,geminum ſolem ſeſe uidere arbitrari, alios non minus lapſos,& pene ſobrios nihil quidem tale cogitare ſed*

+καὶ τοῦτ᾽ ἴσως ἦν τὸ μελαμπύγου τυχεῖν, id eſt, Atq; hoc fortaſſis erat in clunatrum (aut ſimile) incidere. Vide Chiliades Ne in melãpygum incidas.

re sed lætitia gestire, et uoluptate quadã perfundi: idq; nõ ob aliquã præclaram actionem ab eis gestã plerũq; contingit. Alij uero forenses orationes meditantur, cũ in foro nunquam sint locuti, & se diuites putãt cũ nec drachmã poßideant. Hi aũt sunt ò rex insaniæ morbi, ipsa enim lætitia mẽtes agitat: plures enim uidi, qui bona quadã fortuna potitos se esse arbitrantes somnũ capere non poterant, sed excitati in mediũ prosiliebant, quod satis argumenti est ipsa etiã bona euras, sollicitudinesq; præbere. Sunt aũt et quædam medicamenta ad faciendũ somnũ excogitata, quæ si qui biberint, aut se se eisdẽ perunxerint, tam profunde dormiunt, ut mortui uideantur, inde tã obliuiosi surgũt, ut ubiuis potius q̃ ubi sunt sese esse arbitrentur. Quod igitur potiones corpori, aut animæ neq; proprium, neq; legitimum somnum inducunt, sed aut ita profundũ ut semimortui uideantur, aut leuem admodum, & à quibus accedẽtibus rumpi facile cõsensurum te puto, nisi pertinax potius, quam disputator & esse & haberi uolueris. Aquæ autem potores singula perinde, ut sunt uident, neque sibi ipsis ea quæ non uident nec sunt describũt, aut figurãt, neq; leues sunt unquã, aut torpore, aut stultitia referti, nec supra quam deceat hilares; sed semper sibijpsis adsunt, ratiocinatoribus similes, nõ uespere minus, quã mane. Nunq̃ enim tales homines cõminuet, etiã si in multã noctẽ fuerint operati, nec somnus eos tanq̃ dominus urget, caput uini seruum inuadens, sed liberos semper & toto corpore sese erectos præbent. Cum autẽ dormitũ accesserint anima pura et quieta somnum capiunt, neq; prospe-

prosperis succeßibus elati, nec aduersitatibus ullis depres si. Mens enim sobria moderata sese ad utraq; habet, nec ab alterutra perturbatiõe superatur, prætereà curis ua cua dulcißimo & iucundißimo somno perfruens, nullis casibus excitatur. Per somnia insuper uaticinationem, quæ apud hoïes diuinißima existimatur, multo facilius conspicit anima, uino non suffocata, sed pura mundaq;, oïa, quæ uiderit facile colligit & discernit. Quapropter somniorũ interpretes, quos oniropolos appellant ὀνειροπόλοι. poetæ, de nulla unq̃ uisione antea consultoribus respõdebant, q̃ uisionis horã sciscitati essent. Nam si matutino tẽpore somniũ apparuisset, tunc de illo aliquid cõiectari se posse arbitrabantur, quia tunc recte uaticinari posset anima cũ esset uino ciboq; liberata. Sin uero primo somno, aut media etiã nocte, cũ adhuc uino suffocata demersaq; est anima somniũ dicerent apparuisse, sapienter quicq̃ respondere abnuebant. Quinetiã deos ipsos itidẽ iudicare, et sobrijs aïs potius oracula tribuere breuibus ostendam. Fuit quondam apud Græcos ò rex uates, nomine Amphiaraus. Scio, inquit rex, nam te Ioclei Amphiaraus filium dicere puto, quem Thebis redeuntem terra uiuũ absorbuit. Ipse inquit Apollonius, etiam nunc in Attica terra uaticinans, somnia pet entibus inducit, eos autem qui responsa accipere uolunt sacerdotes integrum diem à cibo, à uino autem triduo iubet abstinere, ut pura expurgatáque anima ostensorũ rationes colligere melius poßit. Quod si uinum idoneum somni medicamentum esset, iußisset profecto sapiens Amphiaraus contemplatores somniorum, contrario modo sese præparare,

rare, uino refertos, tanquam amphoras in adytum descẽdere. Multa insuper et alia oracula referre possem, cum apud Græcos, tum etiam apud Barbaros celeberrima, in quibus sacerdos non uino, sed aqua potatus, ex tripode responsa petentibus dedit. Me igitur ó rex, & cæteros aquæ potores, quasi bacchantes diuinoq; numine correptos arbitrare. +Sobrietatis enim amore, ut sic dicam, insanimus. Tum rex addes, inquit Apolloni, +et uinum sodalicij huiusce comitem. Faciam inquit ille, nisi forte ijs, qui tuo imperio subsunt molestus nimis euaseris. Philosophia nanq; modesta, ac (ut sicut dicam) remissior in rege conspecta, et qualis in te esse mihi uidetur: admirabilem, quandam temperiem gignit. Eadem uero exactior, & ad summam deducta subtilitatẽ, modestior sane, atq; humilior apparet, quàm conditioni uestræ cõueniat, eamq; ad fastum quendam & elationem mundi referunt. Hæc inter se collocuti, cum iam aliquantũ diei processisset, foras egressi sunt. Cumq; animaduertisset Apollonius regẽ legatis, alijsq; priuatis etiam uiris illum expectantibus responsa dare oportere, tu, inquit, ó rex facito, quæ ad regni gubernationem attinẽt, me uero hoc tempore nouum solem salutare permitte, oportet enim consuetas preces ad illum afferre. At qui scio, rex inquit, ipsum tuas preces exauditurũ, gaudet enim omnibus, qui sapientiam amant. Ego uero te interea morabor, oportet enim me de controuersijs quibusdam sententiam ferre, quibus si interfueris magno adiumento mihi te futurum spero: cum dies aliquãtum processisset, reuersus Apollonius interrogauit quæ nam illa essent, de qui-

+νυμφόληπτοι γὰρ ἡμεῖς καὶ βάκχοι τοῦ νήφειν. +καὶ μὲ θιασώτην, id est, & me thiasoten hoc est comitem thiasi uestri.

de quibus illa die sententiam tulisset. Hodie inquit rex, nihil omnino iudicaui, sacra enim id me facere prohibuerunt. Respondens autem Apollonius, an uos inquit sacris antea peractis iudicia sicut itinerum principia, aut exercituum eductionem facitis? Certe per Iouem, inquit, rex, maxime enim & in hoc periclitatur qui iudicat, ne à iudicandi rectitudine aberret. Recte itaque regem dicere cum Apollonio uisum esset, rursus quaenam esset illa controuersia interrogauit, de qua eo die esset iudicaturus. Video enim te animo suspensum, & utram in partem sententiam proferas ambigentem. Fateor inquit rex, me plurimum dubitare, quapropter libentißime te mihi consiliarium ascisco. Est autem cōtrouersia huiusmodi. Quidam alteri agrum uendidit, in quo thesaurus erat nemini cognitus, nec ita multo post dehiscens terra capsam qua cōtinebatur aurum patefecit, hanc sibi terrae uēditor deberi aiebat, neq; enim terram fuisse uenditurum si sciuisset in ipsa id contineri, quo suae uitae satisfacere potuisset. At emptor è contra dicebat sua esse omnia, quae empta à se terra continerētur, & iusti aliquid utriusq; sermo uidetur habere: nec sane prudentis uiri arbitror, si partiri inter se aurum ambos iusserim, id enim et anicula quauis dicere potuisset. Ad ea respondens Apollonius uiros inquit, istos philosophos non esse iam satis ex hoc conijcere possum, quod pecuniae causa inter se certant. Tu autem optime iudicaturus uideris, si tecum ita fueris meditatus: deos quidē in prīmis illorū hominū curam habere, qui cum uirtute philosophantur, secundo autem loco eorū,

qui peccatis quàm minimis sint obnoxij, quiq; nulli unquam iniuriam attulerint. Tribuũt igitur philosophantibus quidẽ, ut diuina humanaq; recte nouerint, his uero, quos secundo gradu bonos enumeraui sufficientem uictum præbent, ne quando necessariorum inopia compulsi, iniusti quidpiam perpetrare cogantur. Censeo igitur ô rex litigantium uitam quasi + in libra suspensam diligenter inquiri oportere, & quæ inuenta fuerint accurate examinare. Neq; enim arbitror deos, alteri quidem terram ablaturos fuisse, nisi esset uitijs inquinatus: alteri uero quæ sub terra erant dedisse, nisi uenditore melior esset. Postridie igitur litigatores ambo ad tribunal uenere, & uẽditor quidem, ut multorum testimonia probabant, uir erat superbus, contumeliosus, & sacrorum contẽptor, quæ terrestribus dijs sacrificare necesse est. Alter ut fama ferebat, mitis erat, & iustus, & sanctißimus deorũ cultor. Victor igitur Apollonij sententia ex iudicio discesit qui bonus erat, tãquam à dijs immortalibus eiusmodi bonis donatus. Postquam igitur hoc pacto iudicium redditum est, ueniẽs ad regẽ Apollonius, hodie inquit, tertia dies est ex quo me tibi hospitem rex fecisti, oportet igitur uestras leges sequentem abs te discedere. At enim lex te nondũ urget, inqt rex, quoniam post meridiẽ aduenisti. Gaudeo, inquit Apollonius, hospitali munere, quod uideris mei causa legẽ subtilius interpretari. Certe, inquit rex, nam & si legẽ soluere liceret libenter tui causa facerem. Verum hoc mihi dicas uelim, inquit, Apolloni, num camelos quibus uehimini Babylone adduxeritis? Istinc inquit Apollonius,

+ ἐπὶ τρυτάνης.

nam

nam à Bardane illos accepimus. An igitur, inquit rex, putas illos ulterius uos posse portare, cũ tantũ itineris iã fecerint? Subticuit Apollonius. Ipsum aũt interpellãs Damis, nondũ inquit animaduertit hic uir, quantum pe regrinationis superſit, nec ad quas gẽtes posthæc aduẽ turi sumus, sed ubiq; aut te, aut Bardanẽ inuenturũ spe rans, quasi ludũ arbitratur ad Indos penetrare: propte rea non palã, ut se habeant cameli fatetur, sunt enim tã male dispositi, ut ipsos prope modũ magis nos ferre co gamur, quã illi nos portare possint, itaq; nobis mutare eos necesse est. Nã si in desertis Indiæ defecerint, nos etiã illic considere necesse est, uultures luposq; à came lis abigentes, à nobis uero cũ defecerimus nemo abiget. Ego igitur, inquit rex, huic malo remedium afferam, & camelos quatuor uobis dabo, tot enim ut arbitror uobis est opus. Satrapam uero, qui apud Indum impe rat alios quatuor quos adduxistis, retro mittere Baby lonẽ iubebo. Est aũt in India camelorũ armentũ qui to to corpore albi sunt. Ducẽ uero, inqt Damis, nõne dabis ò rex? imò uero ducẽ cũ camelo, et quicqd uiatici opus est libẽtissime dabo. Scribã insuper ad Iarchã sapientũ principẽ, ut Apolloniũ nihilo se inferiorẽ iucunde su scipiat, & uos itidem, tanq̃ uiros philosophos, & di uini hominis comites ac ministros. His dictis aurum il lis dari iussit, & † linteas uestes subtilissimas, præterea gẽmas, & alia eius generis cõplura. Verũ inquit Apol lonius, aurũ habemus abunde, quod Bardanes nobis in scijs duci nostro deferendum tradidit. Vestes aũt perli bẽter accipiam, q̃ ueterum Atticorum † uestibus similes

Cameli Indici.

† ὀθόνας.

† τρίβωνι.

esse uidentur. Gemmam uero unam manu capiēs ó opti ma inquit, quam oportune non absq; diuino numine te inueni: quod esset, ut arbitror, contemplatus +piscē quēdam secretam, atq; diuinam illi gemmæ inesse. +Da midis uero comites cū nec auri quicquam accepissent, gemmas tamen aliquas acceperunt, quas dijs sacrarent, si quando in patriam redire contigisset. Manserunt autem illic ea die, nam rex eos abire nō permisit. Scripsit quoq; ad Iarcham epistolam huiusmodi.

+ἰχῦρ, id est, uim quandā Interpres legit ἰχθῦρ.

+τοῖς ἀμφὶ τὸν Δάμιν.

REX PHRAOTES IARCHAE PRAECEPTORI, et qui apud illū sunt sapiētibus gaudere.

Apollonius uir sapientißimus, sapientiores uos esse putans, ut uestra discat ad uos uenit, dimitte igitur ipsum scientē quæcunq; uos scitis, ne quid de uestra disciplina deperdatur. Loquitur autem optime hominum omnium, & memoria maxime uiget: date etiam operam ut thronum uideat, in quo sedēti mihi regnum dedisti Iarcha pater. Insuper qui Apollonium sequuntur multum laudis merentur, quoniam uirum talem uehementer amant, uale & ualete.

Hac accepta epistola Taxilis abierūt: iamq; bidui iter progreßi, ad locum uenerunt ubi Porum cum Alexandro pugnasse ferunt, ibiq; portas etiam astare dicunt, non loci cuiusdam claudendi causa, sed trophæi tantum gratia exstructas. Ipsis quoq; Alexandrū conspici, quadrijugo currui superstantem, sicut cum Darij satrapis apud Ißos pugnauit. Duas autē alias portas esse ferūt, non longo inter se spatio distantes, supra quarum unam Alexādri, supra aliam uero Pori statua posita est, quæ

Alexandri trophæa in India.

post

post eorum, ut arbitror, conciliationem extructæ fuerunt, hic enim lætabundo, ille salutanti, uenerabundoq; similis apparet. Post hæc Hydraote flumine superato, cum gentes plurimas peragrassent ad Hyphasidem fluuium tandem peruenere, à quo stadiorum triginta spatio cũ abessent, aras inuenerũt tali inscriptas epigrãmate: Patri Ammoni, et Herculi fratri, et Mineruæ +Palladiæ, et Ioui Olympio, et Samothracibus Cabiris, et Indico Soli, atq; Apollini Delphico. Aneã quoq; columnã eodem loco erectam tradunt, his uerbis inscriptam, Alexander hic stetit. Et aras quoq; Alexãdri etiã opus eẽ arbitramur, imperij fines hoc monumẽto signãtis. Columnã uero Indos Hyphasidis accolas erexisse puto, quasi gloriãtes ꝙ nõ fuerit ulterius Alexãder progressus. +πρoνοίᾳ.

PHILO
STRATI DE VITA APOLLONII Tyanei liber tertius.



DE HYPHASIDE VERO quantus Indicam terram percurrat, quidq; circa ipsam admirabile sit iã dicemus. Huius fluminis fontes, in agro scatent, estq; fluuius ipse à prĩcipio statim nauigabilis, paululũ uero procedens nauibus inuius est. Petræ nãq; superiore ex parte acutæ, atq; inter se dẽsæ ab aqua latentes, ab alueo prominẽt, quibus aqua illisa & in se cõ Hyphasis.

Ister. *uersa innauigabilē fluuiū reddit. Latitudine uero Istrū adæquat, q Europæ fluminū maximus habetur. In eius ripis arbores nascūtur, similes his quæ penes Istrū cre scunt, à quibus unguentū distillat, quo in nuptijs Indi perungi consueuere. Tantiq; ab illis existimatur, ut nisi tali unguento perunĉti nubentes fuerint, imperfectæ nu ptiæ, & Veneri nequaq̃ gratæ putentur. Veneri quoq; dicatū esse ferunt nemus fluminis ripis adiacens. Pisces*

Pauones pisces. *etiā quos Pauones appellant, in hoc duntaxat flumine oriri perhibent. Vocantur autem eodē, quo & aues no*

+λόφοι in piscibus qbus natant tanq̃ remis. *mine, quia ipsis etiā cœrulæ sunt + cristæ, squamæ autē uersicolores, cauda uero aurea in quamcunq; uoluerit partē uersatilis. Est præterea in eodē flumine + bellua*

+θηρίον. Oleum mirificum. *albo uermi similis, ex qua capta oleū fit ad usum ignis accōmodatū, quod nisi uitro cōtineri possit. Capitur aūt regi tantūmodo eiuscemodi bellua, qua ille diruendorū mœniū causa utitur: nā ubi muros eiusmodi pinguedo tetigerit, ignis accenditur inextinguibilis, oīm maxime quæ pro excitandis incendijs ab hoībus inuenta sunt.*

Asini unicornes. *Asinos præterea syluestres in uicinis paludibus multos capi dicūt, esse aūt huiusmodi feris in fronte cornu, quo taurorū more generosissime pugnant. Conficere autem Indos ex illis cornubus pocula, asseruntq; nullis morbis illo die affici, qui eiusmodi poculo potauerint, neque si uulnerati fuerint dolere, et ex igne etiā incolumes egre di, neq; ullis uenenis lædi, quæcunq; nocendi gratia in potu dantur. Iccirco regum esse eadem pocula, & regi tantū eiusmodi feræ uenationē permitti. Apollonius ita que ferā aspexisse, eiusq; naturā cū admiratione consi*

deraſſe

derasse ferunt. Interrogãti aũt Damidi, an sermoni qui de poculo iã dicto ferebatur fidẽ adhiberet? Adhibeo inquit, si huius regionis immortalem regem esse intellexero. Qui enim mihi, aut alteri cuiq; poculũ ita salubre dare potest, nónne uerisimilius est ipsum quotidie illo uti, & ex eo cornu frequẽter+ad extremã usq; plenitudinẽ bibere: nemo enim ut puto calumniabitur eũ, qui tali poculo etiã inebrietur. Hisdẽ in locis et mulier culã inuenisse perhibent à capite usq; ad mãmas nigrã, infra uero usq; ad pedes albã, quã uisam cæteri uelut portentum extimuere. At Apollonius manu apprehensa, quænam esset agnoscere uoluit: comperit autem Indicæ Veneri mulieres eiusmodi sacratas esse, & similiter quicquid ex tã uaria muliere nascitur, sicut de Api, quæ est apud Aegyptios audiuimus. Inde Caucasi partẽ illam transcenderunt, quæ in rubrum mare porrigitur, ea uero diuersis aromatum generibus consita est. Montis nãq; radices cinnamomũ ferunt quod nouis sarmentis aßimilatur, bonitatis autem suæ experimentum dat capra. Siquis enim cinnamomũ capræ porrexerit, tanq̃ catulus admurmurat, et abeuntẽ sequitur, nares quoad põt ipsi propinquãs: q, si pastor eã amouerit non secus queritur, ac si à+pabulo distracta esset. In montis autẽ præruptis lateribus arbores è quibus thus distillat procerrimæ nascuntur, & aromatũ aliæ species multæ. Inter quas & piperis arbores sunt, quod tanq̃ agricolæ genus quoddã simiarũ colit, quæ à Græcis πίθηκοι appellantur, nec cui similetur arbori ab illis scribitur, quod autem ab alijs accepi referam. Piperis arbor illi similis esse

+μέχρι κρα-πάλης.

Cinnamomum.

+λωτεῦ.

Thuris arbor.

Piperis arbor & cultura.

†Plinius & alij uiticem malunt.

lis esse traditur, quam Græci ἄγνον, nos †castam appellamus, cum partibus alijs tū maxime fructuū racemis. Nascitur autem in extremis, præruptisq; locis hominū generi inaccessabilibus, ubi simiarum, quas diximus, populus montis cateruas, & omnia foramina incolit. Eas autem maximi faciunt Indi, quoniam piperis (ut sic dicā) uindemiatrices sunt, quapropter & armis, & canibus leones, & cæteras feras ab ipsis arcent. Insidiatur autem huic simiæ leo, ægrotus quidem medicinæ gratia: aiunt nanq; huiusmodi simiarum carnes leonum morbis mederi, senescentium pastus, cibiq; causa. Nam ubi propter senium ceruos, aut †capreas uenari leones nequeunt, simias capiūt, in ipsas, quod superest uirium exercentes. Sed (ut diximus) Indi Simias non neglegunt, et se beneficia ab ipsis capere arbitrantes leones arcent.

†ὕας.

Piperis collectio.

Quod autē ad piperis collectionē attinet sic se habet. Accedentes Indi ad arbores, quæ in parte montis infima nascūtur, fructusq; ab illis decerpētes, paruas quasdā sub arboribus areas faciūt, ubi piper cōgerunt, quasi casu illic ipsum proijcientes, ceu rem neglectā & minimi ab hominibus existimatā, circunstantes uero atq; in auijs abditæ simiæ talia desuper aspicientes, ubi nox aduenit Indorū opus imitatæ, auulsos arborū ramusculos, in areas (quas diximus) cōferūt. Indi aūt, ubi dies illuxit piperis aceruos asportant quos nihil laborātes, sed dormiētes acquisierunt. Sed iā ad Apollonium, eiusq; comites redeamus, qui superato mōte subiectā planiciē cōspicati, plurimis fossis aqua redundantibus intersectā animaduerterunt. Erant autem fossarum aliæ rectæ, aliæ

obliquæ

obliquæ, aquam ex Gange deriuãtes. Has autem fossas, partim terminis designandis, partim irrigandis agris cum sitissent seruire dicebãt. Sunt autem agri omnium, qui apud Indos coluntur feracissimi: & planicies totius Indiæ maxima, protenditur enim in longitudimem diẽrum quindecim, secus Gangen ambulantibus, decem autem & octo è mari ad montem usque simiarum patet, cui tota planicies subiacet. Terra autem colore nigra est, & frugũ omnium ferax, ubi segetum paleas, & spicas harundinum instar conspici dicunt. Fabas autẽ triplo maiores his, quæ in Aegypto nascuntur. Sisamum quoque proferre, et milium eximiæ magnitudinis. Præterea nuces tam crassas ijsdem in locis nasci perhibent, ut earum plerasque in templis apud nos uideamus miraculi causa suspẽsas. Vites autem paruæ admodũ quantæ apud Mæones Lydosq; ibi nascũtur. Vinum tamen ex illis expressum, gustatu & odore iucũdissimum esse aiunt. Aliam præterea arborem illic inuenere lauro similem, quæ siliquam + calycis instar formatam, malipunici magnitudine profert. Siliquæ autem pomum inest colore ceruleum, ac ueluti pulcherrimus iacinthus gustatu uero suauissimũ omnium, quæ in illo monte nascãtur. Cum autẽ è monte descenderent, locum inuenerũt: ubi draconibus uenãdis Indi se exercent. De qua re necessarium esse putaui pauca narrare, absurdũ esse iudicãs si de leporum uenatione, capturaq; plura ab his dicta sunt, quibus ea narrare cura fuit, me autẽ tam generosæ, tamq; utilis uenatiõis modũ prætermittere, haud quaq̃ omissum à uiro, cuius gratia hæc scribere sum aggressus.

Indiæ feracitas.

+ Calyx Græcis proprie est, non dum totis folijs patens et explicit⁹ rosæ globus.

Draconum uenatio.

gressus. Omnis Indiæ *regio draconibus abundat, et multitudine & magnitudine mirãdis, itaq; paludes plenæ sunt & mõtes, neq; tumulus ullus ijs uacuus reperitur. Verũ palustres pigri tardiq; sunt, lõgitudine cubitorũ* XXX. *+ & uix caput attollẽtes. Sunt enim terrestribus ranis similes, & terga habẽtes subnigra, et cæteris minus squamosa.* Q*uapropter sapiẽtius de tali draconum genere loquitur* Homerus, *q̃ pleriq; cæteri poetæ,* Draconẽ *describẽs, quẽ in* Aulide *iuxta fontẽ dixit habitare, sic ait:* τοῦ νῶτα δαφοινόν. Hoc *est:* Draconẽ *terga rubentẽ. Alij uero poetæ de eodẽ draconũ genere loquẽtes, ceu de illo quẽ in* Nemeæ *luco fuisse tradũt, cristatum esse perhibent, quod nos in nullis inesse palustribus unquam inuenimus. Sunt etiam alij in radicibus, aut cacuminibus montium habitantes: qui quandoq; in planiciem uenationis causa descẽdunt, ea quæ ad palustres pertinent rapientes.* Nam *& in maiorem porrecti sunt magnitudinem, longitudinemq́;, et uelocius fluminibus, quantumuis rapacibus feruntur, ita ut ab illis euadere nihil possit. His autem crista nascitur, iuuenibus quidẽ mediocriter prominẽs, prouectis uero ætate grandior, & ob id ipsum in alteram partem deflexa.* Q*ui uero + coloris ignei sunt, & + in dorso squamas eminentes tanquam serram habent, his etiam barba adnascitur, & altius ceruicem attollunt, & eorum squamæ instar argenti fulgent.* O*culorum autẽ pupillæ lapides sunt, tanquam ignis fulgentes: quorũ uim maximam esse ad morbos complures tollendos aiunt, quapropter & lucrum uenationibus afferunt. Campestres dracones quotiens* elephan-

+ καὶ κρανὸς αἰδεῖς οὐκ ἀνέστηκεν, ἀλλ' εἰσὶ ταῖς δρακαίναις ὅμοιοι.

Nec cristam habent, sed dracenis similes. Hoc enim marem à fœmina in hoc genere distinguit.

+ πυροῦται.

+ πριόνωτοι.

elephantum inuadunt, ab occurrētibus uenatoribus plerunq; cum elephanto simul interficiūtur. Draconem capientibus præmia sunt oculi, pellis, & dentes. Sunt autem membris ingentibus porcis similes, preterq̃ q̃ corpore graciliores, & in quamcunq; partem uersatiles: + rostro autem ualidißimo tanq̃ ingentes pisces. Montani uero dracones squāmas habent coloris fului. Longitudine autem excedunt campestres, barbaq; illis est setosa, & ipsa coloris aurei: supercilia uero profundiora habēt q̃ campestres, oculi autem superciliјs subsunt, torue grauiterq; aspicientes: quibus perinde ac si essent ænei resonant, quandocunq; in terra serpunt. E cristis uero, quæ rubræ sunt ignis scintillare uidetur: & isti quoq; elephantos capiunt, ipsi uero ab Indis hoc modo capiūtur. Pallium coccineum literis aureis super intextum ante + cubiculos extendunt, scripta autem incātatoria uerba somnium dicuntur inducere, his draconum oculi, quanq̃ durißimi superantur: ipsi quoque plurima uerba ex arcana sapientia super incantantes, eo draconem perducunt, ut literis pallio intextis super dormitet. Dormienti autem instantes Indi ceruicem securi feriunt, scissoq; capite lapillos intus extantes auferunt. Traditur enim montanorum draconū capitibus inesse lapillos, specie & aspectu iucundos & splendorē quendam coloribus inducentes. Viribus autē potentiaq; mirabiles, quod anulus testatur, quem habuisse Gigem uulgatum est. Euenit autē interdū, ut draco Indū cum securi, et arte intra cubile trahēs deuoret, ipsum etiā (ut pene dixerim) montem cōcutiens. Tales autē dracones

+ τῇ δὲ αἰχμῇ

+ πρὸ τῆς χειᾶς, ante lustra siue cauernas. Nã Chia ꝑpric serpētum & draconũ antra & cauernæ.

montem qui ad rubrũ mare pertinet dicuntur incolere, eorumq; horrẽdos sibilos audiri, quandoq; etiam mare ingreßi longius natando prouehuntur. De longitudine autẽ uitæ huiusmodi belluarum, & cognoscere difficillimum est, & si dicatur incredibile. Hæc quæ de draconibus nosse potui. Vrbem uero magnam sane, & monti Paraca. subiectam inuenere, quam Paracã inquiunt appellari: in eius medio plurima uiderunt suspẽsa draconum capita, q; eius ciuitatis habitatores ab ineunte ætate tali uenationis genere se exerceãt. Ferunt etiã eius urbis homines animalium cõceptus, admurmurationesq; intelligere, si draconis epar, aut cor comederint. Apollonius autẽ & comites urbem prætergreßi, cum non multum adhuc proceßissent, fistulæ sonitum audire uisi sunt, qua si pastoris gregem colligẽtis, ac subinde pastorem uiderunt, Ceruæ albę. qui albarum ceruarũ gregem pascebat. Mulgent autẽ ipsas Indi: q; earum lac maximũ esse nutrimentum putant, optimumq;. Inde quatuor dierũ iter progreßi, per felicẽ ac bene cultã regionem ambulãtes, ad oppidum in quo sapientes habitãt peruenere. Ibi dux itineris pauidus, multoq; sudore manans, camelũ sese ad terram demittere iußit, uolẽs & ipse in terrã desilire: sed Apollonius tantæ mutationis causa cognita, pauorẽ Indi deridens. Is, inquit, mihi facere perinde uidetur, ac si quis lõgum pelagus emensus, ubi in portum peruenerit terrã odio habeat, & se in portu esse timeat: hæc dicẽs camelũ exurgere iußit, erat enim iam cũ ipsis assuetus. Incusserat autem duci pauorem, q; prope sapientes iam peruenerãt, quos omnes Indi multo magis q̃ reges pro

prios

prios timẽt, ac uenerãtur, singularũ nanq; prouinciarum reges de suis omnibus rebus, aut agẽdis aut fugiẽdis eos cõsulunt, tanq̃ ex diuina mente respõsa dantes. Ipsi uero quid factu sit melius suadẽt, q̃uod uero agendum nõ putent dissuadẽt. Apollonius & comites in uico mãsuri, qui à tumulo quem sapientes incolunt stadij + fermè spacio distat. Adolescentẽ cõspicati sunt citato cursu ad se uenientẽ Indorum omniũ nigerrimũ. Frõtis autem pars supercilijs interiecta instar lunæ micabat, quod posteris quoq; tẽporibus Mẽnoni, Herodis sophistæ alumno adolescẽti Aethiopi cõtigisse perhibent: cumq; magis magisq; propinquaret Indus, paulatim fulgor decrescebat, quoad tandem penitus euanuit. Gerebat autẽ manu aureã anchorã, quam Indi pro caduceo habẽt, propterea q̃ oĩa tentat. Is Græce Apolloniũ salutauit, quod nemini mirabile uisum est, cũ oẽs ferè uici eius habitatores Græce loquerentur, q̃ autẽ nominatim salutasset, salue dicẽs Apolloni, cæteros quidẽ stupefecit, ipsi autẽ Apollonio fiduciã præstitit, posse ea quorũ causa uenerat cõsequi. Damidẽ itaq; aspiciẽs ad homines, inquit, proculdubio sapiẽtes uenimus, qui res prænoscere mihi uidẽtur. His dictis Indũ interrogauit, quidnã sibi agendũ esset, cupiebat enim q̃primum posset sapiẽtes alloqui. Tunc Indus, hos inquit comites hoc loco dimittere opus est, tu uero ita ut es solus me sequere, sic enim facere te iubẽt: Hoc autẽ quod dixit Pithagoricum esse agnouit Apollonius, gaudẽsq; illum sequebatur. Tumulus autẽ quem sapiẽtes incolunt, ea est altitudine qua est Atheniensium arx, ex media surgens planicie,

+ ὄντα alias ὀκτώ.

planicie, hunc munit natiuum quoddam saxum, quod tanquam manu & artificio factum circumquaque tumulum ambit, cuius in plærisque partibus quasi + uestigia cernuntur: & barbárum, ac uultuum formæ alibi, & hominum terga cõspici dicũtur, labentibus similia. Quando enim Bacchus Herculi cõiunctus regionem illam inuasere, panas deos, quos in exercitu habebant, ut expugnare tumulum aggrederentur iussere, quòd arbitrarẽtur eos aduersus terremotus alias offensiões posse sufficere. Sed à sapiẽtibus diuersimode fulminati, ipsi in petris erratorum suorum reliquerũt insignia. Circa tumulum uero + nebula circũspicitur, in qua Indi habitant, ibiq; se nunc uisibiles, nunc inuisibiles ut libet faciunt. Vtrum uero portæ tumulum claudant, nequaq̃ se nouisse dicunt, q̃ prospectum nebula eripiat, tam extra extantibus: q̃ intus clausis. Retulit autẽ Apollonius se ducem sequendo ex parte tumuli, quæ ad austrum maxime uergit ascendisse, uidisseq; in primis puteum latitudine passuum quatuor, cuius terra cœrulei coloris extans, ab imo fundo usq; ad os putei sursum attollitur, inde cum sol ad meridiem peruenit, splendore quodam à solis radijs hausto deorsum residet calida, iridis speciẽ uidentibus præbens. Dicebatq; Apollonius postmodum didicisse omnem, quæ sub puteo est terram sandaricinam esse, aquam etiam eiusdem putei arcanam rem quã dam habere arbitrãtur, nec ex ea bibit, aut haurit omnino quisquam. Putatur autem per omnem Indiam maximum esse iusiurandum, si quis per eam aquam iurauerit. Iuxta puteum crater est igne plenus, ex quo flamma

+ διχηλὰ ἴχνη, id est, bisulca uestigia, qualia illorum qui ungulã scissam habent.

+ νεφέλη.

flamma plumbei coloris emittitur, nullus uero fumus, aut odor ex ipso prodit, neque crateris labra unquam excedit, licet catenus aliquando crescat. Illic Indi à patratis facinoribus expiantur: quapropter sapiẽtes quidem + culpæ puteum appellant, craterem autem ueniæ. Gemina quoque illic dolia se uidisse refert Apollonius, è nigro lapide, unum imbrium, alterum uẽtorum. Et id quidem, qui dicitur esse imbrium, ubi nimia siccitate India premitur, si fuerit apertus, nebulas emittit, quæ uniuersam terram humectant, sin uero nimia fuerit pluuia, idem occlusus imbres cohibet. Alterum autem, quod uentorum esse dicitur, idem facit quod uires Aeoli facere perhibentur. Adaperto enim dolio uentus regionem perflat, unde & salubritas in terra gignitur. Deorum quoque simulachra complura illic se uidisse tradit, nihilque miratum esse, quòd Indorum aut Aegyptiorum deorum illic imagines uiderit, stupuisse autem ꝙ eorum, qui apud Græcos antiquißimi habentur aspexerit simulachra, + ceu Palladis Mineruæ, & Apollinis Delij, Dionysii præterea, & Amiclæi, & aliorum huiusmodi: horum enim singulis Indi statuam posuere, Græcoq; ritu ijsdem sacrificant. Dicunt autẽ Indiæ medium sese colere, cumq; tumulum quasi umbilicũ esse: & ab eodem sacrum ignem capiunt, quem sese à solis radijs accepisse gloriantur, atque ob eius rei memoriam hymnũ iugiter ad meridiẽ usq; decantãt. Quinã igitur, et quales uiri, et quo pacto instituti tumulũ habitẽt ipsemet narrauit Apollonius: Nã in oratiõe quadã earũ, quas apud Aegyptios habuit, sic ait: Vidi Indos

+ ἐλέγχου.

+ τῆς ἀθηνᾶς τῆς πολιάδος, id est, Mineruę Poliadis. Ita Athenienses discretionis causa Mineruam appellarũt, quasi dicas ciuitatensem, eadẽ etiam ἀστηρ, idẽ urbanã, ꝙ in Attica plures eẽnt Mineruę statuę & tẽpla, sed Athenis præcipuæ.

dos Brachmãas in terra habitãtes, et nõ in terra, absq; mœnibus munitos, & nihil poßidẽtes, uel oĩa potius. Et hæc quidẽ ipse, tanq̃ sapiens scripsit occultius. Damis autẽ inquit, Brachmanas ipsos humi dormire, herbis tũ super humũ stratis, quas cum altius interdũ cumulent euenit, ut duos fermè cubitos à terra eleuati ambulent, non miraculi aut ambitionis causa (hoc enim crimine ui ri illi carent) sed quia quæcunq; à terra sublati sacrifica uerint, ipsi soli gratiora, magisq́; tali deo conuenientia sese facturos arbitrãtur. Ignem uero, quem à solis radio diuellunt, q̃q̃ corporeus sit nõ tamen in aris aliquid cõburendo: neq; + laternis inclusum seruãt, sed tanq̃ radij qui à sole in aqua refrãguntur, sic ille in sublimi æthere saliẽs conspicitur. Ipsi igitur solem illum interdiu precantur, ut horas quas circunuolutione sua metitur, opportunas cõmodasq́;, & propitias Indorũ terræ mittat. Noctu autẽ eundem adorãtes supplicãt, ne propter noctem indignetũr, atq; secum manere uelit, sicut ab illis habetur. Tale quid igitur significare uidetur Apollonij sententia: qua dixit: Brachmanas in terra esse, & nõ esse in terra. Quod autẽ sine mœnibus munitos esse dixit, aerem signat sub quo manent: cum enim sub diuo permanere uideantur, in umbra tamen degunt, & decidente pluuia nõ madescunt, & sub sole sunt quandocunque uelint. Quod uero tertio loco de ijsdem protulit, nihil poßidẽtes, etiam quæ aliorũ sunt ipsos habere, hoc modo interpretatur Damis. Fontes, qui bacchantibus è terra scaturiunt, postq̃ Dionysius ipsos cum terra simul concußit, defluunt etiam ad hos Indos edentes, aut

+ ἰπνοῖς, id est, καπνοδόχοις, hoc est, furnis, q̃ est ꝓpria nominis significatio, nam pro laterna ἴπνος scribitur penacute.

iam

iam depaſtos. Recte igitur Apollonius eos, qui nihil apparantes fruuntur his, quæ ſua ſponte proueniūt, & habent quæcunque uelint & quæ non habent habere dixit. Comas autem nutriunt, ſicut quondam Lacedæmonij, & Thurij, Tarentiniq́;, ac Mileſii, et cæteri quibus Laconica inſtituta placebant. Mitram quoq; albam geſtabant, & nudis pedibus ambulabant. Veſtis autem eorum + in ſuper humeralis formam compoſita eſt: ipſius uero materia linum eſt, quod ſpōte ſua in illis locis naſcitur, album quidem, ueluti quod in Pamphilia naſcitur, mollius autem propter pinguedinem, quæ ab ipſo quaſi oleum ſtillat. Ex eo ſacram ueſtem conficiunt, ac ſi quis alius Indorum eiuſmodi linum in aliam partem ferendum tranſtulerit non coaleſcit. Anulum atque baculum, quorum utrunque ipſi geſtant, multum quidem poſſe dicunt, ob duas præcipue cauſas, et eas arcanas in precio haberi. Accedētem ad ſe Apollonium, cæteri quidem apprehēſa manu ſalutauere: Iarchas autem in excelſo ſedebat throno, quem ex ære nigro fabricatū aureæ ſtatuæ complures exornabant. Aliorum uero ſedes & ipſæ æneæ erant, ſed nullis omnino ſignis ornatæ: et aliquantum, quàm Iarchæ humiliores, infra Iarcham enim ſedebāt omnes. Is uiſum Apollonium nominatim ſalutauit, literáſque ab eo regis Indorum popoſcit. Mirāti autē Apollonio, quòd de literis quas gerebat aliquid præſciſſet, atq; quo magis inquit mireris, ſcias D unum in ea epiſtola deeſſe, idque ita eſſe palàm oſtendit. Inde perlecta epiſtola ad Apollonium cōuerſus, quid, inquit, de nobis ſentitis? cui Apollonius, quid de uobis inquit

+ παραπλησίως τοῖς ἐξωμίσιν, id ē, exomidib⁹ nō abſimiles. Erant aūt exomidis lænæ uiles & ſeruis accommodę qd eos expeditos eſſe cōueniat, ſubſtrictæ nāq; & breues citra humerū definebāt unde & appellationē ſortitæ.

sentiamus, satis ostendit labor itineris uestri causa à me suscepti, quod adhuc nemo ex illis unde uenio locis, est ausus peragrare. Tum inquit ille, quid supra nos scire te arbitraris? Ego, inquit Apollonius, sapientiores uos esse censeo, & multo diuiniora scire. Nisi enim praeter ea, quae scio noui aliquid apud uos inuenerim, omnia iã me didicisse arbitrarer, nec mihi superesse amplius discendum quicquam. Tunc Iarchas cæteri inquit consueuerunt ad se uenientes interrogare, quales nam ipsi sint, & cuius rei gratia conuenerunt? Vobis autem sapientiæ nostræ argumentum hoc primum est, quod uenientes ad nos agnoscimus, quod iudicare statim poteris. His dictis qua matre, quóque patre natus esset Apollonius, & omnia quæ Aegis fecerat quóque pacto ad eum Damis uenisset, quidque per totum iter serio egissent, aut alios agentes uidissent, non secus, ac si comes fuerit + continenter planéque narrauit. Obstupenti autem Apollonio, atque unde hæc scisset interroganti, & tu inquit huius sapientiæ particeps aduenis, sed nondum etiam bene nosti. Rogo igitur, ait Apollonius, ut me totam hanc sapientiam doceas. Libenter, inquit ille, abundéque docebo, eo nanque sapientiæ iam peruenisti, ut nec inuidere tibi quispiam, nec cælare te aliquid debeat eorum, quæ scitu digna sunt. Insuper memoria te abundare uideo Apolloni, quam nos maxime post deos colimus. Plane, inquit Apollonius, quid mihi natura insit percepisti. Nos uero inquit Iarchas uires omnes animæ uidemus, innumeris + coniecturis illas inuestigantes. Sed quoniam meridies

+ ἀπνευστί.

+ ξυμβόλοις.

meridies iam propinquat, & nos quæ ad deorum cultum præparare oportet, nunc quidem colloquendi finem faciemus, sacris autẽ peractis quandiu uolueris colloquemur. Potes autem, si libeat, etiam sacris interesse. Ego uero per Iouẽ, inquit Apollonius, iniuriam Caucaso Indoq; uiderer afferre, quos ut ad uos accederẽ penetraui, nisi cunctis quæ à uobis fiunt interessem. Saturare igitur, inquit Iarchas, & nos sequere. His dictis ad fontem uenerunt, quem Damis à se postea uisum similẽ tradit ei, qui in Bœotia Dirce nũcupatur. Veniẽtes itaque ad fontẽ corporibus primo nudatis, tota capita + fuluo quodã medicamine perunxerũt, q̃ eorũ corpora adeo calefecit, ut uehemẽter fumarent, sudoreq; abunde stillarent, nõ secus ac si igne lauarentur. Post hæc in aquã sese proijcientes lauere, lotiq; ad templum accesserunt coronati, & hymnũ cãtantes instar choreæ in gyrum cõpositi. + Chori uero principẽ faciebãt Iarcham, & erectis baculis terrã percutiebãt, quæ in tumulum sese attollens maritimi fluctus instar duos fermè passus in aerem ipsos extulit: ipsi uero interea cantabant cantum Sophoclis pæani similem, quem Athenis in honorẽ Aesculapij cãtari mos est. Vbi uero terra resedit, aduocans Iarchas adulescentulũ, qui anchoram portabat, cura inquit, Apollonij comites: ipse uero multo citius, q̃ uolet auis ulla profectus, reuersusq;, egregie curaui, inquit. Illi aũt quod reliquum erat sacrorũ peracto in sedibus quieuere. Tunc ad adolescentẽ cõuersus Iarchas, affer, inquit, sapienti Apollonio Phraotis sedem, ut in ea sedens nobiscum disputet. Qui postquam consedit

+ ἠλεκτρώδει φαρμάκῳ.

+ κορυφαῖον.

H ij inter-

interroga, inquit Iarchas, quodcunque uis, ad uiros enim accessisti qui omnia sciunt. Primum igitur interrogauit Apollonius, an seipsos nossent, putans sicut apud Græcos habetur, difficillimum esse seipsum noscere. Ille uero Apollonij uerba in aliam sentẽtiam detorquens, nos inquit omnia nouimus, nec quisquam nostrorum ad hanc accedit philosophiam nisi antea se cognouerit. Recordatus autem Apollonius eorũ quæ à Phraote audierat, & quo pacto quilibet philosophari uolẽs, seipsum antea probaret, ea de re sermonem ulterius facere omisit, quod esset Phraotis rationibus iam antea persuasus. Rursus igitur Iarcham interrogauit, qualem de seipsis existimationem haberent? Ille uero opinari se deos esse respondit: Interrogãti uero, quam ob causam ita putarent? quoniam boni uiri inquit sumus. Id autem responsum tanta eruditione plenum uisum est Apollonio, ut Domitiano postmodum illud narraret in sermonibus, quos secum habuit. Post interrogationem prosecutus, de anima, inquit, quidnam sentitis? Ad quem Iarchas, id ipsum inquit, quod + nobis Pythagoras, nos uero Aegyptijs tradimus. An igitur inquit Apollonius sicuti Pythagoras Euphorbum se fuiße aßerit, sic tu antequam in hoc corpus uenißes, Troianorũ quendã, aut Græcorum, aut alium quempiã omnino te fuisse cẽses? Tunc Indus Troia, inquit, ab ijs, qui eo nauigauerunt Achæis deleta est, uos autẽ qui de ipsa uulgati sunt sermones perdidere: solos enim uiros fuisse arbitrantes, qui ad Troiam militauerũt, multo plures ac diuiniores hoĩes negligitis, quos aut uestra terra, aut Aegyptus, aut

Seipsum noscere.

+ Græce sane ὑμῖν ubique legitur.

aut hæc ipsa India protulit. Sed quoniã de priore corpore me interrogasti, dic quæso quemnã uirum cæteris præstantiorẽ arbitraris, eorũ qui aduersus Troiã, uel pro Troia tulerũt arma. Ego, inquit Apollonius, Achillem Pelei & Thetidis filiũ cẽseo, is enim tanq̃ optimus ac fortissimus laudatur ab Homero, & super oẽs Achiuos magnus, ipsiusq; facinora plurima decãtat. Plurimi etiã fuisse dignos prædicãt, Aiaces duos, & Nireum, qui secundi ab Achille pulchri, generosiq; narrantur. Istis igitur Apolloni similẽ genitorẽ meũ existima, uel potius genitoris mei corpus. Sic enim & Pythagoras Euphorbũ se putauit. Fuit itaq; quondã tẽpus, quando hæc loca Aethiopes incoluere, genus Indicũ sane, uerũ Aethiopia nondũ erat, sed ad Meroem et Catadupas finiebatur Aegyptus, cum etiã ipsa Nili fontes præberet & ad eiusdẽ fluminis hostia terminaretur. Tũc igitur hæc loca incoluerũt Athiopes, Gangis regis ditioni subiecti, & tũc quidẽ abunde terra ipsos alebat, deiq; illorũ curã habebãt. Postea uero, q̃ memoratũ regẽ interfecerũt, nec ab alijs Indis puri, impollutiq; sunt habiti, neque terra ulterius in his locis cõsistere illos permittit. Semina enim quæ in ipsa iaciebãtur, priusq̃ + ad frugẽ peruenirẽt corrũpebat, mulierũ quoq; fœtus reddebat imperfectos: quinetiam greges armentaq; insufficiẽter alebat, et ubicunq; ciuitatẽ cõstituere tentassent subsidebat, cedebatq; ædificijs terra. Gangis præterea + simulachrũ, quocunq; euntes prosequẽs turbam omnẽ interioribus exagitabat. Neq; antea tali molestia liberati sunt, q̃ cædis autores, quiq; sanguinem eius effuderant

+ εἰς κάλυκα.

+ φάσμα.

terra obruētur. Erat uero is Ganges cubitorum decem longitudine, formositate autem tali, quali antea nullus extitit: eratq́; fluminis Gangis filius. Quapropter eius patrem in Indiam quandoq; inundantē ipse in rubrum mare cōuertēs, indicæ telluri propitiū reddidit. Terra igitur uiuenti sibi abunde quæ opus erāt suppeditabat, mortuum autē ulta est. Quoniam autē Homerus Achillem Helenæ gratia ad Troiam deducit, narratq́; illum urbes maritimas duodecim expugnasse, terrestres autē
Iliad. α *undecim, ablataq́; sibi postmodū à rege muliere in iram exarsisse, ut agrestis inhumanusq́; uideretur, conferamus è contra quod de Indo sentiendum arbitremur. Is primum ciuitates condidit sexaginta, quæ inter omnes regionis huius primæ censentur. Esse uero neminem arbitror, qui gloriosius esse putet ciuitates populari, quā cōdere: præterea Scythas, qui Caucaso superato in hæc loca exercitum adduxerant, submouit: itaque patriæ suæ liberatorem uirum bonum ab omnibus iudicari, multóque præstātiorem, q̄ qui patriæ seruitutem affert nullus dubitat, præsertim si mulieris gratia id fiat, quam inuitam fuisse raptam minime est consentaneum. At noster Indus composito fœdere cum eo, qui tunc in his locis regnabat, ubi nunc Phraotes dominatur, cum ille mulierem contra ius, fásque sibi abstulisset, fœdera tamen uiolare noluit: quòd tam sanċte pieque se iurasse diceret, ut ne iniuriam quidem passus detrimenti quippiam illi uellet afferre. Multa insuper huius uiri gesta referre possem, nisi meipsum laudare uelle uiderer. Ego enim ille ipse sum, hoc autem apertè mon*

strau,

straui, cum essem adhuc annorum quatuor: cum enim Ganges ille adamantinos gladios septem humi obruisset, ut regionem nullus unquam timor inuaderet, posterisque temporibus dij sacra eo loco fieri iuberēt, ubi Ganges gladios obruisset, locum tamen ubi nam esset ut mōstrarent, ego quàmuis admodum puer oraculi antistitē ad locum duxi, locúmque effodere iubens depositos ibi gladios fuisse monstraui. Nec *uero mireris, si ex* Indo *in* Indum *trāslatus fuerim, hic enim (adolescentem digito notans, annos natum uiginti) supra omnes homines ad philosophiā idoneus à natura genitus est. Corpus nanque, ut uides, robustißimum habet, et facies quandam præ se fert ingenuitatem: sustinet quoque uiriliter ignem, omnémque corporis sectionem, attamen talis extās philosophiam odit. Quisnam igitur, inquit Apollonius, ò* Iarcha *est adolescentis affectus, mirabile nanque aliquid narras, si taliter à natura institutus philosophiam non colit, atq; eius non amat disciplinam uobiscum præsertim uersatus.* Minime *uero nobiscum uersatus, inquit, sed tanquam leo inuitus deprehensus est, uictusq; detinetur, respicit autem nos ipsum demulcentes atq; attrectantes.* Is *igitur adolescēs* Palamedes *fuit, qui ad* Troiam *quondam profectus est, habet aūt inimicißimos* Vlyssem, *&* Homerū, *q; is quidem dolos contra se machinatus est, ille uero de suis laudibus nullum facere uerbū dignatus est.* Et *quoniā sapiētia, quā tunc habuit nihil sibi attulit adiumenti, neq;* Homerum *laudatorem sortitus est, à quo multi longe deteriores nomen, & gloriā ingentem sunt consecuti, & ab* Vlysse, **Palamedes.**

cui nihil attulerat iniuriæ ſuperatus eſt, calũniatur philoſophiã, et ſuã hãc perturbationẽ mœſtus cõqueritur. Eſt aũt is Palamedes qui literas ſcribit, cum tamẽ nunq̃ literas didicerit. Dum illi talia inter ſe loquerentur, nuncius ad Iarcham uenit, inquiens: Rex poſtridie luce prima huc ueniet, q, pro maximis ſuis rebus uos alloqui neceſſario cogitur. Cui Iarchas, accedat ſane, melior enim abibit, ſi agnouerit uirum Græcum. His dictis inſtitutũ antea ſermonẽ proſequẽs, his uerbis interrogauit Apolloniũ. Tu inquiẽs de priore corpore quidnam dicis? nũ & tu, quis antea fueris meminiſti? Ille uero quoniam ignobile illud fuit, pauca de ipſo recordor inquit. Ad quem Iarchas an adeo ignobile cenſes Aegyptiæ nauis gubernatorem fuiſſe, talem enim te quondã extitiſſe cõpertum habeo. Vera inquit Apollonius Iarcha narras, iſte enim ipſe re uera fui: puto autem id non ſolum ignobile eſſe, uerumetiã contemnendum atq; deſpiciendum. Nam cũ re uera tãtæ ſit dignitatis, quãtæ aut ciuitatis princeps, aut exercitus ductor, attamẽ ab hominibus maritimis conuitijs, maledictisq; laceratur: propterea facinus generoſiſsimũ omniũ quæ in ea facultate geſsi, nullus unq̃ laudare dignatus eſt. Quid eſt ergo inquit Iarchas, q, te generoſe feciſſe dicis, an q, Maleam Suniónue ſis præteruectus, nimis celeriter delatam nauim cohibens, uel quòd optime uentos prænoſſes à puppi, ſiue à prora ſurgentes, ſeu quòd nauim ducere, aut ſubducere ſcires optime, uel quòd ſcaphã ex curuis Euboiæ inter multa promontoria traxeris. Tunc Apollonius, quoniam me in ſermonem inquit de gubernatoria ar-

ria ar-

xia arte compellis; audi quid mihi tunc recte fecisse ui- deor. Phœnices piratæ uniuersum quandoq; mare occu pauerant, & ciuitates clanculũ obibant, inuestigantes quid quisq;, quóue tempore in naues deferret, cum igi- tur animaduertissent nauim meam pluribus ac preciosis simis mercibus onustam esse, piratarum+hospites seor- sum uocatum interrogarunt, quantum nauli pro merci bus, quas in naui habebam accepturus essem, quibus ego mille nummos respondi me accepturum, quod quatuor essemus gubernatores eius lucri participes. Tunc est ne tibi domus uspiam interrogarunt, ego uero tugurium, inquam potius quàm domum in Pharo insula poßideo, quam insulam Proteus quondam incoluit. Illi itaq; rur sus interrogarunt, an uellem pro mari terram, & pro tugurio domum poßidere, naulumq; decuplo maius eo, quod accepturus essem recipere, & innumeris malis, quæ occulta gubernatoribus imminent liberari, cumq; ego uelle me respondissem, nec tamen+piratam fieri uel le, quod multum iam arte gubernatoria profecissem, +magnamq; in ea laudem essem consecutus. Illi sermo- nem ulterius protrahentes, decem milium drachmarum sacculos mihi se daturos polliciti sunt, si eis in eo quod poposcissent fuissem obsecutus. Tunc ego omnia me præ staturum respondi, quæ alius quispiam præstaret, nec quicquam esse prætermissurum. Tunc illi piratarum cu ratores se esse profeßi sunt, petere autem à me, ne ca- piendæ nauis facultatem illis adimerem, néue in urbem regrederer ubi ex eo loco nauigare cœpissem, sed iu- xta promontorium nauem agerem, piraticas enim na-

+προξενοι.

+ἀρπαγῶν.

+καὶ στεφάνων ἠξίωμαι ἐπὶ τῆς τέχνης.

ues post promontoriũ in sinu quodã expectaturas esse. Iuramẽtoq́; se obstringere uolebãt, nõ eẽ me interfectu ros, & quoscũq; etiã uoluissem seruaturos incolumes. Ego uero illis aduersari nequaq̃ tutũ arbitratus sum, ti mẽs ne me abreptũ ad naues in mare demergerẽt. Vbi igitur quæcunq; uoluerãt sum pollicitus, oportere eos dixi iuramẽto firmare, nec me interfecturos esse, et quæ polliciti essent effecturos: quod postq̃ illi sine mora iura runt, in tẽplo talia colloquebantur: abite inq̃, ad uestras naues, nos enim noctu soluemus. Atq; ut maiorẽ fidem uerba nostra facerẽt, de pecunijs mẽtionẽ intuli, rogãs ut mihi probos & non adulterinos nũmos darent, non tamen antea q̃ nauẽ cœpissent. & illi quidẽ abierũt, ego aũt in altũ pelagus nauẽ deducens promontorium supe raui. Hæccine igitur, inquit Iarchas, iustitiæ opera esse censes Apolloni? Censeo inquit Apollonius, & non solũ iustitiæ, uerumetiã humanitatis: non perdere enim ho minũ uitã, & mercatorũ facultates non dispergere, pe cuniarumq́; cupiditatẽ uincere, præsertim cũ essem nau ta, multas mihi uirtutes cõplecti uidetur. Ad hæc subri dens Indus, uideris, inquit, existimare iustitiæ quandã speciẽ esse iniuriam non referre, quod & oẽs Græcos existimare uideo: ut enim ex Aegyptio quodã, qui huc accessit audiui. Veniunt ad uos Romani magistratus, nudam, erectamq́; securim super uos ferentes: & si nõ dum nouerint bonis ne, aut malis uobis imperent, uos autem nisi causarum iudicia† peruerterint, iustos illos esse prædicatis. Perinde, ac† seruorũ caupones ibidẽ fa cere accepi, qui ex Caria seruos captiuos adducentes, cum

† πωλεῖεν.
† ἀνδραποδωνκαπήλους

eum eorum mores uobis enarrant, inter primas laudes enumerare solent, + non esse eos fugaces. Magistratus igitur, quibus subestis, tali genere laudis exornatos esse, quo etiam serui laudantur admirandos iudicio uestro dimittitis. Verũ qui apud uos sapientißimi habentur poetæ, ne si uelletis quidem iustos, bonosq́; uos esse permittunt. Minoi namq;, qui cunctos homines crudelitate superauit, quiq́; nauibus urbes plurimas, partim in insulis, partim secus mare positas in seruitutem redegit, iustitiæ palmam tribuentes apud inferos iura animabus eum reddere perhibent. Tantalum uero, qui benignus fuit, ac perhumanus, quiq́; concessa sibi à dijs immortalitate amicos impartiuit, cibo potuq́; prohibent. Sunt & qui casurum lapidem supra caput eius appendentes insigni iniuria bonũ ac diuinum uirum afficiãt. Quem mallem nectaris lacu dicerẽt circunfusum, quandoquidem perhumane, ac omni inuidia semota hoĩbus illud propinauit. His dictis, statuam ad sinistrã ostendit Tantali subscriptione notatam. Erat uero statua cubitorum quatuor, ætatem denotãs annorum quinquaginta, & Argolico more ornata, chlamide uero demissa sicut Thessali. Est autem statua similis propinanti phialam, quæ plena sitienti cuipiam abunde potum sufficeret, in quã humor distillat incorruptibilis potiõis, quæ phialã mensura nunq̃ excedit. Quid aũt hoc significet, & quinam sint, qui ex hoc poculo bibãt, paulopost adaperiã. Existimare enim opus est Tantalũ dicendi facultate nõ caruisse, cumq́; ipsam hoĩbus cõmunicaret, increpitum à poetis fuisse, ꝙ nectar hominibus bibendum dedisset.

+τὸ μὴ κλίπτειν.

Poetæ in Tãtalũ iniurij.

Quorum est Alcman Alcæus Archilochus, Pindarus. aut Pinda. interpres.

Verum

Verum ob hoc à dijs increpitus non est, neq; calumniã ab eisdem passus. Si enim dijs inimicus habitus esset, nunquam ab Indis, qui deorum amicißimi sunt, quiq; nihil absque diuino numine faciunt, uir bonus habitus esset. Hæc inter se loquentes, tumultus ex uico sublatus illos turbauit. Aduenerat autem rex Medorum more ornatus, & elatiõe tumoreq; plenus. Perturbatus igitur Iarchas. Si Phraotes, inquit, huc uenisset tacita omnia, sicut in mysterijs cerneres: quibus uerbis intellexit Apollonius, hunc regem non parua quadam particula, sed tota philosophia à Phraote superari. Et cum sapientes omnes mœstos animaduerteret, ac nihil eorum præparantes, quæ regi fere opus putaret, (Illo circa meridiẽ adueniente) interrogauit ubi nam rex mansurus esset? Illi autem in hoc ipso loco responderunt, de his enim quorum causa ad nos uenit noctu disputabimus. Id enim tempus ad capienda consilia est accommodatius. Tunc rursus Apollonius, qualis inquit, aduenienti mensa parabitur? pinguis per Iouem, inquit, Iarchas, & omnia continens, quæ apud nos sunt. Pinguiter igitur uiuitis, ait Apollonius? Imò uero tenuiter inquit Iarchas, & quanquam multis nobis uesci liceat, paucis tamen contenti sumus, regi autem pluribus est opus, sic enim expetit. Nullus autem uescitur animalibus, neque enim talia hoc loco fas est comedere. Olera uero, & herbarum radices, & fruges, quascunq; India fert: Fructus insuper quicunq; conditi seruantur sibi dabuntur, sed eccũ. Veniebat autem cum fratre, simulq; ac filio gemmis auroq; fulgens; uenientiq; assurgere uolentem Apollonium Iarchas

chas in sede continuit, ex more patrio non licere id fieri dicens. His autem se nequaquã interfuisse scribit Damis, quod ea die in propinquo uico permanserit. Verũ audita ex Apollonio literis se mandasse refert. Sedentibus igitur illis rex accedens supplicabundus ad sapientes tendebat manus, illi uero capite annuentes ea quæ peteret se facturos promiserunt. Regis uero fratrem, & adolescentem filium, in forma præstantem, non aliter quam seruorum quempiam, qui eos sequebãtur aspexere. Post hæc exurgens Indus, regẽ ut secum comederet inuitauit, cui postquam assensus est rex, idq; libenter se facturum esse pollicitus est, +tripodes Pythici quatuor sponte sua in medium processere, sicut etiam ab Homero narratur. Pincernæ uero sub ipsis ex ære nigro fabricati stabãt, quales apud Græcos Ganimedes, & Pelopes habentur. Terra aũt herbis substrata erat, lõge etiam mollioribus, quam nostri sint lecti. Fructus autem, & panes & olera cõgruo tempore accedebãt, suauius multo præparata: quàm si eadem coqui cõdiuissent. Tripodum autem duo quidem, uinum fundebant, reliquorum uero, alter aquæ calidæ fontem, alter uero frigidæ ministrabat. Qui ab Indis deferuntur lapides, apud Græcos quidem ob paruitatẽ, monilibus aut anulis inseruntur, apud Indos autem pocula, & refrigeratoria uasa ex illis fiunt. Crateres etiam capacitatis tantæ, ut uiris quatuor æstate sitientibus potum abunde suppeditẽt. Aenei autem pincernæ mensurate uinum, & aquam miscent, & cyathos proferunt, sicut in potationibus fieri consueuit. Discubuerunt autem uelut in

+Qui tripodẽ mensam cõmunem tribus pedibus stantẽ interpretant erra re liquido cõstat, cũ Græci ꝓprie tripoda ahenũ quo aquã calefaciant uocẽt aliqñ etiã craterẽ sed patulũ & capacẽ. Sũt aũt tripodes pythici qbus in oraculis pythiæ Apolli nis sacerdotes utebant.

cœnæ

cœnaculo,nullum tamen regi præcipuum locum aßignā tes,quod apud Græcos Romanosq́; maximi existimatur,sed ut cuiq; in mentē uenit accubuere. Diutius aūt iam peracto conuiuio,conuersus ad regē Iarchas. Ego tibi in conuiuio isto propino uirum Græcū, manū denotans Apolloniū,qui penes regem accubabat, fidemq́; facio hunc esse uirum generosum,ac diuinum. Ad eā rex, audiui inquit,hunc,atq; eius comites, qui in proximo uico morantur ad Phraotem uenisse. Recte inquit Iarchas beneq́; audisti,ipse enim hic etiam illū hospitatur. Tunc rex,cur illi tātopere affectus est Phraotes? Tūc Iarchas quid aliud censes inquit, q̄ eius rei causam qua ipse præcipue gaudet. Nihil ergo,inquit rex,aliud suis studijs hic hospes effecit,quā ut illum generosum strenuumq́; esse non sineret. Ad hæc Iarchas modestius inquit,ò rex de philosophia,deq́; Phraote sentiendū est, quoad enim adolescētior fuisti talia dicere, sentireq́; adolescentia permittebat,sed cum ad uirilem iam perueneris ætatatē,tam insanis ignominosisq́; uerbis parcendum est. Apollonius autem Iarcha interprete talia intelligens,quid inquit, tibi attulit nunq̄ esse philosophatum? Mihi quidem,inquit rex, uirtutes omnes,maxime uero ut cū sole nunq̄ idē sim. Apollonius uero ob tam insanam superbiā os manu cōprimens. Si philosophiæ inquit operā dedisses nunq̄ talia diceres,aut sentires. Tum rex,tu uero optime uir, quoniam philosopharis,quid de te ipso existimas inquit? Cui Apollonius uir bonus esse mihi non uiderer,nisi philosophiæ recte operam darem. Rex igitur manus ad sydera tendens,

per

per solem inquit Phraote plenus huc aduenisti. Apollonius autem ab interprete quid nam dixisset rex percontatus, non frustra inquit, sum peregrinatus, si quidem Phraote plenus euasi. Sed si illum tu nūc offenderes, me ipso plenum eundē diceres. Quin & de me scribere ad te aliquid uoluit, sed quoniam te uirū bonū esse dicebat onus epistolæ respui, quoniam neq; ad ipsum de me scripserat quisquam. Et prima quidem regis† debacchatio †παρῳνία. *hactenus processit, cum enim audisset illū à Phraote laudari suspitionis oblitus, & uocis tono demisso, Salue inquit, hospes optime. Cui Apollonius, & tu inquit, rex salue, nunc enim uideris aduenire. Tum rex, quis te inquit huc deduxit? Dei inquit Apollonius, & sapientes isti uiri. De me uero, inquit rex, quisnam apud Græcos est sermo? Idē inquit Apollonius, qui apud uos de Græcis habetur. Nulla igitur inquit rex apud Græcos mentiōe sum dignus. At ego inquit Apollonius de te nuntiū ferā, ut in Olympijs te coronent. Inde ad Iarchā cōuersus, hunc inquit ebriū furere sinamus. Tu uero dicas uelim, cur eius comites fratrē, ac filiū (ut dicitis) nec eadē accepistis mensa, nec aliquo penitus affecistis honore? Quoniam inquit Iarchas regnaturos eos quandoq; putamus, oportet autem ita negligendo monere, ne nimis superbiant. Videns rursus Apollonius sapientes decē, & octo tantum numero esse, interrogauit quid is sibi* Numeri qui in honore habentur. *uellet numerus: neq; enim numerum hunc† quadratū esse, nec ex his qui magno honore habentur, sicut decem, duodecim, sexdecī & alij huiusmodi. Ad hæc respōdēs* †τῶν τετραγώνων. *Indus, neq; nos inquit numeris seruimus, nec nobis numeri,*

meri, sed sapientia, ac uirtute numerum augemus. Et aliquando plures, quàm nunc, quandoq; etiam pauciores sumus. Accepi namq; auum meum, septem supra octoginta sapientes hoc loco congregasse, cũ esset ipse omnibus iunior, unde cum annos centum & triginta uixisset, solus hoc ipso in loco remansit, quod de comitibus nullus superesset, nec in tota India esset quispiam, qui philosophiam, & uiuendi generosum morem natura appeteret. Cumq; Aegyptiorum quidam felicissimum esse scriberẽt, quod solus huic throno præfuisset annos quatuor, nolite inquit Indis uirorum paucitatem improperare. Nos uero Apolloni, qui Aegyptiorum in sacerdo-
†ἑλλανοδίκας tibus eligendis consuetudinem audiuimus, & † Græcorum etiam iudicum, quos decem ludis olympicis præficitis, nequaquàm laudamus, nec legem, quæ in eligendis illis uiris seruatur. Sorti namq; electionem committunt, quæ prudentiæ nihil habet, ita ut possit et idm pessimus quispiam sorte eligi. Quod si ex optimatibus, aut per suffragia talium uirorum fiat electio, similis quoq; incidere error potest, denarius enim numerus quẽ prætergredi, aut non implere non licet, si plures fuerint uiri boni talis honoris participes fieri non sinit, rursus quoq; si iusti decem non fuerint, nullus talem sortietur honorem. Rectius igitur in hoc faciũt solis sacerdotes, numero quidem aliquando diuersi, & nunc plures, nũc pauciores extantes, iustitia uero semper ijdem. Dum isti talia inter se colloquerentur, rex eos interpellare, uel sermonem potius omnino dirimere cupiẽs, aliquod semper temerarium, insanumq; dictum interserebat. Tunc

itaq;

itaq; quidnam serio inter se loquerentur interrogauit. Cui Apollonius de maximis inquit, rebus disputamus, quæq; apud Græcos *præcipuæ existimantur, tu autem parua forsan hæc putares, aiunt enim te* Græcorum *facta calumniari. Et uere inquit ille, calumnior, audire tamen uolo, puto enim uos de seruis* Xerxis *Atheniensibus loqui. Tunc* Apollonius *nos uero de alijs inquit, loquebamur, sed quoniam importune, falsoq;* Atheniensium *meministi, dic quæso an ulli serui tibi sint domi? Viginti inquit milia seruorum habeo, quorum nullum emi, sed domi geniti, natiq; sunt omnes. Rursus igitur* Iarcha *interprete quæsiuit* Apollonius, *utrum ille seruos suos fugiat, an ipsum serui. Tunc rex* Apollonium *cõuiciatus, hæc inqt, seruilis admodũ est interrogatio, tamen ad eam quoq; respondebo, dicamq; fugam ad seruos, & præsertim prauos magis pertinere, ad dominũ uero minime, cum possit & uincere seruos, & uerberibus cruciatibusq; torquere. Satis igitur ò rex* Atheniensium *seruum fuisse* Xerxem *ostendis, imò etiam prauum seruũ, qui ab illis aufugit: nauali namq; prælio circa maris angustias ab eisdem superatus, timens nauibus quæ in* Hellesponto *erant, cum una tantum naui aufugit. Veruntamen suis manibus, inquit rex,* Athenas *incẽdit. Vera narras inquit* Apollonius, *sed istius audaciæ pœnas dedit, quantas alius nemo: quos enim ad internitionem deleuisse opinabatur, eosdem fugiens è* Græcia *decessit. Ego uero* Xerxem *animaduertens, & mentẽ qua motus exercitũ in* Græciam *duxit indignum fuisse uideo qui à nonnullis* Iupiter *esse putaretur. Eius au-*

Xerxes Athenas incendit.

tem fugam considerans, omnium hominum infortunatissimum illum iudico, nam si Græcorum manibus occubuisset, quis unquam laudationem præclariorem esset sortitus? aut cui sepulchrum nobilius unquam erexerunt Græci, quàm illi statuissent? quæ ue apud illud amorũ, quæ musicæ certamina non instituissent? Si enim Melicertæ, Palemones, & Pelops aduena Lydius, illi quidẽ in infantia defuncti, iste uero Arcadia, & Argolide, & omni quæ intra Isthmum est regione subacta deorũ honoribus à Græcis ornati sunt, quid erga Xerxem facere omisissent uiri natura uirtutum amatores, quiq; illius laudes ad seipsos, qui eum uicerant redundare putarent? Hæc dicente Apollonio rex ipse in lachrymas prorupit, et amicissime inquit, quales uiros esse Græcos mihi demonstras. Vnde igitur inquit Apollonius, tantopere illis infensus eras? Calumniãtur inquit rex Græcorum genus ex Aegypto uenientes ad nos nõ nulli, qui seipsos optimos sacerdotes, & sapientes esse dictitant, præterea legum latores, ac sacrorum mysteriorum omnium, quibus Græci utuntur inuẽtores. Græcos uero† nihil recti sentire, et conuiciatores garrulos esse: infidos præterea atq; rebelles, tum uero fabularũ, monstruosarumq; rerum assertores, præterea paupertatis ostentatores, neq; id ob modestiã ullam, aut frugalitatem, sed ut furantes ueniam facinori mereantur. Nunc autem ex te audiens, & quo pacto benigni sunt, & honoris amatores, iam illis conciliatus paciscor, atque ultro concedo ut à me quicquid efficere possim audenter petant, meq; illis debitas laudes impertiturum

† οὐδὲν ὑγιὲς φάσκοντες.

rum polliceor, nec Aegyptijs amplius fidem adhibiturum. Ad hæc Iarchas. Ego inquit, ô rex sciebam quisnã Aegyptius aures tuas corrupisset, ita ut de Græcis boni quicquam narrare liceat, dum illo uteris consiliario. Sed quoniã ad meliorem sententiam ab homine+Græco +σοφῶ. redactus es, nũc Tantali+poculũ bibendũ nobis est, in- +φιλοτησίας de somno indulgebimus, ut poßimus quæ noctu peragẽda sunt perficere. Græcarũ uero rerum cognitiõe ego, quandocunq; adueneris explebo. Hæc dicẽs Iarchas potandi principium fecit, ex phiala bibens quæ largiter cunctos satiauit iugiter humorem fundens, non secus, ac si ex fonte scaturiret. Bibit autẽ et Apollonius. Amicitiæ nanq; firmandæ causa huiusmodi cõpotatio apud Indos est adinuenta, faciunt itaq; eius ministrum, pincernamq; Tantalum qui amicißimus, mansuetißimusq; erga homines habitus est. Potos autem terra excipit in lectis quos ipsamet substrauerat. Media autem nocte primo cum surrexissent sapientes, radiũ solis in sublime eleuati, sicut meridie fecerãt laudauere, postea regi de omnibus quæ petebat responderunt. Interfuisse autem sermonibus Apolloniũ, quos cũ sapientibus rex habuit negat Damis: putare aũt ipsum arcana quædam de his quæ ad regni gubernationem pertinerẽt cõmunicasse. Exorto aũt die sacrisq; peractis, rex ad Apolloniũ uenit, et hospitio sibi illũ iungere cupiens, ut in regiã secũ pergeret hortabatur. Apollonius aũt regis hũanitate collaudata, ad regiã se profecturũ negauit, quod nollet hoĩ multũ dißimili sibi congredi. Aiebat quoq; cũ esset iã diutius peregrinatus, uereri ne quos domi reliquisset

 amicos

amicos offendere, néue se ab illo deludi arbitrarentur. Cumq; rex suppliciter hoc se petere uelle diceret iamq; illiberalius Apollonium inuaderet, rex inquit Apollonius, ubi humilius, quàm se deceat de his, quæ postulat loquitur, insidias clanculum machinatur. Sed superueniens Iarchas, iniuriam inquit, affers sacræ domui, uirũ inuitum illinc distrahens, præsertim qui iam prænoscẽs intelligit familiaritatem tuam illi nihil esse profuturã, forte etiam tibi ipsi nihil allaturam boni. Quibus auditis rex ad uicum regressus est, sapientum enim iura nõ sinebant regem supra diei spatium apud eos morari. Tunc Iarchas accersito nuntio inquit, duc ad nos Damidem arcanorum omnium participem futurum, & cæteris Apollonij comitibus quæcunq; necessaria sunt, ut suppeditentur diligenter cura. Eo abeunte sapientes ut consueuerunt Apollonio circunfusi, quæ uellet interrogandi licentiam præbuere. Ille autem dictis obtemperans quæsiuit, quibus ex rebus hunc mundum esse compositum opinarentur. Illi uero ex elementis responderunt. An igitur ex quatuor, inquit ille? minime uero ex quatuor inquit Iarchas, sed ex quinq;. Quodnam igitur est quintum inquit Apollonius? præter aquam enim aerem terram, atq; ignem, quódnam quintum sit nescio. Aether est inquit Iarchas, quem deorum generationem esse oportet putare. Quæ enim ex aëre trahuntur mortalia sunt, quæ uero ex æthere immortalia, atq; diuina. Rursus interrogante Apollonio, quod nam elementorum prius factum esset? omnia simul facta respondit Iarchas: Animal enim per partes non paritur. Animal

Elementa quinque.

mal igitur inquit,putare debeo esse mundum? Certe inquit Iarchas,si recte sapis,ipse enim animantia cuncta producit. Fœminam igitur an marẽ ipsum uocabimus? Vtrunq; inquit Iarchas: Ipse enim sibi cõmixtus patris matrisq; uicem in animalium generatione supplet. amoremq; sui ipsius continet, maiorem quàm alius ullus ad alium habeat,qui ipsum componit & constare facit,ita ut nihil indecens alienúmue coalescere secum poßit. Et sicut manuum pedumq; operibus perficitur animalium motus, mẽsq; illi inest,à qua principium sumit actionũ suarum,simili modo putamus,& mũdi partes,propter mentem quæ illi inest inuicẽ cõuenire omnibus,quæ producunt,producuntúrue: morbi enim qui ex siccitatibus proueniunt,secundũ eius mentem proficiscuntur,quãdo quidem homines à iure discedentes debitis honoribus ipsam nõ colunt. Regitur aũt huiusmodi animal nõ una manu, sed multis,atq; inenarrabilibus utitur,& infrenabile propter magnitudinem existens, habenis tamen regitur, & moderate deducitur. Quo autem exemplo sufficienter hoc poßim ostendere nescio, cum sit longe omnium maximum, & nostram exuperet cogitationẽ. +Supponatur autem nauis ab Aegyptijs ædificata,quã in nostrum mare deduxerunt Indicæ nauigationi Aegyptiam opponentes. Cum enim uetustum intercederet pactum de rubro mari,quod rex qui illi mari dominabatur cõtraxerat,ne quis Aegyptius longa naui mare rubrum ingrederetur,oneraria autem naui in eodem mari,una tantum uti posset,nauigiũ facere cogitarunt Aegyptij, quod multarum nauium uicem suppleret, idq; +ὑποκείσθω.

omnibus mensuris quæ tantæ machinæ conueniebant, aptarunt. Latera tabulatis intexentes, uelisq; in altum maxime tendentibus illud ornantes, domunculasq; in eo complures tabulis circunseptas instituerunt. Erant autem complures nauis eius gubernatores, sub uno tamen, qui cæteros ætate, & nauigandi peritia, præcedebat ordinati. Multi autem optimi dexterrimiq; nautæ proræ præficiebantur. Plurimi etiam erant, qui malum optime conscendere & uela, utcunq; opus esset aptare nouerant. Erat insuper ea nauis armis quibusdam egregiè munita: nam contra Barbaros, qui dexteram sinus eius partem incolunt, præparare nauim opus erat, ne quando inuadentes illam diriperent. Tale quid, & de hoc uniuerso mundo existimandum est, nauigij cuiusdã instar ipsum considerando: & prima quidem, ac perfectißima sedes deo tribuenda huius animalis genitori, secunda uero dijs, qui eius partem gubernant. Quo loco poëtas etiam debemus admittere, qui deos cõplures in cœlo dicunt esse, multos etiam in mari, in fluminibusq; ac fontibus, in terra præterea, ac sub terra. Hunc uero sub terra locum, si tamen est ullus, quoniam horrendum quendam †corruptiuumq; esse decantant, à reliquo mũdo secernamus. Dum talia loqueretur Iarchas, penè à mente propter stuporẽ se excidisse, atq; altius propter admirationẽ se exclamasse scribit Damis, quod nunquã putasset uirum Indum tam multum literis Græcis proficere potuisse, minus uero, & si optime linguam nosset, tam decore facundeq; cogitata proferre. Summis etiam laudibus extollit illius aspectum, risusq; urbanitatem et

φθαρτικόν.

quod

quod opiniones eiusmodi non dubitanter uidebatur af-ferre. Quinetiam Apolloniũ +ipsum composita expoli taq; oratione uti solitum, aliquid tamen ab Indo adiu-menti sumpsisse refert, ut quotiensc unq; sedens loquere tur (id autẽ frequẽter eueniebat) in plerisq; similimus Iarchæ uidebatur. Cum omnes ea quæ dicta fuerãt sum mis laudibus extollerent, rursum Apollonius interroga uit, utrum maioris molis esse putarent mare ne, an ter-ram? Tunc Iarchas si ad mediterraneum tantum mare terra comparabitur, haud obscurum est terram maiorẽ esse, ipsa enim est quæ mare cõtinet: Sin de uniuersa hu mida substantia ratio habeatur, ipsam terram minorem profecto ostẽdemus, aqua enim terram sustinet. Interea nuntius ad sapientes accessit +Indos aliquot deducens; salutatis sapientibus mulierculã statuit pro filij salutẽ precãtem. Dicebat autem illũ annos natum sexdecim, duos iam annos à dæmone detineri, esseq; dæmonis mo ris, ut ironia, mendacijsq; plurimis uteretur. Interrogã ti autem è sapientibus uni, unde sibi tale contigisset in-fortuniũ, ita respõdit mulier. Cum is puer cæteris æqua libus formositate præstaret, dæmon quidam ipsius amore captus est, adeo ut nec illum mente sineret uti, neq; ad præceptores pergere, aut sagittariam artem, aliúmue ludum quempiam exercere: quinetiã nec domi esse permittebat, in campestres solitudines illum tra-hens, propriæ quoq; uocis usu ablato, uocem grauem, qualem adulti iam ætate homines habent, illi tribuit. Respicit quoq; inquit alienis potius, quã suis oculis: ego igitur, ait mulier, his de causis me miseram cruciãs, &

+ἰυχειμόνως καὶ ἀφορητί.

+Ἰνδοὺς ἄγων σωτηρίας δεομένους, καὶ παρῆγε γύναιον ἱκετεῦον ὑπὲρ παιδός. Sic uertẽdũ erat: Indos adducens sanitatem petentes, inter quos adduxit mulierculam quandã pro salute filij precantẽ.

pectora lacerās, ut par est ipsum monere, et quæ in rē suam essent suadere conabar, ipse uero nec uerbis parebat, nec meū sustinebat aspectū. Cūq; me huc ad uos uēturā esse dixissem, idq; iam anno elapso facere statuissem, dæmon quisnam esset manifeste confessus, dixit se puero tanq̄ histrione uti. Aiebat autē se idôlū esse hominis iamdudum in bello interfecti, qui uxorē suam uehementer amabat. Sed quoniam uxor cōiugij iure uiolato, triduo post eius mortē alteri nupsisset, summū erga mulieres odium cōcepisse, amoremq; omnem ad hūc puerū transtulisse: pollicitus insuper est, si se apud uos non accusarē, multa bona filio meo daturum, quibus uerbis persuasa aduentū hactenus distuli. Ipse uero iā diu me frustratus domum meam solus habet, nihil ueri, aut honesti loquens, nec sentiens. Tunc unus è sapientibus, an prope esset puer interrogauit, quod cum mulier negasset perducere illum laborantem dæmon in præcipitia baratraq; daturum, et filium interfecturū esse minatus est, si se huc iudicandum adducerem. Tunc sapiēs, confide inquit, non enim ipsum interficiet si hæc legerit: & simul epistolam è sinu detractam mulieri dedit. Scribebatur enim epistola ad idôlum ipsum, minas terroremq; illi nuntians, nisi inuiolatum adolescentem dimitteret. Alius præterea claudus eodem uenit, annos fere natus triginta. Erat autē leonū uenator accerrimus, cumq; ingens leo sibi uenanti occurrisset, quæ in natibus est iuncturā dissoluit, atq; ita crus femurq; in alteram partem distorsit. Verū illi manibus perfricātes de torquētesq; ita direxerunt, ut adolescēs recte gradiēs

ὑποκριτᾷ. (margin)

ἀγκιῶνον. (margin)

inde

inde discederet. Alius uero oculorum altero captus utroque uidendi potentia recepta abijt. Alius item manu altera + mancus libero ipsius usu restituto discessit. Mulier autem quæ septies abortiuum fœtum summa cum difficultate periculoq; enixa fuerat, hoc modo sanata est: iusserunt enim sapientes mulieris eius uirum, cum pariendi tempus adesset uiuum leporem in sinu occultatum eo deferre, ubi paritura mulier esset, inde cum sæpius circa mulierem deambulasset, repente leporem é sinu dimittere, fore enim dicebant, ut simul embrion uulua dimitteret, nisi lepus repēte extra fores aufugisset. Patri uero quærenti filios quidē sibi nasci, sed cum primum bibere uinum cœpissent omnes mori, sic respōdit Iarchas: melius cum illis agi quòd moriantur: si enim superstites essent, omnes esse euasuros insanos, quòd ex semine (ut apparet) minus calido procreati essent. Vino igitur abstinendum est filijs uestris, ita ut ne cupiditate quidem ipsius moueantur. Si qui igitur posthac filij nascentur, quanquam unus septimo ab hoc die ut uideo natus est obseruare oportet, ubi noctua nidum faciat, & illius oua mediocriter elixata infanti comedenda præbere. si enim illa comederit uinum oderit, & modestius deget quia temperatior fiet naturalis calor. Hæc Damis Apolloniusq; uidentes ob eximiam circa res omnes illorum sapientiam obstupebant, multaq; quotidie illos interrogabant, cum sapientes ipsi ab eisdem quoq; plurima sciscitarentur, atque eo pacto mutua disputandi uoluptate fruebantur. Verum arcanas libationes, per quas astrologicam facultatem, & diuinandi peritiam

+ ἀδρανής.

Noctuę ouū comestū abstemios facit.

ritiam inquirebant: sacrorum præterea rationẽ, & inuocationũ quas deis gratißimas esse nouerant Iarcham cum solo Apollonio communicasse refert Damis: ita ut inde digressus Apollonius de astrologica diuinatione libros quatuor scripserit, quorũ Mœragenes meminit. Scripsit etiam de sacrificijs libros, quo pacto singulis dijs sacrificandum sit, quæue sacra talibus dijs sint acceptißima. Sed ego astrorum scientiam, atque adeo diuinandi artem omnem humanæ naturæ metas excedere puto, & utrum quispiam uere ipsam nouerit nescio. De sacrificijs autem faciendis multa scripta in plerisque templis inueni, nec non publice in ciuitatibus aliquot, & in sapientum uirorum priuatis domibus inueni. Verum quis ea posset certe interpretari, quæ summa cum industria facundiáque à sapiente uiro scripta sunt. Scribit præterea Damis Iarcham septem anulos Apollonio dedisse, stellarum septem nominibus cognominatos: quorum singulos diebus singulis gestabat Apollonius, iuxta dierum nomina illos distinguens. Cum autem de rerum præcognitione frequens inter eos sermo haberetur, & Apollonius tali sapientiæ præcipue studeret, & disputationum pleraq; ad ipsam retorqueret, laudans eum Iarchas dixit: Qui diuinandi peritia gaudent optime Apolloni, diuini quidem ob ipsam euadunt, et ad utilitatem hominum plurimum conferunt. Qui enim ea, quæ opus est alios à dijs exquirere, hæc cæteris ignorantibus prædicare poßit, hunc ego felicißimum et beatum puto: cum tantundem quantum Apollo Delphicus in hac re poßit efficere.

Sed

Sed quoniam ars iubet eos, qui ad oracula petenda proficiscuntur puros immundosq; accedere (alioquin de tẽplo eijci præcipit) uidetur mihi multo magis uirũ, qui præscire futura uoluerit caste sanctéq; dispositum esse oportere, ita ut nullius sordis macula animã eius inquinet, nullasq; delictorum cicatrices menti impressas gerat, ut pure de se ipso primum, & de eo quem in pectore gestat tripode uaticinari poßit. Sic enim efficaciora uerioráq; dabit responsa. Quapropter mirari nemo debet, si hanc scientiam tu cõsecutus es, cum tantum ætheris in anima geras. Post hæc Damidi quoq; gratificari uolens, num tu etiam inquit, aliqua prænoscis Aßyrie, præsertim cum tali uiro tam frequenter uersatus? per Iouem, inquit Damis, quæ mihi necessaria sunt prænosco, nam cum primo Apollonio huic occurri, quia sapiẽtia plenus uisus est, eloquentiam insuper, ac temperantiam, tolerantiamq; decentem, et memoriam multam in eo conspexi: Et q̃q̃ multis scientijs refertum, discẽdi tamen cupiditate flagrantem diuinũ nescio quid mihi obtigisse putaui, itaq; illum secutus ex ignorante sapiens, ex Barbaro eruditus euasisse mihi uideor: Ac deinceps in eius societate perseuerans Indos primo ac tandẽ uos ipsos uidi, et Græcis commixtus, ipse penè effectus sum Græcus. Et quoniam scientia uestra de rebus maximis considerat, quasi Delphicum, aut Dodonæum, aut aliud quodcunque uultis oraculum illam putate: meam uero (quoniã quæ mihi tãtum utilia sunt prænosco) tanquã præstigiatricis cuiusdam aniculæ prudentiam extimate, quoniam & ipsa de + ciuibus suis, & alijs huiusmodi ua- + προβατίω

di ua-

id est, pecudibꝰ, fortassis interp̄s scripserat ouibꝰ

+ ἀσκληπιάδας.

Apollotribꝰ artibus p̄fectus credit, uaticinij, medicinę, & musicae.

di uaticinari aliquid potest. Ad hæc uerba ingens à sapientibus risus subleuatus est, quo sedato Iarchas de diuinatioue sermonem prosecutus multa bona erga homines illam efficere dixit. Inter quæ præcipuum est medicinæ donum. Non enim inquit hi + qui sapiētes in hac arte habiti sunt Aesculapij filij, tam multū profecißent, nisi Apollinis filius Aesculapius, iuxta patris uaticinia morbis proficua remedia cōposuisset. quæ ille deinceps filios docens, atq; illi nepotibus posterisq; tradentes, amicis tandem familiaribusq; eadem demonstrarunt. Hinc itaque medicinæ orta est disciplina: inuentumq; quales herbas humidis ulceribus, qualesq; siccis salsisq; oporteat adhibere. Potiones insuper medicamentorum miscere, quibus hydropici sanentur, + sanguinis fluxus sistatur: quo pacto apostemata curentur, & illati uulneris dolor sedetur. Quinetiam uenenis ipsis ad multas egritudines salubriter uti didicere: quam peritiam quis diuinationi auferre audeat, nescio. Neque enim rationi consentaneum uidetur, inde præcognitione quadam ausos unquam aliquos fuisse, tam perniciosa uenena proficuis medicamentis admiscere. Et quoniam sermo illic, non ioco, sed serio habitus de fabulosis ferarū, hominumq;, & fontium monstris, quæ sunt apud Indos inscribitur, hunc quoque mihi posthabendum non pataui. Est enim lucrum aliquod neque omnibus auditis fidem adhibere, nec omnia rursus tanquam impoßibilia aspernari. Interrogauit itaq; Apollonius, an apud ipsos inueniretur animal Manticora nuncupatum? Tunc Iarchas: Num inquit animalis huius quam dicant esse naturam

+ φθόαι. Est aūt phthoe phthisis species, sed q̄ties ex ulcere seu perpetua uomica corpus tabescit.

Μαρτιχώρα Pliniꝰ & alij manticora.

ram audisti? Conueniens est enim & de ipsius figura ipsos aliquid dicere. Immo uero inquit Apollonius, quadrupedem hanc belluam esse ferunt, eiusq; caput humano capiti assimulari, magnitudine uero leonem æquare: habere autem in cauda setas cubitales spinarum instar, quas contra persequentes sagittarum modo iaculetur. Interrogauit præterea de aqua auri, quam ex fontibus quibusdam manare perhibetur. Et de lapide qui uim talem, qualem habet magnes habere dicitur, tum de hominibus, qui sub terra dicuntur habitare, similiter & de Pygmæis, et his qui pedum plantis sibi ipsis umbras cõtra solem parãt. Ad hæc omnia respondens Iarchas, de animalibus, inquit, aut plantis fontibúsue quos huc ueniẽs ipse uidisti tibi aliquid narrare superuacuum est. Tuum est enim alijs ea referre, feram uero sagittãtem, aut fontes aureis aquis manantes ego in his locis esse nunquam audiui. De lapillo autem qui cæteros lapides ad se trahit, causa non est quin credamus, poteris enim ipsum uidere lapidem, & quæ in eo sunt cuncta mirari. Prima autem summa eius magnitudo (pollicem demõstrans) huius digiti unguem adæquat inquit: Gignitur uero in concauis terræ, profunditate passuum quatuor. Tantum uero ipsi spiritus inest, ut intumescat, & plerunque scindatur terra ubi eiusmodi lapis concipitur. Inquirere autem ipsum nemini licet, aufugit enim nisi summa cum ratione trahatur. Soli autẽ nos partim dicentes, partim etiam aliqua facientes inuenire Pantarbam possumus. Id enim huic lapidi nomen est. Die igitur ita lucet sicut ignis. Noctu est enim & ipse igneus,

Aqua auri.

Lapis lapides ad se trahens.

Pantarba.

ac ra-

ac radiosus. Sin uero post diem aspiciatur, innumeris rutilationibus oculos ferit. Id autē quod in ipso lumen fulget, spiritus est potentiæ admirabilis, quicquid enim propè est ad ipsum congregatur. Quid autē dixi prope iacentes lapides ipsum congregare, cum liceat petras quotcunq; uelis alicubi mergere, aut in mari, aut in fluuio, et illas non prope ad inuicem, sed sparsim utcunque cōtigerit, postmodum uero hic lapis ad eas demissus, sui spiritus distributione omnes colligit, ita ut coaceruati lapides tanquam examen apum illi subiaceant. His dictis lapidem simul, & quid efficere posset ostendit. Pygmæos autem sub terra degentes, supra Gangem posita loca incolere, & sicut fama de ipsis prædicat uiuere, non uanum est. Sciopodes uero id est qui sibi umbram pedibus parant, & Macrocephalos, & eiuscemodi monstra, quotcunque Schylacis historiæ decantant, nec apud Indos nec alibi terrarum usquam uiuere censeo. Aurum uero quod grypes effodere dicūtur, petræ sunt aureis guttis minutissimis consperfæ, quas hæc fera rostro discindit. Sunt enim huiusmodi aues in India, et soli sacræ esse perhibentur: easdemque quadrigæ iungunt, qui solis imaginem apud Indos pingunt. Magnitudine autem, ac uiribus leonibus pares illos esse tradunt: & ob petrarum cupiditatem sibi inuicem insidiari. Elephantos quoque, ac dracones superare. Volant autem non multum, sed quantum paruulæ aues. Non enim plumatæ sunt, sed rubra pellicula alarum costæ, tanquam digiti connectuntur. Itaque in gyrum delatæ aliquantum uolare, & è sublimi pugnare possunt. Solam uero

Pygmæi. Sciopodes. Macrocephali. Grypes aurū effodiunt.

tigrim

tigrim insuperabilem illis esse dicunt, quoniam fugiendi celeritate, qua uentos æquare dicitur è conspectu aufugit: Auem quoque Phœnicem esse percredimus, quæ quingentesimo quoque anno in Aegyptum ueniēs hanc ipsam Indiam superuolat. Aiunt autem unicam tantum hanc auem esse, & ex se radios emittere, atque auri colore fulgere. Magnitudine uero formáque aquilæ in nido considere, quem prope Nili fontes ex aromatibus ipsamet sibi construxit. Hæc uero, quæ de ipsa decantant Aegyptij, quo pacto in Aegyptum deferatur ipsi etiam Indi testificantur, sermoni consentientes quo dicunt Phœnici in nido liquescenti + lugubres hymnos decantari oportere: Hoc & ipsum cygni facere perhibentur, ei qui sapientißimus inter ipsos obtemperātes. Tales Apollonij sermones cum sapientibus, talisq; conuersatio fuit mēses quatuor. Tanto enim tempore apud eos mansit, & sermones tam arcanos, q̄ coram alijs habitos omnes collegit. Postq̄ uero discedere statuit, ductorem camelosq; cum epistola ad Phraotē, ut remitteret suaserunt sapientes. Ipsi uero alio loco duce camelisq; alijs datis, ipsum dimisere: felices se, atq; illū propter talem cōgressum prædicātes, cumq; uenerati cum assererent nō post mortem solum, sed uiuentem et pro deo habitū iri in + domos suas discessere. frequēterq; se ad abeuntem cōuertentes, signisq; multis declarantes inuitos à se illū dimittere. Apollonius autē, dextra quidem Gangem, sinistra uero Hyphasim fluuios habēs, ad mare descēdit itinere dierū decē à sacro mōte cōfecto. Descendentibus autē strutiones multi occurrerūt, multi etiam

Phœnix auis.

+ προπεμπτηρίους.

Cygnus in morte canit

+ εἰς τὸ φροντιστήριον.

ti etiam boues, & asini agrestes, leones quoque ac Panthera. Tigres praeterea, & simiarum genus lōge diuersum ab his; quas apud piperis arbores inuenerant. Sunt enim hae nigrae uillosaeq;, & paruis hominibus similes. Colloquentes autem (ut mos est) de his, quae uiderāt ad mare rubrū peruenerunt: ubi merces quaedam, licet paruae paratae erant, et nauigia ad traijciendum idonea in anchoris stabāt, Tyrrhenis nauibus similia. Rubrum autem mare uehementer coeruleum esse tradunt. Denominant autem rubrum (ut ipsi perhibēt) à rege Erythria, id est, rubro, qui ex suo nomine mare denominauit. Eò igitur cū peruenisset Apollonius, camelos retro ad Iarcham cum huiusmodi epistola misit.

Simiarũ genus mirabile.

Rubrum mare.

APOLLONIVS IARCHAE,
alijsq; sapientibus gaudere.

CVM ego terrestri itinere ad uos uenissem, uos mare dedistis mihi, & sapientiam quae in uobis mecum communicantes effecistis, ut in coelū etiam possim ascendere. Ego uero horum meminero, & sermonum omnium participes Graecos reddam, non secus ac si ipsi interfuissent, nisi frustra Tantali poculū bibi. Valete optimi philosophi.

Ipse post haec nauem conscendens, leni uento deferebatur, admirās Hyphasidis fluminis ostia, qui praeceps terribilisq; in mare defertur. Decurrit enim (ut diximus) per loca petrosa, angusta, atque praerupta, ubique refractus uno ostio mare ingreditur, pernicioso admodum ijs, qui nauigando nimium adhaeserint. Indi quoq; fluminis ostia se uidisse perhibēt, ubi ciuitas posita est, nomine

Hyphasis.

Indus.

nomine Patala,*fluenti* Indo *adiacens.*Vbi *quoque con*=*uenisse quondam tradunt* Alexandri *classem,eiusq́; gu*=*bernatorem ducémque* Nearchum,*maritimæ artis peritissimum ibidem sepultum asserũt.* Q*uæ uero ab* Orthagora *de rubro mari narrantur, quod illinc scilicet ursa non conspicitur, neq; meridiẽ signare nauigantes pos*=*sunt, quodq́; apparentia illic astra ordinem permutant suum,uera esse* Damis *etiam asserit.*Putandumq́; *est recte ucreq́; dicta esse secundum eam quæ ibi conspicitur partem.* Meminerũt *etiam paruæ insulæ,quam* Byblum *appellant,ubi maxima conchilia,muricesq́; eximiæ ma*=*gnitudinis nasci perhibent. Ostrea quoque petris adna*=*scũtur,decuplo maiora his,quæ apud* Græcos *inueniuntur. Ibi etiam capitur* + *in alba testa lapis margarita, quæ in Ostreis locum cordis dicitur obtinere.*Attigisse *quoque ferunt* Pegadem Oritarum *regionẽ,apud quos æneæ sunt petræ, æneáque harena, æris etiam frusta deferre fluuios asserunt,* + *quapropter & ichthyophagos, id est piscibus uiuentes populos inuenisse, qui ur*=*bem incolunt nomine* Stoberam, *ubi ex magnorum pi*=*scium membranis uestes intexunt. Ibiq́; pecudes etiam esse pisciuoras, quod ea comedant,quæ minime naturæ suæ conueniant. Pastores enim piscibus illas alere con*=*sueuerunt, sicut in* Caria *ficubus easdem pascunt.* Indi *enim* Carmani *cognominati genus plane mansuetum, adeo piscosum mare accolunt,ut nunquam seruandi causa pisces reponant, neque sicut in* Ponto *fit ipso sale cõdiant, sed ex his quos capiunt,paucos quidem uendũt, plurimos uero palpitantes in mare dimittunt. Ad* Ba=

Patala.
Nearchus.
Orthagoras
Byblus insula.
+ ὀστράκῳ λευκῷ.
Margarita.
Pegades.
Oritæ.
+ χρυσῖτιν ἡγοῦνται τὴν γῆν, διὰ τὴν συγγένειαν τοῦ χαλκοῦ. φασὶ δὲ καὶ τοῖς ἰχθυοφάγοις ἐντυχεῖν. Vertendũ erat: Quapropt & auriferã terrã ĩ arbitrati sũt ob pstãtiam æris. Pręterea ad ichthyophagos id est, pisci=

Balara. *lara quoque ferunt applicuisse: est autem Balara emporium myrtis, palmisque abundaus. Laurus quoque non nullas illic uideri tradunt. Scatet autem fontibus tota regio. Hortique ibidem plurimi sunt, omni genere florum, atque olerum abundantes. Portus etiam maxime quieti, atque trãquilli. Opposita est autem regioni illi* Sclera. *sacra insula, quam Seleram uocant, ea freto stadiorum* Nereis. *centum à continenti diuiditur. Hanc tenere dicunt Nereidem deam sæuam, atque infestam, et præternauigantium multos rapientem, quæ nec anchoras insulæ applicare nautas patitur. Dignum quoque extimaui quæ de altero margaritarum genere traduntur nõ prætermittere, quandoquidem & ipsi Apollonio res uisa est leuis quidem, sed auditu iucunda, & mirabilium omnium mirabilissima. Nam qua parte insula pelagus respicit, immensa est maris altitudo, + fert autem alba ostrea quadam pinguedine referta. Lapidem autem nullũ producunt. Inde maris tranquillitatem obseruantes, aquæ superficiem, quasi olei cuiusdam effusione liniunt: quod animaduertentes Indi ad ostrea capienda ingrediuntur, ita instructi paratique, sicut qui spongias colligũt. Est autem his + ferreus later, et alabastrum unguenti: atque ita prope ostrea confidentes Indi unguento, quasi esca ad fallendum utuntur, nanque illo perfusa ostrea sese aperientia inebriantur. Tunc ferreo stilo perforata quasi saniem quandam emittunt, hãc uenator ferreo latere excipit, qui in uarias multiplicesq; formas cauatus est, ea uero postmodum sanies lapidescit, atque in modum naturalis margaritæ albus ille sanguis obdurescit.*

+ φέρει δὲ ὄστρεον ἐν ἐλύτρῳ λευκῷ, fert autẽ ostreum in testula alba.

+ πλινθὶς σιδηρᾶ non πλίνθος, ut interpres legisse uidet. Est aũt πλινθὶς ut quidã dicũt, scalpellũ q̃ cęmẽtarij utunt ad æquandã & poliendã la-

refcit. Et hæc eſt quæ ex rubro mari colligitur marga rita. Huic autẽ uenationis generi Arabes maxime intendunt, ex oppoſito deſinentis maris habitantes. Reli qua maris huius pars multis uarijsq; belluis referta eſt, cete etiam illic uagari feruntur, quapropter naues tutelæ cauſa tintinabula quædam, tam à prora, quàm à puppi deferunt, quorum ſonitu terrefactæ belluæ nauibus nõ appropinquant. Poſt hæc Apollonius ſocijq; flu minis Euphratis oſtia ingreßi, et per ipſum fluuium na uigantes, Babyloniam ad Bardanem peruenere, quem talem, qualem antea dimiſerant recognoſcentes, rurſus in Hinum abiere. Illinc Antiochiam uenientes, cum ſoli to more à ciuibus contumelijs afficerentur, quòd à Græ corum ſtudijs penitus abhorrerẽt, iterum ad mare iux ta Seleuciam deſcenderunt. Vbi forte nauigio reperto in Cyprum inſulam nauigarũt, circa Paphum, ubi præ clarum eſt Veneris templum, quod ex collaticijs pecu nijs extructum admiratus eſt Apollonius. Cúmque mul ta eius templi ſacerdotes edocuiſſet, atq; ut tem plum ſanctè piéque colerent eſſet hortatus, in Ioniam nauigauit uir ſumma admiratione dignus, plurimiq; faciẽdus ab his, qui philoſophiã colunt.

terũ ſcabriciẽ, uel ut alij interpretant δοκίδα id eſt, pugio nem maiorẽ & quadratũ inſtar trabis, alij aſſerculũ eſſe putant, uel tabulã, qua mulieres lanã uellentes utunt

Paphus.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII Tyanei liber Quartus.



OSTQVAM VIRVM in patriam reuersum, atque Ephesum ingredie͂tem Iones uiderunt, ne sordidos quidem opifices suæ continuerunt artes, sed populus omnis uadentem prosequebatur. Alij quidem sapientiam, alij oris formam, alij uiuendi normam, alij corporis habitũ, quidam etiam hæc omnia simul admirantes. Sermones quoque de ipso uarij ferebãtur. Cum ipsum quidam ex oraculo Colophonio illius participem sapientiæ, et iam plene perfectéque sapientem factum uenire prædicarent: Alij ex Didymæo, alij ex Pergamæo templo uenire illum assererent. Multos enim sanitatem ab oraculo petentes, iubebat deus ad Apollonium accedere, sic enim sibi deo placere, fata postulare dicebat. Legationes quoque ex ciuitatibus ad eum ueniebant, hospitem illum, et agendæ uitæ consiliarium sibi fieri postulantes: Orantésque ut quo pacto statuæ, aræúe dicandæ essent edoceret. Ipse uero de his omnibus, partim per epistolas respondebat, partim eo se uenturum promittens, quid interea esset agendum præmonebat. Cum Smyrnei legatos misissent, nihil aliud ab eo poscentes, nisi ut quamprimum ad se ueniret, legatum interrogauit Apollonius, quid esset cur sui tantopere indigerent? Ille autem

uidere te, ac uideri abs te nobis est opus inquit. Cui Apollonius ueniam inquit, uos autē Musæ illis interim ut sese inuicem ament concedite. Et primam quidem ad Ephesios orationem habuit, stans in templi crepidine, neque Socraticorum more loquens, sed aperte uitia redarguens, atque detestans ad philosophiæ studium illos compellere nitebatur, quos otio superbiáq; plenos inuenit. Choreis etiam & + saltationibus omnino dediti, fistulis tibijsq; omnia complerant, effœminatisq; uiris tota ciuitas referta erat. Cantibúsque omnia loca resonabāt. Ipse uero, quanquam Ephesij coram eo talia ponerent, aspicere non dignabatur, eósque grauiter increpabat. Sermones autem plurimos + in lucis habuit, qui sunt apud xystum. Vbi cum aliquando de communi concordia disputaret, doceretq; oportere Ephesios sese mutuo nutrire atque nutriri, passeres forte in arbore quadam taciti considebant, unus autem ex ipsis tanquam alicuius rei nuntius uocem emisit, qua uisus est aliquid cæteris prædicere, eo audito cæteri clamorem tollētes post ipsum uolarunt. Tunc aliquandiu tacitus Apollonius, sciens quidem quam ob causam passeres uolitassent, nondum tamen auditoribus id enarrans. Vbi uero omnes in se conuersos, et quasi portentum aliquod admirantes aspexit, tunc rupto silentio sic est locutus. Puer quidam effusum frumentum in arcam manibus demittens, cum negligenter illud collegisset abijt, multa grana paßim in angiporto sparsa relinquens, quæ cum passer ille inuenisset, cæteris (ut uidistis) nuntians inuentum cibum communicauit. His uerbis permulti commoti

Socrates εἴρων semper habitus.

+ συρίγγαις.

+ περὶ ἄλση τὰ ἐν τοῖς ξυστοῖς δρόμοις.

Xystus autē porticus maior qua Athletæ exercebant & uarij erāt, q̃re hic δρόμοις differentiæ causa adpositū, q̊d cursu se hic exercebant.

moti ad hoc uisendum cucurrêre, ipse uero his qui mã serunt cœptum sermonem de cõmuni societate seruanda prosecutus est. Postquam uero qui uisum ierãt cum clamore atque admiratione summa reuersi sunt, uidetis inquit Apollonius, quo pacto passeres mutuam de se curam habeant, quantúmque communi gaudeant societate, nos autẽ homines eam colere dedignamur: & quod maius est, si quem boni quicquam cæteris impartientem uiderimus, eum prodigum, aut ambitiosum, aut aliquid eiusmodi arbitramur, qui uero ab ipso nutriuntur parasitos, aut adulatores apellamus. Quod si bona alijs communicandi facultas adimatur, quid aliud superest, nisi ut se quisque domi occludens, uelut aues, quas pinguefaciendi causa in tenebris pascimus, usq; ad uentris diruptionem pinguescat? Cum pestis Ephesum paulatim inuaderet, neque adhuc tamen satis aperte dinosceretur, prænoscens Apollonius uenturum malum palàm id cœpit prædicare: ac plerunque inter loquendum dicere solebat, ò terra similis perseuera. Minitánsque talia uerba, salua hos, &, non præteribit, sermonibus interserebat. Verum Ephesij uerbis eius mentem non adhibebant, quasi monstrum quoddam eius uerba reputantes. Idqúe eo magis putabant, quo ipse deorum omnia tẽpla ambiens, id malum auertere, amouerèque nitebatur. Postquam uero ingrauescere morbus cœpit, nihil iam amplius illis prodesse posse arbitratus, reliquas Ioniæ partes peragrauit, quæ male apud quosque disposita erant dirigens, & aliquid semper disputans, quod audiẽtibus profuturum censeret. Venienti autem

Smyrnam, sibi obuiam Iones processere, qui tum forte + sacra pro communi Ioniæ salute celebrabant. Cumq́; decretum legisset Ionum, quo eum concilij sacrorúmque participem faciebant, noménque in eo inuenisset, haudquaquam Ionicum (erat enim Luculli cuiusdam nomen appositum) scripsit ad commune concilium epistolam de huiusmodi barbarismo, illos redarguēs, quod Fabricium, & alia huiusmodi nomina in eorum decretis inuenerit. Quam uehementer igitur grauiterq́; hac de causa illos redarguerit, ipsa epistola super hoc scripta demonstrat. Postridie uero ad Iones reuersus, cúrnam crater in medio positus esset interrogauit. Cumq́; pro communi salute respondissent, ipse quoque ex illo hauriens libauit, dicens: Dij præsides Ionum, date huic præclaræ coloniæ, ut placato mari uti posit, terra uero nihil malum, aut eidem noxiū pariat, aut + Aegæon terræmotor illorum quatiat ciuitates. Hæc Apollonius precatus est, iam (ut opinor) imminere præuidens, quæ posteris temporibus Smyrnæ, Mileto, Chioq́; & Samo, alijsq́; Ioniæ ciuitatibus contigere. Cum uideret Iones bonarum artiū studijs deditos, summaq́; industria illis incumbentes, oratione eosdē cohortatus, promptiores ad prosequēda studia reddidit: iubens magis erga seipsos, q̄ erga urbis ornatū prudentiā exercere. Quámuis enim urbs pulcherrima sit omnium, quæ sub sole reperiantur, & pelago abluatur, & Zephiri fontes possideat, præstantius tamen esse illam studiosis uiris coronatam esse. Aedificia nāq; eodē in loco semper manēt, nec alibi usquam, quàm ubi extructa fuerint uideri

+ πανιώνια sacra quæ in æde Apollonis Panionij pro cōi patriæ salute perficiebant

+ αἰγαίωνα σεισίχθονα, Aegæon inter alia & Neptuni cognomen est, autor Hesych.

Smyrna omniū ciuitatū pulcherrima.

possunt, boni autem uiri ubique uidentur, ubique locan tur, & ciuitatem ex qua orti sunt magnam & præclaram esse ubique demonstrant, quocunq; terrarum peragrare potuerint. Dicebat quoq;, *pulchras urbes bonis ciuibus carentes* Iouis Olympij *simulachro à* Phidia *cõposito similari. Id enim inquit immobile ubicunq; artifici placuit permanet, uiri autem ubiq; terrarum peragrãtes ab Homerico Ioue nihil differunt, qui sub uarijs formis ab* Homero *inducitur, multo admirabilior eo, qui ex ebore fabricatus est: Hunc enim in terra tantũ apparere, illum uero quamcunq; cœli partem percurrentem mente & imaginatione comprendi.* Præterea *quo pacto ciuitas tutißima permanere poßit, unà cum* Smyrneis *philosophatus est, cum illos inter se dißidentes conspexisset, dicebat enim ciuitatem recte habitandam dissentiẽtis cuiusdã cõcordiæ indigere.* Quæ *cum sibi ipsi repugnans sententia uideretur, animaduertens* Apollonius *hunc sermonem ab eorum plerisq; nõ intelligi: album, inquit, & nigrum + uinum fieri idem nunq́ possunt, neq; amarũ dulci recte cõmiscetur, cõcordia uero quandoq; dissentiẽs salutẽ ciuitatibus affert.* Quod *autem dico tale quid est.* Seditio *quæ ad gladios, mutuásue plagas ciues deducit à ciuitatibus exterminanda penitus est.* Ciuitas *enim + pace puerorũ alumna, & legibus, & uiris indiget, à quibus & uerba, & actiones prodeunt.* Mutua *autẽ ciuiũ æmulatio, pro cõmuni ciuitatis bono, ceu q̃ alius alio melius consilio sententiam dicat, aut magistratum rectius gerat, aut præclarius legatione fungatur, aut etiam splendidiora construat ædificia,*

Iuppiter Homericus.

+ Vinũ non est in Græco codice.

+ παιδοτρόφος.

ædificia, aut in aliquo huiusmodi excellat, talis inquam contentio aut æmulatio ciuitati plurimum confert. Licet inter se ciues pro communi bono faciat dissidere. Neq; uero sum nescius huiusmodi studia pro salute ciuitatis Lacedæmonijs quondam inutilia uisa esse, quippe qui bellicis dũtaxat operibus incumbentes, in ea re tantummodo laborabant, idq; solum in precio habebatur. Mihi uero optimum esse uidetur, ut quisque quod scit, atq; efficere potest id agat. Nam si quis in gubernando populo mirabilis euadet, alius autem sapientia ualebit, + alius autem in communi acquiret, alius bonus, mitis & benignus extimabitur, econtra alius seuerus et erroribus ueniam non tribuens, alius in omnibus ignoscens reputabitur, optime arbitror sese ciuitas habebit, stabiliusq; consistet. Dum hæc loqueretur + Armeniorum nauem portum ingredientem, & nautas pro naui firmanda uarijs operibus implicitos conspicatus est. Conuersus igitur ad eos, qui aderant: uidete inquit, eius nauis populum, quo pacto alij + lembos conscendunt cum sint remiges, alij uero suspensas anchoras demittunt, alij uela contrahunt, alij ex puppi, aut prora quæ factu necessaria sunt prospiciunt, quod si quis horum suo operi peragendo defuerit, aut temere negligentérue quod agẽdum est fuerit prosecutus, male sese nauis haberet, & ipsimet quasi procella quædam nauim læderent. Verũ si æmulatiõe quadam inter se certantes laborabũt, ne quis altero deterior in suo opere uideatur, recte probeq; in portu nauis firmabitur, prospereq; cum lætitia tota nauigatio peragetur, eorum in consultando gna-

+ ὁ δέ, ἀπὸ τοῦ ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν.

+ τῶν τριακοσμενίων.

+ ἐφολκίδας.

uitas tantum ipsis proderit, quantum si Neptunus tutelã securitatemq; polliceretur. His atq; huiusmodi alijs orationibus Smyrnam in cõcordia beneuolentiaq; continuit. Cum morbus grauiter Ephesum inuasisset, nec ullum sufficiens remedium inueniretur, legatos Ephesi ad Apollonium miserunt, tanti mali remedium ab eo deposcentes: ipse uero non differendam esse profectionem arbitratus, eamus inquit, breuiq; tempore Ephesum delatus est: ibiq; idem opus operatus est, quod olim Pythagorã apud Thurios, Metapontinosq; fecisse perhibent. Vocatis nanq; in concionem Ephesijs, confidite inquit, uiri, hodie nanq; hanc pestem amouebo. His dictis uniuersam turbam ad theatrũ duxit, +ubi pro malis depellendis sacrificia fieri consueuerunt: ubi senem quendã mendicãti similẽ inuenere, qui arte quadã oculis cõniuebat, et perã gestabat paniceis frustis refertã. Lacera aũt attritaq; ueste amictus erat, & toto corpore sordidus. huic Ephesios circũponens Apollonius, cædite lapidibus inquit hunc deorũ inimicũ. Admirãtibus aũt Ephesijs eius dicta, & inhumanũ crudeleq; censentibus peregrinũ hoĩem tã misera cõditione degentẽ interficere: humillime præsertim pro salute sua deprecantẽ, multa pro captanda misericordia loquentẽ, instabat Apollonius Ephesios cohortãs, ne diutius illum uiuere permitterẽt. Cũq; iã aliqui lapides in illũ iacerẽt adstãtes, respiciẽs Apollonius, igne plenos oculos illũ habere mõstrauit: quo uiso agnouerũt Ephesij dæmonẽ esse, tãtoq; studio ipsum lapidarũt, ut breui spacio magnũ lapidũ tumulũ super ipsum coaceruarẽt. Paulũ deinde mora tus Apol

Ephesij peste liberant ab Apollonio.

+οὗ τὸ τοῦ ἀποτροπαίȣ ἵδρυται, id est, quo loco depulsoris Herculis statua erecta est.

tus Apollonius auferri lapides iussit, ut ferã quã interfecissent agnosceret. Cumq; ita detexissent nudassentq; corpus, quod se lapidibus cæcidisse putabant, ille quidẽ euanuerat. Canis autem tanq̃ Molossus conspiciebatur, magnitudine tanta, quanta maximi leonum esse solent. talis itaq; lapidibus attrita bellua spumam, quasi rabidus canis ab ore emittebat. Et is quidẽ modus fuit, quo Ephesios expiauit & morbo liberauit. Ephesij autẽ statuam ἀποτροπαίῳ, Is est Hercules, eo loco erexerunt, ubi †monstrum illud lapidibus obrutum fuerat. Liberatis à peste Ephesijs, Apollonius cum iam satis in Ionia mansisse sibi uideretur, in Græciam transire constituit. Itaq; Pergamum ueniens, in Aesculapij templo cõstitit, his qui deum adoratum ueniebant consulens, quo pacto possent quæ à deo somnia peterent impetrare: ipse etiã plerisque malorũ remedia monstrabat. Post hæc in Græciam migrauit, omnemq; illorum †ueterem sapientiam edoctus, ad Acheorum sepulchra uidẽda profectus est. Ibi multa de illis locutus, multisq; sine sanguine tamen sacrificijs peractis, socios ad nauem redire iussit, ipse uero apud Achillis tumulum pernoctare constituit. Cumq; illum socij ab incepto deterrerent dicerentq;, non sicut †Geminos, aut Phædimos, quibus cũ iam iam locutus fuerat Apollonius, sed terribilem uisu horrendumq; apparere: Sic enim aiebãt, qui apud Ilium uersabantur, Ego inquit Achillem congressu sermoneq; plurimum gaudere compertum habeo, quippe qui Pylium Nestorẽ tam ualde coluit, à quo semper aliquid præclarũ audire se gloriabatur. Phœnicem uero alumnum, & pæda-

†φάσμα.

†ἀρχαιολογίας.

†Διοσκορίδαι, καὶ οἱ Φαίδιμοι. Dioscoridæ sunt Castor & Pollux. Phædimi autẽ Aiaces.

παιδαγωγόν pædissequum.

†pædagogum appellabat, quoniam uarijs illius sermonibus delectaretur, & Priamum quamuis inimicißimũ mansuetißime aspexit, ubi loquẽtem illum audiuit, Vlyssem etiam ab eo dissentientem adeo modeste suscepit, ut Vlyßi benignus potius, quàm terribilis uideretur. Clypeo nanq; & galea (ut aiunt) grauiter minaci aduersus Troas (ut puto) utitur, memor eorum quæ ab ipsis armatis pro connubio passus est, mihi uero cum Iliensibus nihil est commune. Iucundiora insuper secum loquar, quàm olim eius amici loqui consueuerint: quod si me ut dicitis, interfecerit cum Memnone Cygnoq; iacebo, & me forsan caua fossa, uelut Hectorem Troia sepeliet. Hæc ad amicos partim ioco, partim serio locutus Apollonius ad tumulum solus accesßit. Socij uero ad nauem rediere, iam die in noctem declinante. Ipse uero

Antisthenes Parius.

postea diluculo ad eos ueniens, ubi nam est inquit Antisthanes parius? Is uero septimo iam die, ab Ilio secutus fuerat Apollonium, cumq; uocanti respondisset Antisthenes, nónne inquit Apollonius, ex Troia uenisti? certe inquit ille, sum enim antiqua origine ex Troianis ortus: an etiã de Priami stirpe? inquit Apollonius: ex hac ipsa profecto respondit Antisthenes. Itaq; inde natus, et ipse bonus sum, & ex bonis ortus. Rectè igitur inquit Apollonius, prohibuit Achilles ne qua ratione tecum uersarer. Cũ enim iußisset me Thessalis aliqua nũtiare, in quibus grauiter eos accusat: Egoq; mandatis acceptis abiens interrogarem, an aliud quippiam sibi gratum efficere possem? potes inquit: Id autẽ est, ut adolescentẽ Parium tua sapientia non impertias, est enim ex

Priami stirpe oriundus, & Hectorem laudare nunquã cessat. His auditis Antisthenes, quanquam inuitus nolensq; ab Apollonio discessit. Cum iam dies illuxisset, et uento à terra perflante nauis discessum pararet, ingens turba ad uauim, quamuis parua esset confluxerat, omnes enim in eadem cum Apollonio naui deferri uolebant. Erat enim autumni tempus, quando maris infida, & instabilis trãquillitas esse solet. Cuncti uero tempestatem, & ignes, et quicquid est difficillimum ab Apollonio uinci posse arbitrantes, & propterea secum esse cupientes, rogabant ut se nauigationis comites assumeret. Sed cum multitudo hominum capacitatem nauigij excederet, maiorẽ aliam nauim cõspicatus, multæ enim circa Aiacis tumulum uersabantur. Illam inquit ò socij cõscendamus, pulchrum enim est cum pluribus seruari. Inde Troicum circumuectus promontorium, ad Aeoleam, quæ contra Lesbum posita est iubet gubernatorẽ cursum dirigere, ita ut uersus Methymnam magis applicaret: illic enim Achilles dixit positum esse Palamedem, ibiq; eius statuam esse cubitalem, seniorem imaginem referentem, quàm reuera ipse fuerit Palamedes. His dictis, cum iam ad locum peruenisset, è naui descendens, ueneremur inquit, ò Græci præstantem uirũ, per quem omnis sapientia consistit. Sic enim ipsis Acheis meliores erimus, si uirtutis causa eum uirũ coluerimus, quem ipsi iniuste & indicta causa interfecere. Hæc audientes reliqui Græci è naui descenderunt, ipse uero sepulchrum inuenit, iuxtaq; illud statuam obrutam. Erat autem in statuæ basi inscriptio scripta huiusmodi. Aeolea.

DIVO PAALMEDI.

+ὡς κἀγὼ εἶδον.

+ὅσον οἱ τὴν ἐνοδίαν τιμῶντες, ἐστὶ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ δέκα ξυμπότας εὐωχεῖσθαι, id est, quantum illi qui Enodiæ sacrificant quod sane decem splendide cõuiuantibus suffecerit. Dicta est autẽ Enodia Hecate, quod ditissimi qui q; illi cœnã in triuijs apparare soleant, ut licet uidere in Theocrito.

Apollonius igitur statua in propria sede locata, +ut se se oculis uidisse testatur Damis, locoq; circa sepulchrũ purgato, +tantum sacrauit soli, quantum conuiuæ decẽ epulantes occuparent, inde preces effudit huiusmodi. Obliuiscere Palamedes iracundiæ, quam olim aduersus Acheos concepisti, permitteq; ex eis multos sapientes fieri uiros. Optime Palamedes, per quem sermones, per quem Musæ, per quem egoipse. Post hæc in Lesbum traijciens, Orphei adytum intrauit. Ferunt autem Orpheũ illic dedisse responsa, quousq; sibi ab Apolline cõcessum fuit. Cum enim neq; in Gryneum, neque in Clarum, nec usquam alio ubi tripodes essent oracula petitum accederent homines, & solus Orpheus consulentibus responderet: cum nuper ex Thracia caput eius aduectũ esset, superstans Apollo, desine inquit, quæ mea sunt occupare, iam satis enim te canentem pertuli. Post hæc cũ per mare, quod Lesbo Euboiæq; adiacet nauigarent, & quod Homerus sæuissimum, nauigatuq; difficillimũ esse narrat, serenitas erat, & maris præter anni tẽpus summa tranquillitas: Quapropter qui in naui erãt de insulis, quæ plurimæ famoseq; nauigantibus occurrebãt de +nauicularia insuper, & gubernatoria facultate cum Apollonio loquebantur, quod eiusmodi sermones nauigantibus conferre uiderentur. Sed cum Damis sermonum, alios tanq̃ parum dignos calumniaretur, alios interpellando rumperet, partim uera interrogare uolentes prohiberet, animaduertit Apollonius ipsum de rebus alijs colloquium exoptare. Itaq; ad eum conuersus,

+ναυπηγίας.

quid

quid hoc est inquit Damis, quod loquentiũ orationem interrũpis? quod non propterea te facere constat, quia intenti sermonibus nautæ minus officio suo funguntur. Vides enim quo pacto mare nauigio subsidet, & quam tranquille quietcq; uehamur: Quid est quod moleste feras? Tum Damis indignor inquit, & iure quidẽ (ut opinor) quia cũ de re maxima, et scitu digna sermo instet, de qua interrogare conuenientius fuerat, nos tamẽ de rebus †*uarijs, et iã uetustate cõtritis loquimur.* Et quis *inquit Apollonius sermo est, de quo audire aliquid cupis, & quo cæteros inferiores minusq; narratu dignos existimas? Tu inquit Damis cũ Achille locutus Apolloni multa (ut arbitror) audisti memoratu digna, et nobis ignota, nihil tamẽ eorũ adhuc retulisti. nec Achillis imaginem, qualis esset expreßisti, præternauigãs aũt insulas, &* †*opera nautica designas. Tunc Apollonius, nisi inquit, dubitarẽ ne multa iactanter fingere uiderer, oĩa uobis iam pridem enarrassem. Cum autẽ omnes ut narraret precarentur, & se libẽter audituros ostenderẽt:* Ego inquit Apollonius, *non sicut Vlysses terram effodiens, neq; fuso agnorum sanguine ipsum* †*alliciens, cũ Achille locutus sum, sed oẽs adhibui preces, quas pro placandis heroibus dici sacerdotes Indorũ iubent. O Achilles inq̃, te cõmunis hoĩm fama mortuũ asserit, quorum ego sermonibus non assentior, nec etiã sapientiæ meæ parens Pythagoras, propterea si uera sentimus ostende mihi quæso imaginem tuam: ego namq; oculos meos plurimi faciam, si ipsis testibus de tuo conspectu contigerit uti. Hæc ego cũ dixissem, parumper tumulus*

intrea

† ἑώλους, melius uanis.

† ναυπηγῦς τῶν λόγων.

† ψυχαγωγήσας.

intremuit, & iuuenis quidam apparuit statura cubitorum quinq;, chlamyde Thessalica indutus. Species autem nequaquam iactatoris esse uidebatur, qualem pleriq; Achillē fuisse perhibent, sed aspectus eius grauem quandam præ se comitatem ferebat. pulchritudinem uero eius nondum pro rei magnitudine satis dignum laudatorem sortitam esse iudico, quamuis multa ab Homero de ipsa sint decantata. Ego enim inenarrabilē ipsam esse censeo, & dicentis cuiuscunq; uires excedere: Cum itaq; quantus primo apparuisset, repente in duplam excrescere magnitudinem uisus est, ita, ut cubitorum duodecim magnitudinem implere mihi uideretur. Vbi autē ad perfectam uenit magnitudinem, pulchritudine pariter, cum magnitudine audactus comam nunquam toton disse dixit. Sed intactam amni Sperchio conseruasse, +quod Homerus eo primum flumine uisum fuisse diceret, eius genæ tunc prima lanugine florebant. Tum nominatim me compellans, perlibenter inquit, te conueni, iamdudum quempiam talem uirum quæritans: Thessali consueta mihi fieri sacra iamdudum omiserunt, non tamen illis adhuc irasci uolui. Nam si contra eos iracundiam meam exercuissem, iamdudum magis perditi essent, quàm Græci, qui quondam hæc loca+incoluerunt. Amice autem illis cōsulo, ne nobis circa sacra iniuriam afferant, néue se Troianis deteriores Græci argui patiãtur: qui cum ab eis uiros præclarissimos abstulerim, publice tamen sacra faciunt, & anni primitias mihi cōsecrantes+conditiones petunt, quas ego nunquam illis sum daturus. Peieratio enim aduersus me facta, nō finit

+ποταμῶν γὰρ πρώτῳ σπερχειῷ χρήσασθ, non uisum, sed usum uertendum erat.

Non incoluerunt, sed qui quondã his locis occubuerunt.

+σπονδάς.

anti-

antiquũ Ilium in pristinã formam restitui, nec uigorẽ recipere, quẽ olim maximũ habuit, sed hoĩes locũ habitabunt nihilo meliores, quã qui illud ipsum quãdoq; ceperunt. Ne quid igitur tale contra Thessalos facere cogar, legatus hæc ad commune illorum conciliũ deferes. Faciam inquit Apollonius, huius enim legationis causa est ne funditus pereant. Ego autem quid abs te petam ô Achilles? Intelligo quid uelis inquit ille, times enim de rebus apud Troiam gestis interrogare. Verum ego tibi quinq; interrogatiões interrogare permitto, quascũq; uelis, mõ fata de ipsis respondere non prohibeant. Hoc ego sermone confirmatus primũ interrogaui, an iuxta poetarum dicta sepulchrum habuerit? Tunc ille, iaceo inquit, ut mihi, Patrocloq; iucundissimum fuit: conuenimus enim admodum adolescentes, ambos autem tanquã unum urna aurea iacentes cõtinet. De Musarum uero, & Nereidum lachrymis, quas erga me fusas esse hoĩes perhibent, hoc scias uelim, Musas omnino nunq̃ huc uenisse. Nereides aũt nunc et frequẽter accedere. Posthæc rursus interrogaui, an eius causa iugulata Polyxena fuerit? Ipse aũt uerũ esse respondit, illã apud eius tumulũ fuisse iugulatã, non inuitã tamẽ, neq; à Græcis, sed ipsa sponte inquit, ad tumulũ ueniens, cũ amoris, quẽ erga me summum habuerat meminisset, erecto gladio incubuit. Tertio quæsiui, an unq̃ ad Troiã Helena uenisset, aut ita fingere Homero placuerit: Tũc Achilles lõgo in quit tẽpore decepti fuimus, cũ legatos ad Troiã misimus, tũ etiã cũ pro ipsa apud Iliũ bellũ gereremus, ipsa uero in Aegypto habitabat apud Protheũ, cum tamẽ à

Paride rapta fuisset, postquam uero id resciuimus, bellum pro ipsa apud Troiam gerere perseuerauimus, ne turpiter illinc ignominioseq; discederemus: Quarto sic interrogaui, dicens me uehementer mirari, quod tot tantosq; uiros eodem tempore Græcia tulerit, quales, quantosq; circa Troiam conuenisse scribit Homerus. Ad hæc Achilles, nec Barbari inquit numero uirtuteq; uirorum multo nobis erant inferiores, usq; adeo per id temporis uirtus in terra florebat. Quinto loco interrogaui, quamobrem Homerus Palamedem, aut ignorauit, aut cognitum in sermone separauit. Ad hæc Achilles: Si Palamedes inquit, ad Troiam non uenit, nec Troia unquam fuit. Sed quoniam uir sapientissimus bellicosissimusq;, ut Vlyssi placuit interfectus est, non inducit ipsum in poëmate Homerus, ne Vlyssis opprobria narrare cogatur. Ingemuitq; illius causa Achilles, maximũ ipsum, & pulcherrimum, & in prima iuuenta bellacissimum fuisse dictitans. Modestia uero cæteros superasse, & Musarum studijs uehementer fuisse deditum. Sed tu inquit, Apolloni (+ est enim sapientibus uiris erga sapientes affinitas quædam) Palamedis sepulchrum cura, eiusq; statuam turpiter deiectam suo loco restitue: iacet autem in Aeolide secus Methymnam, quæ in Lesbo est. Hæc cum dixisset, & quæ de adolescente Pario superius narrata sunt fieri mandasset, mediocri fulgure emisso discessit. Iam enim Gallorum cantus audiebatur. Et hæc quidem dum esset in naui narrauit Apollonius. Digrediens inde in Pyræum, mysteriorũ tempore, quæ summa totius Græciæ frequentia Athenienses celebrãt, in ur-

+ σοφοῖς γὰρ ἐςὶ πρὸς σοφοὺς ἐπιτήδεια Senarius Iãbicus ex Aeschyli Niobe.

in urbem uenit. Procedēs autem philosophos cōplures inuenit, qui in Phalerum descenderant: quorum aliqui nudatis corporibus ad solē sese calefaciebant (est enim Athenarum ciuitas autumni tempore ad solem bene exposita) nōnulli aūt legendis libris incūbebant, quidā orādo sese exercebāt: alij uero disserēdo, quid in quaq; re ueritatis esset inquirebant, nemo tamē ad ipsum accessit, sed coniectantes Apollonium esse, in eum uertebantur, & læte ipsum salutabant. Adolescentes uero decē simul obuiam illi currentes, & manus simul ad arcē tendentes, per ipsam dixere Palladem nos paulopost uenire in Pyræum statueramus, ut ad te in Ioniam nauigaremus. Eos humane, benigneq; suscepit Apollonius, dixitq; se uehementer philosophantibus congratulari. Erat forte Epidauriorū dies. Epidauria autem sacra, quæ Athenis celebrantur, & nomine & sacerdotū cultu similia sunt his, quæ in Epidauro fiunt. Athenis autē (ut sermo est) sacrificia illa celebrari consuetū est, quod Aesculapij causa statuerunt, quem aliquando iam peractis mysterijs ex Epidauro uenientē sacris iniciarunt. Cum plurimi Apollonio circunstantes curam sacrorum omitterent, magisq; de illo uidendo audiendoq;, quā de se expiandis essent soliciti. Ipse ad eos cōuersus, aliasq; collocuturū pollicitus, tunc sacris operā dare illos iussit, & se sacris iniciari uelle dixit. Verū sacrorum antistes, quem illi Hierophantā appellant, illum sacris admittere noluit, asserens nunquam se iniciaturum esse hoīem incantatorē, + & dæmonibus non liberum. Apollonius nihil propterea deiectus animo, Maximū inquit,

Non lōge à Pyræo portu circa mare Phaleri sunt. Locus amœnus, & salubris.

+ μηδὲ τὴν ἐλευσῖνα ἀνοῖξαι ἀνθρώπῳ μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια

Eleusina Cererem dicit uel Cereris sacra, quæ & Thesmophoria, ab Atheniensibus singulis annis religiose celebrat à loco nomen accepere. N Eleusis ut tradunt G corū lexica portus in Attica nō longe ab Athenis. Strabo ciuitatē fui se scribit, iuxta quā Cereris tēplū nobile.

eorum in quibus ego accusari possem omisisti, quod cũ de sacris, arcanisq; mysterijs multo plura, et secretiora, quã tu cognoscã, tamen ad te, tanq̃ sapientiorẽ inician dus accesserim. Cum omnes qui aderant responsionẽ il- lam constanter aperteq; factam laudarent, & sacrorũ antistes odiosum se molestumq; omnibus esse animaduer teret, quod illũ sacris prohibuisset, mutata uoce, inicia- re inquit, uir enim sapiens esse uideris. Tunc Apollo- nius, ego certe paulopost iniciabor, & digito quendam ex circunstãtibus notans: Ille inquit, me iniciaturus est. Diuinatione quadam præmonstrans eum, qui antistes templi futurus erat, quod post annum quartum euenit. De orationibus autẽ quas plurimas Athenis habuit, eas dũtaxat se scripsisse Damis narrat, quæ magis necessa- riæ de rebus grauioribus habitæ sunt. Et quoniã Athe nienses amatores sacrorum esse cognouit, primo de sa- crificijs disseruit: ostendens quod cuiq; deo sacrificium proprium esset, quaq; diei, aut noctis hora sacrificari oporteret: & rursus cuinam deorum hostijs, aut libatio nibus, aut supplicationibus esset sacrificãdum. Inuenitur etiam Apollonij libellus, in quo uerba ipsa posita sunt, quibus ad horum singula peragenda utẽdum est. Quæ quidem cum pro scientia humanitateq; illa Atheniẽses edocuerit, tum accuratius id fecit, ut Antistitem redar gueret eorum, quæ sibi contumeliose temerarieq; obie- cerat. Quis enim à dæmonibus liberum non putet homi nem, de cultu religioneq; deorum philosophantem? Cũ de libationibus faciẽdis aliquãdo disputaret, Forte ado lescens aderat mollis, ac delitijs fluens, adeoq; lasciuus, ac pe-

ac petulans,ut Amazonum cantibus incantatus uidere tur.Erat autem patria Corcyrẽsis,genus uero in Phæacem Alcinoum Vlyßis hospitem referebat. De libatiõe igitur(ut diximus) disputans Apollonius, iubebat homines tali, aut tali potione abstinere,& eam intactam puramq; dijs immortalibus conseruare.Cumq; dixisset potionem quandã auribus esse sacrificandã, eiusq; libationem per aures faciendam,cum ea corporis parte homines bibere non poßint.Adolescens in cachinnum proru pit,tam profuse ridens,ut omnes qui aderant in se conuerteret.Tunc illum respiciẽs Apollonius,nõ tu inquit, hanc mihi contumeliã affers, sed dæmon qui te inscium hoc pacto uexat. Detinebatur autem à dæmone adolescens,& de his plerumq; ridebat, de quibus alius nemo risisset:quandoq; aũt in clamorem risum uertebat, cum nulla subesset exclamãdi causa: interdum secum ipse loquebatur, aut cantabat.Horum omnium luxuriosam & mollem uitam esse causam homines arbitrãtur. Sed adolescẽs dæmonis personã premẽs, ita bacchabatur sicut respiciens illum Apollonius bacchari furereq; cogebat, nunc enim timentis,nunc irascentis uoces idolum emittens,& quales eorum esse solent,qui igne alióue tormẽti genere torquentur,iurabat se adolescentem dimissurum,& in neminem alium intraturum. Apollonius aũt uerbis in eum utebatur, quibus domini cõtra seruos uanos,ac futiles uti solẽt. Scelestum insuper impudenteq; ipsum apellans, minaciter iracundeq; iubebat ut signo aliquo sui discessus ædito adolescẽtem relinqueret. Ipse uero statuam quandam se deiecturum dixit, unam de

notans, quæ in porticu regia iuxta quam talia fiebant posita erat. His dictis ea statua tum paulum primo nutans decidit, & simul tumultus ingens auditus est. Quanto autem stupore admirationeq; omnes comprehensi fuerunt, superuacuum arbitror enarrare. Verum adolescens, tanquam è graui somno excitatus, oculos frequenter uibrabat, ad radios solis faciem uertens. Verecundia etiam perfusus, quod omnes in se respicientes animaduertit. Nec ulterius petulans apparebat, neque torue, sicut antea aspiciens, sed in propriam naturam reuersus, non aliter, q̃ si medicamentum aliquod pro recipienda salute bibisset, +tum uersicoloribus ac mollibus uestimentis cæterisq; delitijs depositis, parcitatē uictus, & uile pallium complexus est, seq; ad Apollonij uitam moresq; cōtulit. Dicitur etiam Apollonius Athenienses increpasse propter bacchanalia, quæ mense nouembri celebrant. Ipse enim +simplices cātus, aut modulationes quasdam numerosas in theatro audituros conuenire putabat, quales comœdiarum, tragœdiarúmue cantus esse solent: Sed postquam audiuit ad sonum tibiæ illos +saltare, et inter Orphei carmina theologiámque, alios Herarum, alios Nympharum, alios Bacchasrum habitu ornatos procedere, grauiter eos increpuit: desinite inquiens Salaminios tripudiando imitari, & huiusmodi alios abiectos homines. Si enim Laconica quædam esset hæc tripudiandi ratio concederem, atque ipse quoq; saltarē: habet enim illa militare quiddam, et corpora ad bellum exercet. Hæc autem mollis effœminatáq; saltatio, quid habet cum tropheis commune? Neque

+τῶν χλανιδίων καὶ τῶν λυδίων καὶ τῆς ἄλλης συβαρίδος.

+μονῳδίας.

+λυγισμοὺς ὀρχοῦνται. Lygismus eneruis & indecora inter saltandū membrorū fractio.

que uero contra Medos, Persasue, sed contra uos ipsos qui ea instituitis uenient, si ea permanere sinetis.+ Coccineæ, atq; etiam purpureæ croceæq; uestes unde à uobis sumptæ? cum neq; Acarnanides mulieres ita exornentur, neq; tã molliter Colonus equitauerit. Sed quid ego talia commemoro, cum mulier Caria Xerxis temporibus nauis cuiusdam præfecta, contra uos nihil habens nauigauerit muliebris ornatus, sed uirili stola & armis instructa: uos autem molliores estis quã Xerxis fœminæ. Eosdem geritis ornatus senes pariterq; iuuenes, quos Persarum impuberes gestare solent. Quondã tamẽ+ in agro pugnaturi iurastis, pro patria potius esse morituros, nunc autem (ut puto) iuratis uos pro patria bacchaturos, & thyrsum sumpturos. Qui enim et galeam ferre non potest, & formam imitatur mulierem (ut inquit Euripides) is turpiter ornatur. Audiui etiam uos uentos fieri, & Lydiam agitare suppellectilem, in magnos sinus ipsam attollentes. Oportet autem ipsos uenerari, præsertim cum socij uestri sunt, & pro uobis maxime spirent, neq; Boream affinem uestrũ, qui maxime uentorum omnium masculus est, fœminam facere decet, neq; enim ipse Boreas Orythiam amasset, si eam uidisset tripudiantẽ. Alius insuper error Athenis emẽdatus est. Conueniẽs enim populus in theatro, quod in arce est, gladiatores sese mutuo iugulantes spectabat, magis ibiq; tũc talia exercebantur, q̃ nũc Corinthi fiat. Nam magnis pecunijs empti nequã hoĩes eo deducebantur, ceu scortatores, &+ fures, & marsupiorũ incisores, & seruorũ captatores, alijq; huiusmodi generis

+κροκωτοί.

+τὶς ἀγραύλῳ φοιτῶντες.

+τοιχώρυχοι non simpliciter fures, sed qui parietes furandi causa suffodiũt, Plautus muricidas apellat.

hominés. Athenienses uero illos armantes, certare simul iubebant. Hanc itaq; tam crudelem consuetudinem illis abstulit Apollonius. Cum enim illum in concionem uocarent Athenienses, negauit se locum pollutum, & cruore manantem intrare uelle. Idemq; per epistolam scripsit dicens, mirari se iamdudum, quod arcem dea non deseruerit, cum nos tantum ante oculos eius humani sanguinis effundatis. Videmini enim postquam festa, quæ Panathenaica dicitis celebraueritis, non boues in sacrificio, sed homines mactare. Tu etiã ô Bacche quo pacto post eiusmodi sanguinem in theathrum uenis, ubi sapientes Athenienses libando tibi sacrificant? abi igitur, et tu Dionysi: purior enim sanctiorq; Citheron est. Hæc sunt quæ memoratu digna putaui ex his, quæ tunc Athenis philosophatus est Apollonius. Post ad Thessalos legatus ab Achille profectus est, cũ illi conuentũ in

Amphyctionica publica Græciæ concilia, quæ in Pylea, siue Thermopylis celebrabantur.

Pylea celebrarent ubi Amphyctionica etiam peragere cõsueuerũt. Thessali itaq; auditis, quæ ab Achillis noĩe ab Apollonio nuncupabantur, decreuere ut circa sepulchrũ eius consueta sacra instaurarẽtur. Leonidæ quoq; Spartiatæ statuam amplexus est Apollonius, ob amorẽ quẽ erga uirum talem gerebat. Veniẽs autẽ ad tumulũ ubi sagittis confoßi Lacedæmonij perhibentur, familiares suos inter se dißidentes, disputãtesq; audiuit. Quisnam totius Græciæ locus esset altißimus? Huius autem disputationis occasionem dederat mons Oeta, ante eorum oculos positus. Conscendens autem, quem diximus tumulum Apollonius, ego inquit, hunc oĩm altißimum censeo: qui in eo libertatis causa occubuere, æqualẽ illũ

Oetæ reddiderunt,& ſupra plures Olympos illũ extu lerunt.Ego autem uiros iſtos colo & ueneror,& cum ipſis unà Acarnanẽ Megiſtiam,quæ enim illos pro pa-tria pertuliſſe audiuit,eorundẽ ſe fieri participem exo ptauit. Peragrauit etiam Apollonius totius Græciæ tẽ pla,& oracula.Acceßit nanque ad Dodonæi templum, & Pythicum, + Amphiarai quoque Trophonij tem-pla uidit.Aſcendit etiam ad Muſarum templum in He-licone poſitum.Cumq́; ſingulorum templorũ ſacra per quireret,& ſi qua opus eſſet emendaret,templorum ſa cerdotes ſecũ proficiſcebantur,& familiares eius,quos dulcedine ſermonum uoluptateq́; ſaturabat.Cum ludo-rum Olympiorum tempus inſtaret, Helienſesq́; ipſum per lagatos ad communionem certaminis inuitarent,ui demini mihi inquit Apollonius Olympiorum gloriam diminuere, qui legationibus auertere tentetis eos, qui ſpõte ſua eo ſunt profecturi. Cum in Iſthmo conſtitiſſet aliquando,& mare Lechæo portui circumpoſitum mu giret,is inquit terræ uertex ſcindetur forſitan,ego ta-men magis credo non ſcißum iri.Hæc autem dixit iam prænoſcẽs fiendam Iſthmi ſectionem, quam poſt annos ſeptem facere cogitauit Nero, qui relicta regia in Græ ciam uenit, præconijs Olympijs Pythijsq́; ſe ſubijciens, quàmuis Iſthmia etiam uicerit. Erant autem eius uicto riæ citharœdorum & præconum.Vicit etiam tragœ-dos in Olympijs,& tunc de Iſthmo + reſcindendo dici tur cogitaſſe, ut ipſum nauibus peruium redderet,atq́; Adriaticũ Aegæo miſceret,ne naues omnes ſupra Ma-leam nauigarent, ſed multæ per eum,quem ſcidiſſet lo-

Megiſtias.

+ καὶ τὸ ἐν Ἄβαις,& quod eſt in Abis.

In Abis autẽ quæ ſunt circa Phocidẽ Apollinis Sabæi oraculũ eẽ ſcribit Heſychi⁹, meminit & Strabo.

Iſthmi perfoſſio.

+ κωμῳδίας.

cumueherentur, nauigationis circuitum euitantes. Hoc *autem Apollonij uerba significabant, quòd scißio à* Le*chæo Corinthiorum portu incœpta, stadia fermè quatuor continenter processit. Destitit autem ab incœptis Nero, ut quidã tradunt, quod Aegyptij philosophi dixerunt fore, ut commixta maria, & diffusum, quod circa est Lechæum pelagus Aeginã delerent. Alij q̃ innouationes aliquas erga imperium timuerit. Tale igitur fuit, quod de Isthmi scißione prædixit Apollonius, fore ut scinderetur, uel forsitan nõ scinderetur. Erat eo tem-*
Demetrius. *pore Corinthi philosophus, nomine Demetrius, omnem Cynicorum disciplinã complexus. Cuius Phauorinus in suis orationibus honorifice meminit. Is cũ erga Apollonium ita esset affectus, sicut olim Antisthenẽ erga Socratis sapientiã ferunt fuisse dispositũ, discendi causa Apollonium sequebatur, eius uerba diligẽter obseruãs, amicos insuper familiaresq; suos ad audiendũ Apollo-*
Menippus Lycius. *nium cõpellebat. Inter quos fuit Menippus Lycius, annos natus circiter uiginti & quinq;. Ingenio satis potens, corpore uero egregie exercitatus: ita ut formosi athletæ liberalisq; speciẽ præse ferret. Hunc à peregrina muliercula pleriq; amari putabãt, mulier uero satis pulchra, mollisq; apparebat, & diuitijs supra modum abundans, quæ artificiose & ostẽtationis tantũ causa simulabantur. Fuerat autem eius familiaritatẽ hoc modo cõsecutus, Menippus, cum aliquãdo solus Corintho ad*
+φάσμα. *Cenchræas proficisceretur, + phantasma quoddã illi occurrit, quod se in mulieris speciẽ formauerat: atque ex manu apprehendens Menippũ, iamdudũ inquit se illius*
amore

amore teneri. Esse autem se genere Phœnissam, & in suburbano quodã iuxta Corinthũ habitare, idq; etiã digito monstrauit, dixitq; si uesperi eò ad me ueneris, me cantantẽ audies, & uinũ bibes, quale antea nunq̃ bibisti, neq; te riualis turbabit ullus: pulchra enim pulchro contenta uiuam & moriar. His blandicijs allectus adolescẽs, in reliqua philosophia satis ualidus, amoribus tamen resistere impotens, uesperi ad mulierẽ uenit, ac frequenter deinceps tanq̃ ad suas delicias ueniebat ad mulierem, nondũ quale id esset phantasma cognoscẽs. Hæc uero animaduertens Apollonius primo statuarij instar Menippum intuitus, diligẽter ipsum designabat & contemplabatur, ubi uero illum satis agnouisse uisus est, ò pulcher inquit, & à pulchris mulieribus expetite serpẽtem foues, & te serpẽs fouet. Cum talia uerba Menippus admiraretur, hoc propterea dixi Apollonius inquit, quoniã mulierem habes quæ uxor tua nõ est. Sed dicas uelim, an te amari ab illa putes? Certe per Iouẽ inquit, me amat, & quidem uehemẽter. An igitur inquit Apollonius eam tibi cõnubio iunges. Iungã respondit ille, gratissimũ est enim amãti nubere. Quãdo igitur inquit Apollonius futuræ nuptiæ sunt. Ille aũt cito inquit, imò uero cras fortasse. Obseruãs igitur cõuiuij tempus Apollonius, cum iam, qui inuitati fuerãt cõuenissent, et ipse eodẽ accedens ubinã inquit mulier est, cuius causa conuiuiũ celebraturi cõuenistis? Tũc Menippus prope adest inquit, atq; hæc dicẽs cum paulum erubuisset surrexit. Tũc Apollonius, argentũ hoc inquit & aurũ, cæteraq; domus huius ornamẽta tua ne an mulieris sunt?

+ τρίβωνα. Mulieris inquit ille, & + semilaceram crassamq; uestē ostendēs, talia quædā mea sunt inquit, ornamenta. Tūc ad eos qui aderant cōuersus Apollonius, Tantali inquit hortos uidetis, qui, sicut ab Homero scribitur, apparēt aliquid esse cum non sint, nec tamen in infernum descendistis. Talem enim inquit, hunc omnem ornatum existimetis oportet, neq; enim quæ apparet materia ulla sub + δόξα. est, sed materiæ dumtaxat + simulachrum est & imago. Vt autē uerum esse agnoscatis quod dico, bona hæc Lamia. sponsa una est ex numero Lamiarum, quas aliqui + laruas, aliqui lemures appellant. Sunt autem ad amorē & +μορμολυκίας. Venerem pronæ, & humanas carnes uehemēter expetunt: Venereorum cupidine alliciunt eos quos cupiunt postea deuorare. Illa hæc audiēs, age inquit, meliora loquere. Seq; eius dictis offensam ac perturbatam demonstrans, in philosophos paulo mordacius inuecta est, eos oēs delirare inquiens. Vbi uero aurea pocula, & quod uidebatur argentum inania uentosaq; ostensa ab oculis euanuere, pincernæq; & coqui ac reliqua familia ab Apollonio increpita disparuit, Lamia lachrymanti similis rogabat Apollonium, ne se torqueret, néue quod esset fateri cogeret. Cumq; ille acriter instaret, neq; eā se dimissurum assereret, tandem sese Lamiam confessa est, & uoluisse Menippū uoluptatibus explere, ut eius postea corpus deuoraret. Consueuisse enim pulchris, & iuuenibus hominū corporibus uesci, ubi ad summā sanguinis abundantiam peruenissent. Hanc ego de Lamia narrationem, inter Apollonij gesta maxime notam de industria longiorem feci. Multi enim quod factum fuit

cognouere, utpote quod in media Græcia celebratum est, summatim uero narratum de illo est. Omnes enim hoc dumtaxat dixisse contenti fuerunt, quòd Lamiam Corinthi quandóque Apollonius deprehenderit. Quid autem egerit, & quo pacto Menippi gratia hæc fuerit operatus Apollonius, non omnes nouerunt. Sed ego ex Damidis Apolloniíq; sermonibus ista retuli, libentius quoq; propter Bassum Corinthũ ipse narraui: qui cum Bassus. *paricida habitus existimatusq; sit, tamen Apollonij sapientiam uanam falsamq; esse prædicabat, neq; frenum aut moderationem ullam habens in loquendo quem conuitia contumeliasq; temere fundentem cõpescuit Apollonius, partim disputatiõibus aduersus eum habitis, partim etiam epistolis in eum cõscriptis. Quicquid autem de eo tanquam paricida scripsit, uerum etiam proculdubio putandum est, neque enim uerisimile uidetur talem uirum conuitij causa falsum aliquid ausum fuisse dicere. In Olympijs autem ab Apollonio gesta sunt hæc. Cum sibi ad ludos proficiscenti Lacedæmoniorum legati obuiam uenissent, hospitium familiaritatemq; pollicẽtes, essent autem habitu haudquaq̃ Laconico, sed + molli, atq; lasciuo atq; ipsi delitijs omnibus affluerent, acriter eos increpuit Apollonius. Vidẽs enim homines expolitis cruribus, comis autem unguento stillãtibus, abrasis barbis, uestitu insuper fluxo ac molli. Ephoris talia nunciare illos iussit, ut publice balneorũ usu interdicto, & omnibus delitijs propulsatis, antiquam uiuendi normam consuetudinemq; reuocarent: Sic enim fore ut corporum exercitationes, & bonarũ artium studia apud*

+ συβαρίδου μισοί.

Ephori magistratus apud Lacedæmonios.

eos

eos florescerent, rediretq; sibi ipsi similis Lacedæmon. Vbi uero ipsos quæ domi curanda erant emendasse co gnouit, epistolam ex Olympijs ad eos scripsit + Laco nica schedula breuiorem, his uerbis.

+ λακωνικῆς σκυτάλης. De Laconica scytale multa Aristophanis interpres. Vide adagia Eras. tristis scytala.

APOLLONIVS EPHORIS SALVTEM.

Virorum quidem est nõ peccare, generosorũ autem etiam non peccantes sentire.

Respiciens autẽ Iouis Olympij templũ: Salue inquit bone Iuppiter, qui usq; adeo bonus es, ut teipsum hominibus cõmunices. Interpretatus quoq; est, quid Milonis ænea statua, et eiusdẽ habitus staturaq; significaret. Milo nanq; super discũ positus, simul uinctis pedibus inniti uidetur. sinistra autẽ malum Punicũ tenet, dextræ autem manus digiti recti, & rigẽtibus similes apparent. Qui autẽ in Arcadia Olympijsq; sermones ferũtur hi sunt, aiunt enim hũc athletã fuisse adeo robustũ, ut in loco ubi semel cõstitisset firmus immobilisq; ita permaneret, ut inde nulla posset ui dimoueri. Mali uero Punici cõpreßionem, firmitudinẽ tenacitatemq; digitorũ ostendere, ꝙ autẽ digiti ab inuicẽ distrahi nõ poßent, si quis etiam summis uiribus certasset, declarari aiebant ex rimis, quæ ad certam normã compositæ inter distãtes digitos cõspiciuntur. Vittam autem qua caput redimitus est, temperantiæ suæ indiciũ esse putãt. Sed hæc inquit Apollonius, sapienter profecto sunt excogitata, ego tamen sapientiora esse censeo, quæ sunt ueriora: ut igitur sciatis quid ueritatis Milonis habitus cõtineat, me audite: Crotoniatæ hunc athletam Iunonis sacerdotẽ instituere, ex quo sine alia interpretatione satis apparet

Milo.

quid

quid mitra significet, cum sacerdotē illum esse dixerim. Arbor autē malus Punica sola in Iunonis honorē plantatur. Qui autem pedibus subiacet discus, ostendit breui scuto superstantem sacerdotem Iunoni sacrificare cōsueuisse: quod manus etiā dextra significat. Digitorum uero non multum distantium inter se figuram antiquæ artis statuariæ opus esse dicebant. Cum + faciendis sacrificijs interuenisset, offendit Eliēses egregie ornatos, cum magno suarum sedium apparatu, ex eoq; nihilo minoris existimatum iri putabant, q̄ qui in ludis erāt certaturi athletæ. Interrogantibus itaq; socijs Apolloniū, quid de Eliensium dispositione erga ludos Olympicos sentiret. Sapiētes inquit necne sint ignoro, sophistas uero esse ipsos manifeste uideo. Quo pacto autē sit calumniatus eos, qui rerū gestarum scriptores esse putantur, & amētes ostenderit eos, qui supra uires aliquid scribere aggrediuntur, ex his quæ dicentur euadet manifestum. Adolescens quidā qui + sibiipsi sapiens esse uidebatur, Apollonio circa templū deambulāti occurrēs, cras inquit uelim me cōuenias, uolo enim præclarū aliquid tibi legere. Interroganti Apollonio quidnā sibi lecturus esset, orationē inquit ille, quam pro Ioue cōposui: atq; hæc dicēs illam sub ueste occultā ostēdit. Iocatus autē in uoluminis magnitudine Apollonius, quidnā inquit est, quod in Ioue laudas? an cum forte laudas qui in hoc templo est, nihil ei simile in uniuersa terra esse dicens? Hoc ipsum laudo inquit adolescēs, & propter hoc alia multa, horas enim & quæ in terra sunt, quæq; etiam super terram, & uentos, & astra omnia Iouis

Arbor malus Punica Iunoni sacra.

+ Ἀγωμένοις.

+ δοκησίσοφος.

+ ἐγκωμιαστικός.

Podagræ laus.

esse dico. Videris mihi inquit Apollonius + egregius laudator. Is certe sum inquit adolescens, usqueadeo ut Podagræ laudes scripserim, præterea surditatis, ac cæcitatis. At uero inquit Apollonius nec hydropisis, nec catarrhus tua carere debuerat sapiētia, sed hæc quoq; oportuit laudari. Quàmuis fuerit melius ut mortuos etiam laudibus prosequens, ægritudinū, quibus interiere laudes percurras, minus enim dolebunt defunctorum parētes ac filij, cæteriq; propinqui cum talia legerint. Animaduertens inde Apollonius adolescentem parum peroratione sua cohibitum, ò tu inquit laudator, ò rerum gestarum scriptor, utrum censes laudatorem melius, quæ nouit, an quæ non nouit posse laudare? Tum ille quæ nouit inquit, quónam enim pacto quæ nō nouit laudare quisquam potest? Non igitur inquit Apollonius de tui patris laudibus quicquam scripsisti, uolui inquit ille, sed quoniam mihi uisus est omnium quos unquam nouerim uirorum generosissimus, pulcherrimus, & optimus rei familiaris gubernator, et (ut summatim dicam) in rebus omnibus sapientissimus, laudationē eius scribere destiti, ueritus ne parenti dedecus potius q̄ honorem afferrem, si oratiōne suis meritis inferiore in eo laudando uterer. Accensus igitur indignatione Apollonius, quod sibi aduersus + ignorantes euenire plerunq; solebat, ò scelestc inquit, an igitur patrem tuum, quem æque ac te ipsum nosti sufficienter pro meritis laudare diffisus es, hominum uero ac deorum patrem, & huius uniuersi opificem, & omniū, quæ apud nos, quæue etiā supra nos existunt autorem, tam frigide, imperfecteq; laudare

+ ζεὺς φορτικοὺς τῶν ἀνθρώπων.

laudare non dubitasti? Nec eum ipsum quem laudabas ueritus es, non intellexisti de re, multo quàm sint homines perfectiore sermonem abs te fieri? Disputationes *in* Olympijs *ab* Apollonio *de rebus utilissimis habitæ sunt, utputa de sapientia, fortitudine, temperantia, & (ut summatim dicam) de uirtutibus uniuersis; de quibus in templi crepidine stans disputabat.* Omnes *qui audiebant stupefaciens, non solum grauitate sententiarum, sed etiam + orationis suauitate. Adsistentes igitur* Lacedæmonij *publice sibi hospitem penes* Iouem *illum fecere, eorum qui domi erant nouum parentem, & uitæ institutorem, & seniorum honorem ipsum appellantes.* Interrogante *autem quodam* Corinthio, *qui dolenter talia ferebat, an etiam diuinos honores illi decreturi essent?* Per Iouem *& libentissime quidẽ decernemus responderunt legati, uerum* Apollonius *inuidiam cauẽs à tali proposito illos reuocauit.* Postquam Taygeto *superato bene cultam* Lacedæmonẽ, *&* Lycurgi *instituta recte seruari conspexit, non iniucundum fore putauit* Lacedæmoniorum *+ sacerdotes conuenire, & quæcunque uellent interrogandi præbere facultatem. Adueniente igitur primo interrogarunt, quo pacto coli deos oporteret? quibus ille perinde inquit ac dominos.* Rursus *quo modo* Heroas, *tanquam + parentes respondit.* Tertio *uero interrogantibus quomodo homines colendi essent, non* Laconica *est hæc interrogatio.* Rursus *autẽ interrogantibus quid de legibus eorum sentiret, idem inquit quod de optimis magistris, qui multũ sane proficiunt si disciplinæ negligentes non fuerint.* Interrogantibus *adhuc*

+ ταῖς ἰδίαις τοῦ λόγου.

+ τοῖς τέλεσι, magistratus potius.

+ πατέρας.

quid de fortitudine consuleret, quomodo enim inquit
uos utimini fortitudine. Erat eo tēpore Lacedæmonius
quidam adolescens in iudicio accusatus, quod erga pa-
trios mores iniustum aliquid perpetrasset. Is autē or-
tus erat è stirpe Callicratidæ, qui Lacedæmoniorū clas
si apud Arginusas *præfuit.* Is adolescēs nauigationis cu
piditate captus, patriæ præceptis posthabitis naues fa-
bricauerat, quibus Carthaginē *primo, dein in Siciliam*
nauigauerat. Audiēs igitur Apollonius *ipsum eo crimi*
ne accusatū, graue putauit circumuentum iudicio adole
scentem negligere. Igitur ad se *uocatū, quid curis cogi*
tationibusq; tam plenus esset interrogauit? Cui adole-
scens, quia publice inquit accusatus sum, quòd nauigan
di studio deditus publica negotia non tractem. Tunc
Apollonius *inquit, pater ne, an auus tuus nauta fuit?*
Minime inquit ille, sed gymnasiorū principes, & Epho
+ πατρονόμοι *ri + maximis reipublicæ dignitatibus omnes persun-*
cti. Callicratidas *autē proauus meus, & classis præfe-*
ctus extitit. An tu inquit illum dicis Apollonius, *qui a-*
pud Arginusas *classi præfuit* Lacedæmoniorum? *Istum*
ipsum inquit adolescēs, qui etiā in ea præfectura diem
obijt. Nónne igitur nauigandi cupiditatem abstulit tibi
mors proaui tui? Sanè inquit ille. Verū ego nō pugnan
di causa nauigo, sed mercaturæ & nauiculariæ deditus
sum studio. Infortunatū igitur Apollonius *ait uiuendi*
genus (ut arbitror) elegisti. Primū enim huiusmodi ho-
+ ἀγορὰν. *mines oēs + nūdinas circuūt, ut qui minimo emāt, quæ*
+ προξένους. *sibi sunt opus: deinde cum + peregrinis, & cauponibus*
degentes assidue aliquid emunt uēduntq;, & sceleratis

usuris

usuris capita supponētes ad + perniciē suam festinant. Quod si res prosperè successerint, bene nauigat nauis, & multus illis ubiq; est sermo, q̧ neq; inuiti, neq; uolentes tale studium deserent unq̄: si ex mercatura non consequātur utilitatē, minora nauigia cōscendentes naues + perfringunt, & causam in deos impie referentes, nō inuiti alienis opibus potiūtur. Quod si etiā tale nō esset maritimū, ac nauticū genus, nónne summo dedecori tribuetur uirum Spartiatam, his parentibus ortum, qui in media Sparta uitam duxerunt in cōcaua naui latitātem, oblitū Lycurgi Iphitiq;, & cæterorū Spartiatarū de naulis nauiculaq; solicitum esse? Quòd si nihil aliud, saltē Spartā ipsam cogitare oportet, quādiu terrestribus negotijs intēta fuit ad cœlum usq; gloriā extendisse. Postq̄ uero maritimis studijs sese dedit, in profundo mersam, & propemodū extinctā esse, nō in mari solum, uerum etiā in terra. His uerbis usq; adeo cōmotus est adolescens, ut defixis ad terrā oculis uehemēter ploraret, quod tantū à suis maioribus degenerasset, pollicetur q; se cōtinuo naues, ubi uixerat uenditurum. Cumq; in eo persistentē animaduertisset Apollonius ad Ephoros dixit, atq; ut iudicio absolueretur ab ijsdē impetrauit. Illud quoq; inter ea, quæ apud Lacedæmonios gesta sit memoratur. Romanorū imperator per epistolā grauiter Lacedæmonios accusabat, q̧ libertate nimiū abutentes, alijs contumelias afferrent. Id autem eius opera, qui Græciæ præerat euenisse intelligebant Lacedæmonij. Erat igitur magna apud eos ambiguitas, atq; inter se dißidebant Spartiatæ, utroque modo rescribere

+ ἀρχαῖον, nō intellexit de mutuo forte usurarum.

+ προσαράττει, nauē perdunt.

ſatius eſſet, an ſeſe de obiectis purgando regis iracundiam placarent, an cõſtanti magnoq́; animo illius dicta cõtemnerent. Igitur huius rei conſiliariũ adhibuerunt Apollonium, epiſtolæ ſententiã ſibi narrantes. qui poſt quam inter ſe diſsidẽtes illos animaduertit, in medium
Palamedes literas inuenit. procedẽs breuiter in hunc modum locutus eſt: Palamedes literas inuenit, non ſcribendi ſolum cauſa, ſed ut etiam cognoſcere quiſq; poſſet quæ ſcribenda nõ eſſent. Hoc modo Lacedæmonijs ſuaſit, ne nimium audaces, néue rurſus ſupra modum pauidos in ſcribendo ſe oſtenderent. Manſit autem Spartæ poſt Olympia quoad hyems tranſiret. Veris autẽ principio ad Maleam profectus eſt, eo conſilio ut inde Romam tranſmitteret.
Somnium Apollonij Hæc autẽ cogitanti ſomniũ huiuſmodi apparuiſſe tradunt. Viſa eſt mulier ſtatura maxima, & ætate uetuſtiſsima illum amplecti, rogareq́;, ut ſe antea cõueniret, q̃ nauigaret in Italiam: aiebat aũt ſe Iouis nutricẽ eſſe, coronamq́; gerebat terreſtribus omnibus, maritimisq́; diuitijs ornatam. Cum igitur ſomniũ diligentius exami
Creta. naret, nauigãdum ſibi prius eſſe in Cretam percepit. Ea nanque inſula nutrix Iouis appellari ſolet, quia in ipſa
+ ἐμαιώθη. fuerit + educatus. Corona uero aliam fortaſsis monſtrabit inſulã. Cum eſſent apud Maleam naues permultæ in Cretam nauigaturæ, ipſe nauem delegit, cõmunis societatis capacem. Cõmunem uero ſocietatẽ uocabat, cum ſocios, tum ſociorũ ſeruos ac miniſtros, neq; enim illos
Gnoſus. contemnebat. Præteruectus autẽ Cydoniam, et ad Gnoſon appellẽs, Labirynthum, qui adhuc extabat, ubi clauſum aliquando fuiſſe Minotaurum ferunt, uolentibus

ſocijs

ſocijs uidere permiſit. Ipſe uero ſpectare ſe nolle inquit iniuriam Minois. Acceſsit uero in Cortynam, ut Idam Ida.
uideret. Illuc quoq; aſcendens, theologos qui in eo mon te erant allocutus eſt: & in templum uenit Lebenæum Lebenæum.
nuncupatum, quod Aeſculapio dicatum eſſe ferunt. Et ſicut Aſia uniuerſa Pergamũ uenit, ita omnis Creta ad id templum congregatur. Multi etiam ex Aphrica re- ligionis cauſa eò nauigant. Vergit enim id templum ad Lybicum pelagus, + retro lucidũ promontoriũ, ubi mul + κατὰ γοῦν
tum mare paruus cohibet lapis. Lebenæũ autẽ appella τῶν Φαιστὸν, ſe
ri dicũt, quoniã ab ipſo promontoriũ extenditur leonis cus Phæſtũ oppidũ. Vi-
imaginẽ retinens, qualia fortuito in ſaxis accidere ple de Strabo.
runq; uidemus. Indigenæ uero fabuloſe de promõtorio Lebenęũ cur dictum ſit.
narrant, eſſe unum ex leonibus, qui quondã Rheæ ma- tris iugo ſubditi fuerunt. Cum illic circa meridiẽ Apol lonius cum uiris plurimis, et ſacerdotibus templi diſpu taret, ingens terræmotus uniuerſam Cretam concuſsit. Tonitru præterea, nõ ex nubibus, ſed ex terra nato im- mugijt, mareq; ſubſedit ſtadia circiter ſeptem: multiq; timuerunt ne deficiens pelagus templum quoque ſecum unà traheret, ita ut omnes abſorberẽtur. Verum Apol lonius cõfidite inquit, mare enim terram peperit. Qui- bus uerbis elementorum concordiam deſignari pleriq; cenſebant, ita quòd nihil noui erga terram operaturum mare credendum eſſet. Poſt paucos dies ex Cydonia ue nientes nõnulli, nuntiarunt eadẽ die, quo hæc in Creta contigerãt, circa meridiem + à Ioue ſigna fuiſſe miſſa, + ἐγένετο ἡ διο
& ſimul ex mari inſulam emerſiſſe in freto, quod inter σημία, prodi
Theram Cretamq; iacet. Sed nos orationis prolixita- gioſam tẽpe ſtatem fuiſſe

Apollonius Romam uenit. *tem fugientes, ad ea quæ Romæ geßit Apollonius trans feamus: quoniã his quæ in Cretam fuerant acta succeſſe runt.* Eo *tempore* Nero *philoſophari non ſinebat homi nes, inanẽ operam ſibi uideri philoſophiam dicens: quæ diuinandi peritiã adumbraret,+ & philoſophi aliquot accuſati fuerant, quia diuinandi artem exercere dicerẽ tur. Sed ut alios omittam* Muſonius B*abylonius, qui ſa pientia ſecundus ab* Apollonio *putabatur, in carcerem detruſus in ſummo uitæ uerſabatur, & niſi ualido robu ſtoq; corpore extitiſſet, in carcere proculdubio fuiſſet mortuus. Dum in hoc ſtatu philoſophia eſſet,* Apollo*nius* Romam *uenit. Cumq; ſtadia uiginti ſupra centum*

+ καὶ ἤχθη τι ὁ τρίβων ἐς δικαστήριον ὡς μαντικῆς χῦμα.

Philolaus Cittieus. Romæ *appropinquaſſet apud Aritiæ nemus,* Philolaum *Cittieum inuenit.* Erat Philolaus *lingua quidẽ ſatis prõ ptus, ſed mollior ad incommoda toleranda: & tunc ob metũ* Roma *fugiens quouſque inueniebat philoſophos, ut idem facerent hortabatur.* Is Apollonio *ſalutato per ſuadere nitebatur, ut tempori cederet, &* Romam *non pergeret, ubi multas calumnias philoſophia patiebatur. Et omnia quæ illic fiebant ordine exponens, oculos cre bro huc atque illuc uertebat, ueritus ne retro quiſquam aßiſtens, quæ ab eo dicebantur audiret.* Liberalius *ita que* Apolloniũ *increpãs, tu inquit philoſophorum tur bam trahens* Romam *uadis, inuidiam tibi plurimam cõ paras.* Neque *noſti ad urbis portas eſſe quoſdam à* Ne*rone cõſtitutos, qui te ſimul, & hos cõprehendent ante quam urbem ingrediaris.* Cui *autem ſtudio inquit* Apol*lonius, ò* Philolae *uacat imperator?* Publice *inquit ille,*

Neronis ſtudia. *uelut auriga quadrigam regit, cantátque in* Romano*rum*

rum theatris, & cum + gladiatoribus uiuit, ipse quoq; munere fungẽs gladiatorio homines iugulat. Ad ea respondens Apollonius, uir inquit egregie an maius aliquid spectaculum erudito homini esse censes, quàm regem impudentem uidere? Dei nanque ludibrium homo est, iuxta Platonis sententiam: Rex autem hominum ludibrium factus, suumq; pudorem, ut plebi gratificetur negligens, quos & quales philosophantibus præbebit sermones. Sanè per Iouem inquit Philolaus, modo absq; periculo id fiat. Quid autem si eo deductus intereas, aut te uiuentem Nero deuoret, priusquam aliquid eorum quæ facit aspexeris: pluris enim id tibi constabit, quàm Vlyssi quando ad Cyclopem uenit. Multòs enim socios amisit, dum mõstrum illud studet uidere, feri crudelis spectaculi cupiditate superatus. Tunc Apollonius, putas inquit hunc minus, quàm Cyclopem cæcum esse cum talia agat? Tum Philolaus, ut tibi uisum fuerit facito, hos tamen uelis saltem saluos esse: atq; hæc uoce paululum elatiore dicens ingemuit. Tum Damis ueritus, ne qui secum erant adolescentes, per iniectam à Philolao suspicionem deteriores facti essent, hoc modo Apollonium est allocutus: Perdidit hos adolescẽtes + hæc oratio, timore tristitiáque omnia cõplens. Imò inquit Apollonius cum multa etiam non petenti mihi bona dij plerunque dederint, nescio an maius ullum ab ipsis unquã accæpisse me putem. Contigit enim occasio præclara, qua possem de his adolescentibus experientiam capere, quinam ex ipsis uere philosophẽtur, quiue rursus aliud quiduis potius quàm idipsum agant. Idq; statim ipsa re

+ μονομαχούντων.

+ λαγὼς οὗτος, id est, lepus iste. Improbans lepide Philolai timiditatem.

comprobatũ est, qui enim inter eos minus fortes erãt, Philolai sermonibus persuasi, alij quidem ægrotare se simulabant, alij uiaticum defecisse querebãtur, alij rerum domesticarum solicitudine domum reuocari dicebant, alij somnis se perterritos causabantur, atq; ita cũ octo socijs tantum remansit Apollonius, cum quatuor supra triginta iter suscepissent, ut Romam secum proficiscerentur. Cæteri uero philosophiam, Neronemq́; timẽtes fugam arripuere. Congregans igitur qui remanserant Apollonius, inter quos Menippus erat, quẽ à + lamia liberauerat, & Dioscorides Aegyptius, & Damis. Ego inquit eos non increpabo qui nos deseruerunt, sed uos magis laudabo, quoniam uiri estis mihi similes, nec existimabo similem eum qui Neronem timens discessit, sed qui eiusmodi superauit. Hunc ego uere philosophum appellans docebo quæcunq; scio. Cẽseo igitur primum uota dijs facienda, qui nobis talem mẽtem dederunt, deinde, ut talis itineris duces nobis sint. Nihil enim sine illis sumus, tum demum in urbem pergendum, quæ tam magnæ orbis parti imperat: quam nescio quo pacto intrare quisquã poßit, nisi ipsi duces adsint, præsertim tam sæuo tyranno ipsam tenente, ut non placeat quibusdam sapientes esse nec haberi. Puto autem nemini stultum consilium uisum iri, si audeamus ad urbem proficisci quam philosophorum pleriq; fugiunt. Ego enim ita sentio, eorum, quæ apud homines sunt, nihil esse tam terribile ut sapientem terrere poßit. Deinde nihil curam diligentiamq́; in hominibus excitare, nisi quod periculo fiat. Nos præterea tantũ peragrauimus terrarũ, quantum

+ ἐμπούσῃ

Dioscorides Aegyptius.

tum alius fortasse nemo, & feras uidimus, tum Arabicas, tum Indicas multiplices & multiformes: Hanc autem belluam, quam tyrannum pleriq; uocant, neq; quot habeat capita scimus, neq; utrũ† curuis unguibus aduncisq; sit dentibus nouimus. Et quanquam ciuilis bestia esse dicatur, & in medijs urbibus habitet, eo tamen perhibetur immanior ijs, quæ in montibus, aut paludibus degunt in quo leones quidem, aut pantheræ quandoq; si mulceantur mansuescunt, & innatam feritatem exuunt, hæc autem ob attrectationẽ ferocior facta omnia lacerat. Quinetiam belluas proprias matres deuorasse nemo unquam, aut dixit, aut audiuit, ea tamen immanitate saturatum Neronem accepimus. Quod si ab Oreste, aut Alcmæone tale aliquid factum legimus, pietas in patres aliquam delictis excusationem prætendit, cum alter ab uxore propria interfectus, alter monilis cupiditate perditus sit. Is autem à matre æditus, senescente iam rege patre, & imperij hæreditatem nactus naufragio matrem interemit: nauim eius gratia fabricatus, in qua non procul à terra extincta est. Quod si quis ob hæc metuendum esse Neronem existimat, & propterea philosophiam refugit, non tutum esse putãs præter illius uoluntatem aliquid agere, sciat hoc illis nequaquam esse metuendum, qui ueram sapientiam modestiamq; attigerũt: talibus enim omnia quæ à dijs mittuntur prospere succedunt, & conuiciatorum nugas, perinde ac ebriorum hominum sermones paruifaciũt, quod illos dementes quidem, non tamen metuendos arbitrarentur. Pergemus igitur Romam, si fortes erimus.

Tyrannus bellua.

†γαμψώνυχόν τε, καὶ καρχαρόδουν

Nero matrẽ interemit.

Contra Neronis enim iussa, quibus ille philosophiā exterminat, Sophoclis † elogiū satis est dicentis.

† ἰαμβεῖον.

Οὐ γάρ τί μοι ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε
Οὐδὲ μοῦσαι καὶ ἀπόλλων λόγιος. Id est,
Non hæc mihi si nuntiet sit Iuppiter,
Nec sint mihi Musæ, aut Apollo nobilis.

Verisimile autem est, & Neronem hoc iambicum carmē audisse, cum tragœdijs (ut ferūt) maxime gaudeat. Hoc loco ueritatem sortitum illud Homeri dictum iure putabitur: Ait enim postquam oratio uiros bellaces irritauit, omnes una galea, unusq; clypeus fiunt. Id enim in uiris istis tunc accidere uisum est, qui Apollonij oratione corroborati, mori etiam pro philosophia prompti paratiq; erant: & se potiore conditione, quā qui fugerant esse arbitrabantur. Cum igitur urbis portis appropinquassent, custodes nihil interrogantes, sed nouitatem habitus admirati uenientes circumstetere: sacer enim habitus quidam, nec † pecuniarum coactoribus conueniens uidebatur. Cumq; in hospitium portæ finitimum diuertentes cœnam poposcissent (iam enim dies in occasum uergebat) ebrius quidam † in uicum uenit, uocem habens non planè rudem, aut incultam. Is Romanam urbem perambulans, Neronis carmina decantabat, qui uero aut negligentius audisset, aut post auditionem non præbuisset mercedem, ab eo tanquam impietatis in deos reus in carcerem ducebatur. Is citharam, & omnem citharœdorum ornatum gestabat, præterea cordam usu pulsandi iam attritam in cistella portabat: eam ex Neronis cithara duabus minis emptam

† ἀγείρουσι.

† ἐπὶ κῶμον ἔρχεται.

iactitans, nec se ulli unquam eam uenditurum, nisi optimus esset citharœdus, quiue aliquando in Pythijs ludis decertasset. Is igitur, ut consueuerat, in sui cantus præludio breuem de Nerone hymnum percurrens, carmina subiecit, partim ex Oreste, partim ex Antigona, & ex alijs passim tragœdijs à Nerone cõscripta, inflectẽs cantus male, peruerseq; à Neroue ululatos. Cum uero Apollonius comitesq; segniter, ac negligenter audirẽt, ipse uiolatũ ab eis Neronẽ, et diuinæ uocis inimicos esse clamitabat, quamuis illi uerbis eius nullã curam adhiberent. Interrogante autem Apolloniũ Menippo, quo pacto huius hominis uerba audiret, aut quid sibi agendum censeret? Respondit Apollonius, quid aliud agamus, nisi ut postq̃ cantare desierit, nos nihil eius oratione commoti ostentationis suæ mercedem soluentes, sinamus illum Neronis Musis eo modo sacrificare. Postero die Telesinus consulũ alter uocatũ Apolloniũ, quisnã is esset quẽ gerebat habitũ interrogauit. Ille aũt purus inquit, & mundus, & ex nulla morticina materia confectus. Quæ uero tua sapientia est interroganti, ex diuino inquit, afflatu proueniẽs, & quæ homines doceat, quo pacto deos precari, & eisdẽ sacrificare cõueniat. Est ne aũt philosophus ullus qui hæc ignoret? Permulti inquit Apollonius. Quid si quis recte talia sciuerit? Melior inquit Apollonius etiam euadet, si sapientiorem audiens certior fuerit factus se rectè scire quæ sciuit. Talia audienti Telesino (erat autem erga res diuinas propensior) in mentẽ uenit eius uiri, de quo iamdudum multa audierat, non tamen de nomine palã interrogare uolebat

Telesinus consul.

lebat, ne consilium suũ patefaceret. rursus itaq; ad colloquium de rebus diuinis hominem reuocauit. Erat enim ad sermones inferendos idoneus, & tanquam à sapiẽte quæsiuit, quid tu ad aras accedẽs precaris deos? Ego inquit Apollonius precor, ut iustitia apud homines ualeat, & leges non soluantur, utq; sapientes pauperes sint, cæteri uero sine fraude ditentur. Talia uero petens inquit Telesinus tibi etiam satisfecisse censes? Certe inquit Apollonius, omnia nanq; oratione cõplector una, & ad altaria ueniẽs ita precor: O dij præbete mihi quæ mihi debentur, quod si bonus sim uir, maiora etiam quàm peto assequar, sin uero inter paucos dij me collocarunt, contraria mihi ab eisdem promerens, neq; deos accusare potero, si me ipsum malis dignum iudicauì cum sim prauus. Hæc audiens Telesinus obstupuit, & Apollonio gratificari cupiens, accede inquit arbitratu tuo ad omnia deorum templa. Ego enim sacerdotibus præcipiam, ut te suscipiant. Tu autem corrigas uelim, siquid emendatione dignũ inueneris. Quid uero inquit Apollonius, si non iusseris non me suscipient? Minime inquit ille, mea namq; est huiusmodi rerum potestas. Gaudeo inquit Apollonius, quod cum sis uir magnus ac generosus de rebus magnis habeas potestatem. Hoc autem de me scias uelim: Ego templa non penitus arcana incolere gaudeo, neq; me deorum quisquam respuit, sed tecti participem dignantur omnes, rogo igitur ut mihi apud uos itidem pateant templa, quod Barbari etiam concessere. Tum Telesinus, magnã inquit Romanorum laudem Barbari præoccuparunt, uolo

uolo autem, ut de nobis hoc ipsum referre poßis. Tua igitur arbitratu quæcunq; libuerit templa incolito, & ex alio in aliud uti placet, transmigrato. Faciam inquit Apollonius, *neq; id præter rationem, ut arbitror. Dei namq; non semper in eodem permanent loco, sed nunc ad Aethiopas, nunc ad Athon, nunc ad Olympum proficiscuntur. Absurdum igitur esse puto, cum dij uniuersas gentes perambulando transeant & lustrent, homines ad omnes deos aliquando non accedere. Præterea si domini seruos despexerint, culpa carebūt, forte enim tanquam prauos eos despiciunt, serui autem qui suos dominos non uenerantur, ab eisdem perdentur, tanquā impij, scelesti, & dijs inimici. Cum talia in templo disputaret Apollonius, augebatur indies deorum cultus, eiusque dictis homines obtemperabant, quod maiora dona à dijs sese habituros sperarēt, nec quisquam adhuc eius uiri sermones calumniabatur, quia omnibus æque palamq; consulebat, neq; cuiusquam pulsabat fores, aut potentiorum limina terebat, sed ad se uenientes benigne excipiens, non secus ad eos, quàm ad populum loquebatur. Postquam* Demetrius *erga* Apollonium, *sicut in* Corinthijs *sermonibus diximus, beneuolentia affectus* Romam *uenit, colebat quidem* Apollonium, *qui eum frequenter ad* Neronem *mittebat, ut eius suspitionem tali arte dimoueret. Videbatur autem* Apollonius *maxime ob hoc ipsum retinere* Demetrium. *Idq; uel maxime tunc est iudicatum, cum* Neroni *gymnasium paratum est omnium, quæ* Romæ *essent maxime admirabile. Ibi* Nero *magnusq; senatus, &* Romanus *equitatus omnis* Demetrius.

sacrifi-

λιναῖν [...] ιον ἐν αὐτῷ [...]ιραγ.

sacrificia, + diemq; festum summa cum lætitia celebrabant. Illud igitur gymnasium ingressus Demetrius, orationem habuit aduersus eos qui balneis utebantur, propterea quod seipsos molles effœminatosq; reddentes, inquinarentur magis q̃ mundarentur. Omnem igitur in rebus huiusmodi sumptum inanem superuacuũq; esse monstrabat: quibus uerbis adeo in se audientium iracundiam cõcitauit, ut una res tantũ fuerit auxilio, quin subito interficeretur, ea uero fuit quod ea die Nero clariore maioreq;, quã unq̃ aliâs uoce cantauerat.

-λέζωμα [...]χωγ.

Cantabat autem in cauponaria taberna nudus, & + fœmoralibus dũtaxat amictus, non secus, ac sordidißimus quisq; cauponũ. Nec tamen effugit Demetrius, quin magnum pro his, quæ dixerat periculũ subiret.

[T]igillinus.

Tigillinus enim, cuius in manibus Neronis gladius erat, Roma illũ expulit, non secus ac si balnea suis uerbis esset demolitus. Is quoq; Apollonium clanculum obseruabat, nũ & ipse notatione dignum, aut abiectum aliquid diceret, ille uero palam, nec serio nec ioco quicquam notatione dignum proferebat, ut qui periculum aliquod grauius caueret, sed apte ad interrogata respõdens, unà cum Telesino philosophabatur. Accedebãt ad eũ insuper nonnulli, qui licet philosophia periculum afferret, non putabant si cum illo degerent periculum aliquod subire posse. Auxit Apollonij extimationem de + prodigio ab Ioue misso sententia. Cum enim aliquando sol defecisset, & tonitru ingens esset subsecutum, quod in eclipsi fieri minime consueuit, aspiciens in cœlum Apollonius, erit inquit magnum aliquid, & non erit. Quam sententiã, qui

+περὶ διοση[μίας]. Est aũt [δ]ιοσημία quæ unq; monstruosa tempestas, quæ in aëre fit, nõ tam ab Ioue appellatione facta, quã ab aëre, quẽ & ueteres Δία appellarunt.

qui tunc audiuere interpretari minime poterant, triduo autem post solis defectionem omnes eam intellexere. Accubante enim in conuiuio Nerone, decidens fulgur calycem, quem manibus tenebat excussit, cum iam ori propius illum admouisset. Hoc igitur Apollonij uerba significabant. Cum enim tam parum abfuerit à percußiōe fulminis imperator, merito magnum aliquid factum iri, et rursus non factum iri inquit Apollonius. Tigillinus autem cum talia audisset, timuit hominē, quasi sapientia dæmonum præditum, neq; palam ipsum criminandum censebat, ne clanculum aliquod malum sibi ab eo proueniret. Verum tamen loquētem, tacentemq;, sedentem, & ambulantem, & quid apud quenq; manducaret, & biberet sacrificaret, nec ne, tot oculis + quot reges habent obseruabat. Cum morbus, quē catarrhum medici dicunt, Romā inuasisset, + plena erant tēpla dijs sacrificantium hominū, quoniam Neronis fauces intumuerant, ita, ut exiguus uocis usus illi relictus esset. Dolebat autem Apollonius propter magnam eorum ignorantiam, neminē tamen palā increpabat. Quinetiā Menippum eorū gratia parumper irritatum compescuit, iubens ipsum dijs ignoscere, si minimis ridiculorū gaudeant. Ea uerba cum ad Tigillinum relata essent, ministros misit, qui Apollonium in iudicio uocarent, excusationē facturū de his, quæ impie aduersus Neronē locutus esset. Erat etiā accusator contra ipsum paratus, qui multos antea iā perdiderat, et tali neqtiæ genere, tanq̄ Olympiorum uictoria exultabat. Is etiam accusationis + syngraphā à se compositā habebat in manibus, eamq;

tanquam

+ὁπόσοις ἡ ἀρχὴ βλέπει.

+Græce adijcitur unde & tusses oriebātur, & linguæ præpeditioris inloquendo pleriq; fiebant.

+Legendum mimis μίμοις γελοίων.

+γραμματεῖον.

tanquam gladium in Apollonium euaginaturum, interfecturumq; esse, minabatur. Postquam uero Tigillinus acceptam syngrapham explicans, literarum in ipsa uestigium nullum uidit, & libellum quasi lituris nunquam signatum aspexit, de dæmone rursus cœpit cogitare. Hoc idem postea Domitiano ab Apollonio dicitur eue-

†Δικαςήριον. *nisse. Aduocans igitur Tigillinus in secretiorem† prætorij partem, ubi de rebus maximis consultare solitus erat: & arbitris omnibus submotis, quis nam esset interrogabat? ei Apollonius, & patris & patriæ nomen exposuit, & quali sapientia uteretur enarrauit. Dixit quoq; se sapientia uti ad deos intelligendos, & res hominum cognoscendas. Nam seipsum nosse longe difficilius est, quàm alios cognoscere. Dæmones uero inquit Tigillinus, & idolorum apparitiones quomodo redarguis? Perinde inquit Apollonius, atq; homicidas, atque impios homines. Hoc autem dixit ut Tigillinum morderet, qui crudelitatis omnis, & lasciuiæ præceptor erat Neroni. Rursus autem Tigillinus: Volo inquit, aliquid mihi uaticineris quod te rogabo. Tunc Apollonius, quô nam inquit pacto efficere id possum, cum nõ sim uates. At qui te esse perhibent eum, qui dixisti, fore magnum aliquid, & nõ fore. Vera inquit Apollonius audisti, attamen id non ex uaticinandi peritia protuli, sed magis ex sapientia, quã uere philosophantibus uiris deus præstat. Neronẽ uero inquit ille cur nõ times? Quoniã inquit deus, qui dedit illi esse terribilem, mihi quoq; interritum esse præbuit. Quid autẽ sentis de Nerone? Longe melius quàm uos inquit. Vos enim cantare dignum*

inquit

inquit putatis, ego autem dignum tacere. His uerbis stu pefactus Tigillinus abi inquit, quocunq; libet, fide iusso ribus antea pro corpore datis: tunc Apollonius quis inquit fideiussor esse pro corpore uelit, quod uinciri, aut detineri † à Nerone potest. Hæc dæmonis cuiusdam opera supraq; naturam hominũ Tigillino uisa sunt, & quasi cum deo luctari deuitans, abi inquit quocunq; libet, potentior enim es, q̃ ut meo subijciaris imperio. Aliud præterea ab Apollonio miraculũ tale factũ est. Puella quædam ipso nuptiarũ tempore mori uisa est, quã phe retro impositam sponsus lugens sequebatur, de nuptijs imperfectis multum conquerens & grauiter dolens: † Habitabat autem puella in domo consuli uicina. Huic igitur funeri occurrens Apollonius, deponite pheretrum inquit, ego enim uestras pro puella lachrymas sedabo, & simul quod nam puellæ nomen esset interrogauit. Pleriq; igitur illum orationem habiturum putabant, qua mœrentium lachrymas, doloremq; sedaret. Ipse uero puellam attrectans, atque aliquid illi secreto admurmurans, ab ea quæ uidebatur morte reuocauit, quæ statim etiam loqui incipiens in paternam domum rediijt: sicut Alcestis quondã ab Hercule in uitam restituta. Cumq; puellæ parentes drachmarum milia quindecim Apollonio donarent, ipse pro dotis accessione puellæ pecunias largiri dixit. Vtrum uero scintillã animæ in ipsa inuenerit, quæ ministros medicosq; latuerat, siue decidens forte pluuia dispersam, & pene iam extinctam animam calefaciens in unum congregauerit, difficile coniectatu est, non mihi solum, uerumetiã his,

Græce est à nemine.

Apollonius puellã è mortuis suscitauit.

Græce adijcitur, lugebat & simul tota Roma.

Alcestis

qui rei uidendæ interfuerunt. Id autem satis constat dum funus efferretur forte pluisse. Erat quoq; *temporibus illis Musonius in* Neronis *carcere detentus, quem in philosophia perfectissimum fuisse asserunt.* Hi *coram inter se loqui non potuerunt recusante Musonio ne maius utriq; periculum ea res afferret, sed per epistolas mutuo collocuti sunt,* Menippo Damideq; *ad carcerem uenientibus. Nos uero de rebus non magnis epistolas omittentes, eas quæ plus grauitatis habere uisæ sunt interposuimus, ex quibus magnum quid de illius sapientia possumus coniectare. Sunt autem* Apollonij *ad* Musonium *epistolæ tales.*

Musonius à Nerone in carcerē abiectus.

APOLLONIVS MVSONIO *philosopho salutem.*

VOlueram ad te ueniens, & sermonis, & domus particeps fieri, modo quippiã iuuare te possem: quod si non diffidis posse me tanq̃ Hercules *ab inferno* Thesēum *liberare, scribe quid fieri uelis.* Vale.

MVSONIVS APOLLONIO *philosopho salutem.*

PRo his quæ cogitasti laudē mereris, uir aũt excusatum sese reddere expectans, & nihil se deliquisse palam ostensurus seipsum liberabit. Vale.

APOLLONIVS MVSONIO *philosopho salutem.*

SOcrates Atheniēsis cũ è carcere ab amicis liberari noluisset, in iudiciũ processit, et tamē mortuus est.

MVSONIVS APOLLONIO *philosopho salutem.*

SOcrates

Socrates mortuus ē, quoniā sibi defensionē nullā parauit, ego aūt meipsum excusando defendā. Vale. Transmissurus in Græciā Nero publice per præcones edixit, ne quis philosophus intra Romana mœnia permaneret. Quæ res Apollonium ad orientales partes conuertit, ubi colūnis quibusdam Oceani gurgitem terminari dicunt, cum Gades etiam uidere cuperet. Multa nāq; de philosophia illic degentium hominū audiuerat, quodq; magnam de rebus diuinis cognitionē haberent. Secuti autem sunt illum amici omnes, & peregrinationem, & uiri mentem laudantes.

PHILO
STRATI DE VITA APOLLONII
Tyanei liber Quintus.



DE COLVMNIS QVAS ueluti terræ terminos posuisse Herculem ferunt, fabulose dicta prætermittentes, quæ auditu narratuq; digna comperi deinceps explicabo. Europæ Africæq; promontoria stadiorum sexaginta fretum continentia Oceanum, ad ea quæ intra terram sunt maria immittunt. Columnæ Herculis. & Africe quidem promontorium, nomine Abyla, leones continent in superciliis montium habitantes. Eius montis interior pars ad Getulos Tingasq; pertinet, gētes efferas atq; immanes. Abyla. Getuli. Tingæ. Per Oceanum uero nauigan-

Salex. *tibus stadia nonaginta protenditur usq; ad Salecis flu-minis hostia. Illinc autem, quantum ulterius protenda-tur non facile coniectare quisquam posset. Nam post eum, quem nuper diximus fluuium, inaccessibilis Africa est, nec homines ultra reperiuntur ulli.* Europæ pro-

Calpe. *montorium Calpe dictum dextera nauigationem conti net stadiorum sexcentorum, terminaturq; ad antiquas* Gades. Oceani *uero conuersiones ipse quoq; apud Cel-*

Causa accessus & recessus Oceani. *tas tales aspexi, quales etiam fama feruntur. Causam uero sæpenumero contemplatus, ob quam tam uastum pelagus accedat recedatq;, adinuenisse* Apollonium *cen seo, qui in earum una, quas ad* Indos *scripsit epistola, sic ait:* Oceanus *à spiritibus sub aqua existentibus im-pulsus ex multis hiatibus, qui partim sub ipso, partim in terra circa ipsum sunt ad exteriora diffunditur, ac rursus retrocedit, postquam uelut anhelans, quem dixi mus spiritus resedit.* Huic *opinioni fidem facit id, quod apud* Gades *ægrotantibus contingit.* Nam *quo tempo-re excrescens aqua regionem inundat animæ morien-tes non deserunt: quod profecto non eueniret, nisi spiri-tus ipse in terram secederet.* Quæ *autem circa lunam apparere dicunt nascentem, plenam, & decrescentem, eadem omnia circa* Oceanum *fieri animaduerti.* Eius *enim mensuras sequitur simul, cum ipsa decrescens au-gescensq;, & nox diem, rursusq; dies noctem excipit, apud* Celtas *quidem perparum lumine, aut tenebris ua riantibus, sicut hic etiam accidit.* Circa Gades *autem, & columnas manifeste tanquam fulgura ante oculos*

Fortunatæ insulæ. *cadere dicuntur.* Perhibent *quoque beatorum insulas*

Africæ

Africæ lateribus diffiniri, ad inhabitabilem promonto-
rij partem uergentes. Gades *autem in* Europæ *lateri-* Gades.
bus positæ sunt. Qui uero illas incolunt non religiosi
tantum, sed superstitiosi homines habentur. Senectæ
nanq; aram dicarunt, soliq; hominum+festis cantibus +παιανίζον
*mortem collaudant. Sunt quoque apud ipsos artis & *
paupertatis aræ positæ, sicut Aegyptio, & seorsum Hercules
Thebano Herculi. *Alterum nanq; finitimam usq;* Ery- Thebanus.
thiam penetrasse ferunt cum Geryone, *eiusq; boues ca-* Hercules A-
ptiuos duxit. Alterum uero sapientia excellentem to- gyptius.
tum terræ ambitum dimensum esse. Præterea qui Gades
incolunt Græci esse perhibētur, nostroq; more eruditi,
maxime Atheniēses præter cæteros Græcos uenerari.
Idcirco Mnestheo Atheniensi sacrificare. Themisto-
clem quoque, tanquam maritimum bellatorem egregiū,
sapientiæ fortitudinisq; gratia uenerantes æneum sta-
tuerunt: eiq; tanquam oraculo reuerenter assistunt. Ar-
bores etiam illic esse tradunt, quæ nusquam alibi terra-
rum inueniuntur. Appellari autem Geryonas *& duas*
tantum esse. Ortæ *sunt autem iuxta sepulchrum, quod* Geryones ar-
illi Geryoni statuerunt, speciem ex pinu, piceaq; com- bores.
mixtam habentes, sanguinem uero stillare, sicut Iliacam Populus
populum auro manare dicunt. Insula uero in qua tem- Iliaca.
plum est, æqualis est magnitudine ipsi templo. Nulla au +βαλβῖδι,
tem eius pars est petrosa, sed leui politoq; +solo. Colunt translatū e-
autem in eodem templo ambos. Hercules, *simulachra* à circorū so-
autem illis nulla sunt, sed Aegyptij *quidē aræ sunt duæ* lo quod pla-
æneæ absque simulachro, Thebani *autem una tantum.* num esse &
lene con-
uenit, ne in-
Hydræ *insuper, &* Diomedis *equi, & duodecim* Her- tercurrēdū
culis impingant

liua Pygmalionis.

culis opera, ex lapide sculpta conspiciuntur. Pygmalionis insuper aurea oliua in ipso Herculis templo posita est, mirabili (ut aiunt) arte fabricata, cuius præcipua pulchritudo in fructuum opere conspicitur, qui ex lapide smaragdo confecti, ueris oliuis simillimi apparent. TEVCRI etiam TELAMONII baltheus aureus eodem in loco monstratur. Quomodo autem, aut qua de causa ad Oceanum peruenerit, nec ipse DAMIS inuenisse testatur, nec unquam aliquid ex APOLLONIO audiuisse. Quæ autem in templo sunt columnarum simulchra, ex auro argentóque simul fuso, & in unum colorem redacto facta esse narrant. Esse autem quadrangulares uelut incudes, & eorum capita literis inscripta sunt, non Aegyptijs, neq; Indicis, neq; ab aliquo penitus cognitis. APOLLONIVS autem, cum de hac re sacerdotes nihil dicerent, non permittit me ait Aegyptius Hercules tacere, quæ sciam. Hæ columnæ terrarum Oceaniq; uinculum sunt, ipse uero Hercules in domo PARCARVM inscripsit, nequa elementis contentio accederet, neque amicitiam disiungant qua inuicem tenentur. Nauigarunt quoque fluuium Bætim, qui maxime Oceani naturam erga fluxum refluxumq; declarat. Excrescente enim pelago uersus fontes, ex quibus oritur fluuius fertur, spiritu quodam ipsum à mari depellente. Regionem uero ab eo flumine Beticam cognominatam, optimam uberrimámque esse tradunt, ciuitatibusq; & pascuis abundantem. Deriuatur autem fluuius per omnes urbes, agri uero egregie culti affatim omnia ferunt. Cœli temperies talis est,

[margin: altheus Teucri.] [margin: Bætis.] [margin: Batica.]

est, qualis autumni tempore in Attica esse solet. Disputationes complures illic habitas scribit DAMIS, *ego autem, quæ memoratu dignæ uisæ sunt referam. Cum aliquando* APOLLONIVS *comitesq; in Herculis templo sedissent, subridens* MENIPPVS *(quia sibi* NERO *in mentem uenerat) quid inquit ó socij nunc agere censemus generosum imperatorem, quas certaminum coronas accipere? Optimos autem Græcos nónne maximo cum risu ad Panegyricos ludos putamus accedere? Tunc* APOLLONIVS: *audiui ex Telesino Eliensium* + *+lora imperatorem extimescere. Cum enim assentatores ipsum hortarentur, ut in Olympijs decertans uictricem* ROMAM *præconis uoce prædicari faceret: modo mihi inquit Elienses non inuiderent, fertur enim ipsos uerberibus cædere, qui errauerint, atq; etiã me ipso elatiores esse. Ego autem futurum dico, ut in Olympijs quidem uincat Nero. Quis enim usque adeo temerarius esset, ut se illi auderet opponere? Quod autem Olympia uincat, minime futurum unquam arbitror: quin etiam ludos ipsos nec statuto tempore celebrãt. Cum enim consuetudo exigat circa finem anni ludos celebrari, Nero Elienses iußit in aduentum suum illos differre, ita ut sibi potius quã Ioui sacrificaturi uideantur. Tragœdorum præterea & cytharœdorũ proposuit certamina, apud uiros quibus nec theatra sint, nec scenæ ad eiusmodi ludos peragẽdos idoneæ, sed natiuũ dũtaxat stadiũ nudũq; patet: atq; hoc agit, ut uictoriam quærat ex his quæ occulere magis deceret. Quid enim de homine dicam? Augusti Iulijq; habitu deposito*

Olympia q[illegible] celebrantu[illegible] Testatur hoc Suetonius i[illegible] Nerone. Olympiæ qu[illegible] que præter cõsuetudin[illegible] agona com[illegible] misit.

+τὰ ἀμφιέννυσθαι νῦν τὴν ἀμοιβέως Τερπνοῦ, legendum hunc in modum, induisse nūc Terpni habitum. De hoc Terpno aūt sic Suetoni⁹. Statim ut imperium adeptus est, Terpnum citharœdum uigentem tunc præter alios accersijt, de Nerone loquens.

+Græce est σολῆς non χολῆς.

Nero Gręcis damnosior Xerxe.

+cantoris uestes assumit: & Creontis Oedipiq́; facta dictáue ex amußim scire tanti existimat, ut maxime reprehensionē timeat, si quid in porta, aut in+schola sceptróue deliquerit. A sua uero ac Romanorum dignitate tantum degenerauit, ut pro conditore legum, quas ferre oportebat, cantare & in histrionica philosophari extra urbem malit: in qua sedendo debuit ut rex de maximis terræ marisq́; rebus consultus respondere. Sunt quidē ò Menippe tragœdi complures, quibus etiā Nero *se adnumerari cupit. Si quis igitur eorum qui* Oenomai *aut* Cresphōtis *personam gesserit, & è theatro abiens, uelit eius quem in scena simulauerat regis dignitatem seruando cæteris imperare, & tanquam* Tyrannus *alijs præesse, quid de tali uiro existimares, nónne hunc elleboro, alijsue potionibus diceres indigere, quibus insanorum mentes purgantur? Si quis item re uera* Tyrannus *existens, in tragœdi aut histrionis formam sese transmutet, uocéq́; expoliens,* Eliensiū, Delphicorū *ue scuticam timeat, aut si reuera nō timeat, tam praue tamē artē quā profitetur exerceat, ut uerberibus cædi se dignū iudicet, ab his, quibus imperare cōstitutus est, quid de miseris hoībus dices, sub tali mōstro uiuere coactis?* Vtrū *uero Græcis perniciosiorē censes,* Xerxem*ne, ferro flammaq́; omnia uastantem, an cantantem* Neronem, *sumptus recogitans quos pro suis cantibus facere coguntur, insuper quo pacto domibus pellūtur; utq́; præclaram suppellectilem, aut seruum illis habere non liceat?* Quid *uero erga mulieres filiosq́; patiantur dicere non attinet, cum sceleratas uoluptates ex quacūq́;*

domo Nero colligat. Accusationes autē quot quantasq́; ex theatris oriri censes, cum delatores ita redarguant, non uenisti auditum Neronem, aut uenisti quidem sed negligenter, & non attente audiebas, risisti plane, non plausisti, non pro ipsius uoce sacrificasti ut clarior luci diorq́; esset. Et ut summatim dicam, multæ tibi uidebuntur illic leges circa spectatores Græcos esse. Iam de incidendo, aut non incidendo Isthmo (quanquam ut audio iam nunc incidatur) iam pridem agnoui præmonstrante deo. Isthmi perfossio. *Ad hæc respondens Damis, mihi inquit, Apolloni de rescindendo Isthmo negotium Neronis opera supra ingredi uidetur, apparet enim ex hoc quàm magno sit animo. Mihi autē inquit Apollonius, eius operis imperfectio calumniam illi summam uidetur afferre, tanq̃ imperfecte canenti, & imperfecte fodienti. Quinetiam Xerxis gesta commemorans eum uirum laudare soleo, non quia iunxerit, sed quia transierit Hellespontū.* Xerxes. *Neronem uero nunq̃ per Isthmum nauigaturum uideo, nec ad fodiendi finem peruenturum. Videtur quoq́; plenus timoris è Græcia discessurus, nisi forte illic moriturus. Post hos sermones uelocissimus quidam cursor uenit Gades, iubens ut incolæ + supplicationes facerent,* + εὐαγγέλια θύειν. *& ter Olympiorum uictorem Neronem decantarent. Gaditani itaque uictoriæ genus intellexere, utpote qui rebus Græcorum studentes in + Achaia præclarum ludorum certamen sciebant exerceri.* + Rursus Græce est Arcadia de qua prius dictum est. *Cæteræ uero ciuitates, nec quid esset Olympia intelligebant, nec quid illic ludorum certaminisue celebraretur sciebant: atq́; ideo cuius rei causa sacrificandum esset ignorabant, sed opi*

 nione

nione ridicula tenebãtur, bellicã quandam uictoriã illã esse arbitrantes, q̃ Nero cõtra aliquos Olympios appellatos bellũ gessisset, ipsi enim tragœdiã, aut tragœdorũ certamina nunquam uiderant. Qui igitur Hispalim incolebant (ea uero Bæticæ prouinciæ ciuitas est) aliquid ab histrione tragico passi sunt, quod à Damide scriptũ est: ego quoque narratu dignum existimaui. Cum Hispaniæ ciuitates iam sæpius pro uictorijs sacrificassent, quod & Pythica quondam uictoria fuerat nuntiata, Tragicus quidam histrio, qui cum Nerone certare dedignabatur mendicans ambibat Hispaniæ ciuitates: & arte sua utens à multis Barbaris probabatur: primo quidem, quòd ad homines uenerat, qui tragœdias nunquam audiuerant, dein quòd Neronis cantus à se emendatos prædicabat. Is igitur Hispalim ueniens terribilis primo aspectu uisus est, donec in scena tacitus perstitit. Videntes enim ipsum tam alte gradientem, & tam uaste biantem, + peplis superstantem, uestibúsque tam monstruosis indutum, non sine timore eiusmodi habitum admirabantur. Vbi autem uocem attollens altius clamare cœpit, plurimi tanquam dæmonis alicuius uoce perculsi diffugerunt, tales erant, támque simplices hac in re Barbarorum mores. Cum Bæticæ prouinciæ præfectus sæpius Apollonij colloquium petijsset, iniucundã aiebat Apollonius esse amicitiã suam ijs, qui philosophiæ non darent operam. Sed cum magis quotidie præfectus eadem petens instaret, audissétque Apollonius ipsum uirum esse bonum, & Neronis scenas cantúsque reprehẽdere, per epistolam illum admonuit

Hispalis.

+ ὀκρίβασιν pulpitis uer [illegible]endũ erat.

monuit ut Gades accederet. Ille uero omni magistratus pompa dimissa cum paucis familiaribus eò uenit. Salutē que mutuo data & accepta, omnibus arbitris semotis, quid inter se fuerint colluti nemo nouit, conijcere autem se Damis inquit aduersus Neronem, illos cōspirasse, triduo nanque inter se illo modo sunt collocuti. Postea abiens præfectus Apollonium complexus est, cui Apollonius, uale inquit, et Vindicis memento. Quid autem hæc uerba uoluerint statim aperiam. Dum in Achaia tragicis cātibus incumberet Nero, Hispanos ad defectionem uir quidā, nomine Vindex solicitabat, idoneus certè qui posit fides concidere quibus inepte cantabat Nero. Nam apud eos quos iam congregauerat exercitus, orationem habuit contra Tyrannum ex media philosophia depromptam. Inter alia nanque dicebat, Neronem magis esse omnia, quàm citharœdum, citharœdum uero multo magis quàm regem. Eundem quoque insania, furore, auaritia, lasciuia, omnique crudelitate corruptum criminabatur. Iam uero omnium ab eo factorū crudelißimum, q̄ scilicet matrem interfecisset, nequaq̄ illi dicebat crimini dandum esse, se nanque iure interfectam putare, quæ tale portētum peperisset. Hæc igitur ut sese haberent agnoscens Apollonius, Vindici socium adiunxit eū quē diximus prouinciæ Bæticæ præfectū: quasi pro ciuitate Romana cōparans arma. Hoc modo rebus in Hispania tumēscētibus Apollonius socijq; illic in Aphricā discesserūt. + Inde uero in Tyrrhenos delati sunt, partim nauibus, partim terrestri itinere pergētes. Illinc rursus abeuntes Siciliæ Lilybeum tenuere.

De Iulio Vindice lege Suetonium.

Græce sic legitur: τρέποντοι ἐς Τυρσηνίαν, ... [illegible]

ποζεῦνται. Illic in Aphricã discedũt, inde uero in Thyrrhenos, &c.

Inde Messanam se contulerunt, fretum præteruecti ubi commixta maria Thuscum, & Adriaticum difficilem nauigantibus Charybdim efficiunt. Ibi de Nerone profligato et de Vindice mortuo certiores facti sunt: quodque Romanũ imperium plures inuaserant, partim Romani ciues, partim alienigenæ, utcũq; contigerat. Cum autem à socijs interrogaretur, quónam hæc tandem essent euasura, & quis esset imperio potiturus? Multi inquit Thebani. Vires enim quibus breui tempore Galbá, Vitellius, Othoq́; usi sunt Thebanis cõparabat, qui tempore admodum breui Græciæ tenuerant principatum. Quód autem hæc diuino quodam spiritu afflatus præsciret, quodq́; ij qui illum incantatorem dicunt non recte sentiant, ea quæ modo retuli satis ostendunt: atque hoc loco pauca de tali re mihi dicendum esse existimaui.

Incantatores.

Incantatores nanq; quos ego omnium hominum infortunatissimos iudico, partim torquendis idolis, partim Barbaris insuetisq́; sacrificijs, partim cantibus, aut unctionibus quibusdam uacantes, res etiam fato constitutas permutare se asserant: multiq; eorum accusationibus obnoxij tales sapientia præditos esse confessi sunt. Apollonius autem quæ fato statuta erant sequens, necessario sic euasura esse prædicabat. Futura autem præsciebat, non incantationibus utens, sed ex his cõiectans quæ sibi dij immortales ostẽdebant. Igitur cum uidisset apud Indos uinaria uasa tripodésque ad sua destinata ministeria sponte proficisci (ut diximus) neq; quo pacto id fieret interrogauit, nec ab eisdem petijt ut se docerẽt, + sed quàmuis ab eo collaudata imitari noluit. Cum

+ Obscure

Syracusas

Syracusas Apollonius comitesq; uenissent, mulier quæ- uersum, cum dam nõ ignobilis monstrum peperit, quale prius uisum Græce sit, & non esse constabat. Erant infanti capita tria, & eorum quàmuis ea singulis singula colla, inferius autem unum dumtaxat laudauerit, corpus cernebatur. Hoc portentum interpretantes ali non tamen qui Siciliam, quæ Trinacria dicitur, perituram aiebãt, imitari uoluit. nisi in unum conspirauerit. Tunc enim ciuitates complures, & inter se mutuo, et ab alijs dißidentes seditionibus magis uexabãtur. Alij Typhoeum, qui et ipse plura habet capita, dicebãt res nouas Siciliæ minitari. Verum Apollonius uocato Damide, uade inquit, et utrum sicut aiunt, compositũ sit monstrum uide. Erat enim publice expositum, ut esset omnibus, & uidendi, & diuinandi facultas. Referente autem Damide triceps ipsum ac masculum esse, conuocatis socijs Apollonius, tres inquit, erunt Romani imperatores: quos ego pridie Thebanos appellaui, nec eorum quisquam perfecte imperio potietur, sed alij in ciuitate ipsa, alij circa finitima ciuitati loca deuoluti peribunt, citius quàm tragœdiarum Tyranni personam mutantes. Nec multo post sermo quẽ dixerat uerus apparuit. Galba enim iam regno potitus in ipsa ciuitate interfectus est. Vitellius autem occidit dum imperij captaret auguria. Otho quoq; apud occidẽtales Gallos moriens, honestaq; sepultura carẽs, tanquam priuatus quidam et ignobilis iacuit. Atq; hæc omnia intra anni spacium acta sunt. Post hæc Catanam uenerũt, secus quam Aetna mons positus est. Ibiq; à Catanensibus audiuerunt Typhoeum illic ligatum iacere, & ex eo prodire ignem, qui Aetnam comburit. Ipsi autem

Sicilia.

Catana.
Aetna.

tem ea de re uerisimiliores, & philosophis conuenientiores causas inquirentes, in hunc modum disserebant, sermonis principium faciente Apollonio, & socios hoc

Fabula.

modo interrogante: An uobis aliquid sermo fabulosus esse uidetur? Est profecto respondit Menippus, hunc

Aesopus.

enim laudant & sequuntur poetæ. Aesopum uero quid esse cēsetis? poetam inquit ille omnino fabulosum. Fabularum uero sapientes ne aliquos esse putatis? Certè inquit Menippus, & eas præcipue quæ cū factæ nō sint, tamē ut factæ decantātur. Aesopi uero inquit Apollonius, quales uobis uidētur esse fabulæ? Ranæ inquit Menippus, & asini, atq; huiusmodi nugæ pueris aniculisq;

Aesopi fabulæ laudant.

narrādæ uidētur. Ego uero inquit Apollonius, accommodatiores ad sapientiam Aesopi, quàm cæterorum fabulas esse cēseo. Quæ enim de Heroibus confictæ sunt,

Poetica.

de quibus tota est materia poetarum, audiētium aures corrumpunt, illicitos, ac nefandos eorum amores referentes, ceu fratrum uel sororum nuptias, & in deos calumniam, & filiorum esus, atq; illiberalia scelera, et mutuas altercationes. Hæc enim ueluti cum proferātur gesta à poetis, homines ad amorē inducunt, et diuitiarū, regniq; cupiditatē, nec se delinquere arbitrantur cum deos imitentur. Aesopus uero sapiētiæ causa primo qui dē talia dicētes non est secutus, sed uiam quandā propriam adinuenit: Deinde tanquam bene conditis epulis conuiuas saturans, ex rebus paruis magna quædam intelligi facit, & fabuloso sermone proposito, ex ipso quid agendum sit, aut non agendum ostendit. Quapropter ueritatem magis etiam q̄ cæteri poetarū uidetur

attinge-

attingere. Illi nanq; quasi per uim probare nituntur uera esse, quæ ab eis dicantur. Iste uero sermonem proponens, quem ita ut est, fabulosum esse quisq; nouit, aliquid uere dictum de rebus non ueris esse demonstrat. Præterea cæteri poetæ, cum suam narrauerint fabulã, auditoribus uera nec ne sit inquirendum relinquunt: Is uero sermonem quidem falsum referens, & morũ præcepta ex eo trahens, alicuius utilitatis causa loquendi falsitate sensum esse demonstrat. Illud præterea in Aesopo amabile est, quòd res orationis expertes loquentes inducit, et quæ serio ab hominibus agenda sunt operantes: quibus homines à pueritia assueti, atque ab incunabulis ipsis enutriti, opiniones aliquas iam inde ab initio de singulis animalibus cõcipiunt, ut sint eorum quasi quædam regalia, quædam stolida, quædam uersuta, quædam simplicia. Insuper cum Poetæ cæteri dixerint multas esse dæmonum formas, aut aliquid tale, nõ ulterius opinione declarata imperfectũ sensum relinquunt. Aesopus autẽ utilitati orationem applicans, eam quam intendebat admonitionẽ in mediũ proponit. Me quoq; cum essem adhuc admodũ puer ò Menippe de Aesopi sapiẽtia fabulã huiuscemodi mater edocuit. Dicebat enim Aesopũ aliquãdo cum esset pastor, iuxta Mercurij templũ greges pauisse, erat aũt (ut aiebat) sapiẽtiæ studiosus amator, et frequẽter pro illa adipiscẽda Mercurio uota faciebat. Erãt uero eodẽ tempore et alij cõplures, qui illud à Mercurio petebãt. Omnes itaq; templũ ingressi uaria munera deo tulerunt. Is quidem aurum, ille autem argentum, alius eburneum caduceum, alius

Aesopus à Mercurio fabulas edoctus.

eiusmodi

eiuſmodi quid præclarum. Aeſopus autem cui nec ta⸗lium rerum ſuppetebat facultas, & eorum quæ habe⸗bat parcus erat ſeruator, tantum lactis Mercurio liba⸗uit, quãtum ab emulcta oue potuiſſet exprimere: tãtum etiam faui in ara ferebat, quantum manu comprehende⸗re potuiſſet. Myrti quoq; baccas interdũ, & roſas, aut uiolas diſperſas afferens dicebat: Quid opus eſt ô Mer⸗curi, dum ſerta texam ouium curã omittere. Poſtquam igitur ſtatuta dies acceßit, quã ſapiẽtiæ diſtributio fien⸗da erat, Mercurius acceptorum munerum memor pro magnitudine ſumptuum, cuiq; ſapientiam partiebatur, + & tu inquit, quoniam in templo multa obtuliſti, phi⸗loſophiam habeto, tu autem in oratorem euadito, qui ſe⸗cundas in donando partes obtinuiſti, tu uero aſtrono⸗miæ ſapientiam habeto, tu autem muſicus eſto, tibi he⸗roici carminis, tibi iambici ſit facultas. Poſtquam autẽ Mercurius (+ licet memoriã abundans) cunctas philoſo⸗phiæ partes inuitus diſtribuerat, animaduertit ſe Aeſo⸗pi oblitum fuiſſe, itaq; de illo cogitãs recordatus eſt fabulæ, quam ſibi dum adhuc infans faſcijs ligaretur, et nutriretur in Olympo Horæ narrauerãt de uacca, quæ quondam homini locuta de terra, ac de ſeipſa quædam enarrans hominem ad Solis boues amandos compulit. Hæc itaque ſecum recogitãs Mercurius Aeſopo fingen⸗di fabulas dedit facultatem, quæ ſola in ſapiẽtiæ domo relicta fuerat: habe inquiens quæ primum ego didici. Hinc itaque multiformis ars Aeſopo contigit, tantusq; in fabularum figmentis euãſit. Videor autem abſurde egiſſe, qui cum uelim ratiões afferre ueriores naturæq;

+ ἀντὶ λόγιος καὶ κερδῷος σὺ μὲν ἔφη, id eſt, tãq̃ Logius & Cerdous, tu inquit, &c. Sũt autẽ hęc epitheta Mercurij: & Logius quidẽ q̊d ſtudiorum & literarum pſes ſit. Cerdous aũt q̊d (ut Plautus inquit) pſit lucro & damnũ mini me amet.

+ καί γε λόγιος ὤν.

accommodatiores q̃ hæ ſint, quæ à pleriſque de Aetna traduntur, ad laudes fabularũ orationem conuerterim: quanq̃ (ut puto) nõ inamœna eiuſmodi digreſſio fuit. Fabula enim quam cõfutare uolumus nõ apologis Aeſopi ſimilis eſt, ſed ſcenæ cuidam grandiori, ac de numero fabularum, quas pleriq; poetæ decantant. Dicunt enim Typhoeum quendam, ſiue Enceladum ſub Aetna monte ligatum, montiq; obluctantem hunc ignem anhelando emittere. Ego autem Gigantes fuiſſe dico multiſque locis diruptis tumulis eiuſmodi corpora oſtendi, non tamen ut fertur, cum dijs pugnaſſe credo, ſed forſan deorum ædes ac templa uiolaſſe. Quod autem cœlum aggreſſi fuerint, nec illic deos conſiſtere permiſerint, dicere inſania quædam eſt, inſanius etiam credere. Neq; uero oratio hæc, quàmuis ſit uulgatior à nobis probetur. Vulcanum in Aetna fabrilem artem exercere, + ibique indefeſſe laborantem audiri: multi nanq; alij montes diuerſis terrarũ locis igniti ſunt, nec tamen Gigantes ibi aut Vulcanum eſſe quiſquã dicit. Vt igitur montes ardeant cauſa quædam huiuſmodi eſſe dicitur: Terra bitumini ſulphuriq; cõmixta ardet quidem, atq; ex ipſa ignis naſcitur, quàmuis alicubi forſan non emittitur: q; ſi cauernoſam terram eſſe contigerit, ut per ipſam ſpiritus aliquis ingrediatur, tunc flammam attollit, quæ magis magiſque aucta, uelut aqua è montibus defluens in campos effunditur: quandoque etiam uſque ad mare delata, quaſi fluminis cuiuſdam oſtia facit. Nec tamen ſceleſtorum hominum regio putanda eſt, per quam huiuſmodi ignis defluit. Hoc enim forſan aliquis putaret.

Quæ hic de Aetna dicuntur conueniunt cum poetæ opuſculo de Aetna.

Typhoeus.

Gigantes fuere.

+ καὶ τυπᾶταί τις ἐνταῦθα ὑπ' αὐτοῦ ἄκμων.

Nos autem putamus bene agentibus uiris ubique terrarum tutam esse mansionem, & mare facile, nō nauigantibus modo, sed etiam natare uolentibus. Philosophatus itaque in Sicilia Apollonius quandiu materiam contemplatione dignam locus suppeditauit, in Græciam statuit nauigare Arcturi sydere iam Occidente, & nauigium satis idoneum nactus, cum Leucadem tenuisset, descendamus inquit, ex hac naui, neque enim melius est cum ipsa in Achaiā traicere. Cuius uerbis nemo paruit, præter eos qui uiri uirtutem iam antea nouerant. Ipse igitur cum his qui dicto audientes fuerant in Leucadiam nauim trangressus ad Lechæum delatus est. Syracusia uero nauis, ex qua descenderat dum Crisæum sinū prænauigaret submersa est. Inde Athenas ueniens sacris initiatus est, cum templi antistes esset is, quem ipse aliâs futurum prædixerat. Inuenit autē illic Demetrium philosophum. Post Neronis enim balneum uerbaq; aduersus illum dicta Demetrius Athenis constiterat, tam generose quæ acciderant ferens, ut neq; eo tempore quo Nero cātandi certaminibus insaniebat è Græcia discesserit. Is aiebat se apud Isthmum uidisse Musonium fodere iubentem, et quanto maxime poterat opus urgētem, quod cū uituperasset Demetrius, ille manibus acceptū ligonem altius terræ impressit. Vnde cum oculos auertisset Demetrius, animaduerti inquit Musonius, te moleste ferre, quòd Isthmum effodiam, quid uero esses passus, si tanquam Neronem cithara canētem me uidisses? & de Musonio quidem dicenda omittantur, quæ plura sunt atque mirabiliora, ne uidear aduersus eum auda-

Musonius Isthmum effodit.

cius

eius insultare, qui hæc temere negligenterq́; narrauit. Apollonius in omnibus Græciæ templis per hyemẽ uersatus, ueniente uere statuit in Aegyptum proficisci, multosq́; profectionis eius laudatores inuenit. Neq; enim si quid præclarum gesßisset laudes aspernabatur. Cum igitur in Pyræum uenisset, nauis quæ parata stabat in portu in Ioniam erat nauigatura, mercator uero cũctos in eam conscendere prohibebat, quod eam priuatim ipse conduxisset. Interrogante autem Apollonio quas merces portatura nauis esset, deorum simulachra respõdit ille in Ioniam fero, partim ex lapide aurato, partim ex ebore itidem aurato confecta. Tunc Apollonius dijs ne illa dedicaturus? aut quidnam facturus illa portas? Imò uero inquit ille, dicare uolentibus illa uenditurus. Times ne igitur inquit Apollonius ne nos, si in naui fuerimus deorum simulchra furemur? Minime quidẽ hoc timeo inquit ille, sed illa cum multis nauigare, & mala societate nauem compleri, & inter nauticos uiros simulachra uersari graue dijs ipsis, atque indignum existimabam. At enim inquit Apollonius ò optime uir, te nanq; Atheniensem esse censeo, naues quibus aduersus Barbaros usi estis, quàmuis nauticis turbis refertißimas uobiscum unà dij conscenderunt. Neq; tamen à uobis pollui, aut inquinari putauerunt. Tu aũt tam temere naui prohibes philosophos, quibus maxime dij gaudẽt. Neq; id animaduertis, q tu de dijs mercaturã facis. Neq; uero sic antiqui statuarij faciebãt, ut deos uẽdituri ambirent ciuitates, sed manus dũtaxat et artis suæ instrumẽta secũ portantes, cum informẽ materiã penes templa

inuenirent deorum conficiebant simulachra. Tu uero tanq̃ Hyrcanos, aut Scythas seruos (absit autẽ uerbis inuidia) sic deos in portus, ac nundinas ducens nihil impium facere arbitraris. Atqui fama est homines quosdã, quia Cereris Bacchiue simulachrũ attrectare fuissent ausi à dijs, quorum simulachra cõtigerant in furorem esse cõuersos. Te autẽ qui deos in cibũ conuertis, neq; impia mercatura saturaris, si propter id nihil mali ab ipsis timeas insanum dixero. Hæc minatus Apollonius aliam nauim conscendit. Delatus autem in Chium, nec suorum quempiã terram attingere passus in aliam nauim, quæ Rhodum petebat ascẽdit. Socij quoq; ipsum secuti sunt, nihil ipsum interrogãtes, nec uerbũ facientes omnino. Ipse enim in primis hoc eos docuerat, ut sibi aliquid dicenti facientiue parerent. Rhodum autem secundo uento delatus, hoc in ea insula gessit memoratu dignum. Cum ad Colossi statuam uisendam accederet, Damis ab eo quæsiuit, quid illo maius existimaret? Ipse uero philosophum uirum respõdit, modo recte, ac sine fraude philosopharetur. Degebat tum temporis Rhodi Canus tibicen, omnium, ut ferebatur ætatis suæ tibicinum præstantissimus. Hunc ad se uocatum Apollonius interrogauit, quidnam arte sua tibicẽ efficeret? Ille uero quicquid uoluerit auditor respondit. At inquit Apollonius, auditorum plures ditari, quàm tibiarum cantus audire malunt, potes ne igitur diuites illos efficere? Minime inquit ille. Quàm uero id uellem inquit Apollonius: quid autem formosos ne reddere potes adolescentes qui te audiunt? id enim maxime affectant

Canus tibicen.

ctant adolescentes. Nec id quidem possum inquit ille, quàmuis iucunditatis plurimũ afferam. Quid est igitur inquit Apollonius, quod auditorem uelle putas? Quid aliud inquit Canus, quàm ut mœrẽtibus mœrorem adimam, lætãtem uero seipso reddam hilariorem, amantem quoq; calidiorem, religiosum uero diuino numine correptum, et ad laudandos deos paratiorem efficiam? An igitur præterea Cane efficit hæc tibia, quod ex auro, orichalcóue, aut ceruorum, aut asinorum cruribus compacta sit, an aliud quiddam est, quod hoc potest efficere? Aliud profecto est inquit Apolloni: Musica nanq;, & modulationes, et harmoniarum cõmixtio, earundemq; permutatio diuersis moribus accommodata auditores mouet, & eorum animos uarie deducens tales reddit, quales tibicen esse eos uoluit. Intelligo inquit Apollonius, quid ars tua possit efficere, eius enim diuersitas, & in omnes modos conuersio auditores uarie affectos reddit. Mihi autem, præter illa quæ abs te commemorata sunt, uidetur tibicen alijs quibusdam indigere. Hæc autem sunt ipsius flatus, eiusq; spiritus bonitas, commoditas oris, & manuum dexteritas quædã: Habet autem spiritus bonitatem, si lenis sit ac politus, nec emissus in faucibus obstrepat, id enim inconcinnam efficit uocem. Oris autẽ commoditatem dico, si possint labia tibiarum linguam bene complecti, néue incensa ardentiq; facie cantet. Manuum uero dexteritas permulti (ut arbitror) existimanda est, ut neque manuum iuncturæ infractæ sint, néue digiti tardius uocis numeros insequãtur. Velociter enim modulari, & ex alio in aliũ

Tibicen quis bonus.

Spiritus.

Oris commoditas.

Manuum dexteritas.

modum transire eorum esse maxime puto, qui manuum dexteritate ualeant. Quod si hæc omnia præstare potes ô Cane audacter tibicinariam exerce, tecumque Euterpe semper erit. Erat præterea Rhodi adolescẽs admodum diues, sed rudis penitus atque indoctus, is domum præclaram magnis sumptibus ædificabat, pictas tabulas, & marmorea signa ad ipsam exornandam undique perquirens. Hunc interrogauit Apollonius, quantos pro se erudiendo sumptus in præceptoribus fecisset. Respondente autem illo, se ne drachmam quidem eadem causa erogasse: rursus interrogauit, quid pro construenda domo esset erogaturus? Ille uero inquit duodecim talenta iam expendi, atque alia totidem uideor expensurus. Quid ergo ex hac domo tibi uis inquit Apollonius? Splendide inquit ille in illa degere, sunt enim in ea spacia exercendo corpori apta. Luci præterea atq; horti, ut raro in publicum prodire mihi sit necesse: Imò etiam libentius me salutatum accedẽt homines, cum domum ornatam, quasi deorũ templum sint intraturi. Dic autẽ inquit Apollonius, utrum propter seipsos, an propter illa quæ possidẽt amabiliores homines esse putas? propter diuitias inquit ille, plurimũ nanq; diuitiæ possunt. Diuitiarum autẽ ô adolescens uter melior est custos, rudisne, an eruditus? Cum ad hæc ille cõticesceret, tu inquit Apollonius, mihi uideris non domum possidere, sed ab ea potius possideri. Ego autem in templum ueniens multo iucundius in illo si paruum sit eburneum, aut aureũ signum aspicio, q̃ in magno corneum et rudi ter elaboratum. Alium præterea conspicatus adolescentem

tem

tem uehementer pinguem, atq; uni studio præcipue deditum ut plura & meliora, q̃ cæteri biberet atq; comederet: profecto inquit egregie uentri indulsisti. At ille, imò inquit pro illo etiam sacra facio. Quid autẽ inquit Apollonius, ex tãta uoracitate consequeris? Vt omnes inquit ille, me aspiciant atq; mirentur: nunquid enim de Hercule audisti cibationes eius, perinde ac certamina uoluptatẽ uidentibus afferre solitas esse? Sed ille inquit Apollonius Hercules erat, tibi uero quidnã uirtutis inest scelestißime, quod in te præclarißimũ sit, hoc solũ restat ut nimia craßitudine quãdoq; dirũparis. Hæc sunt quæ Rhodi philosophatus est Apollonius. Postea in Aegyptum naui delatus, hæc quæ dicam geßit memoratu digna. Alexandriæ ciues absentem amabant Apollonium, & unanimiter omnes aduentum eius desiderabãt. Sunt enim Aegyptij theologiæ plurimũ dediti, propterea ut eorũ mores uisurus accederet uehemẽter Apollonius optabat. Multis quoq; ex Græcia in Aegyptum, contraq́; ex Aegypto in Græciã transeuntibus, & mores institutaq́; Aegyptiorũ narrãtibus cupiebat Apollonius corã quãdoq; talia nosse. Itaq; cum è naui descẽdens in urbem pergeret, tanq̃ deum omnes aspiciebant, transeuntiq́; uelut sacra ferenti omnes cedebant. Cúmque maiore pompa, q̃ gentium principes comitatus incederet, forte prædones duodecim capitis damnati ad supplicium ducebantur: eos cum aspexisset Apollonius, non oẽs inquit supplicio digni sunt, & digito quendam illorum ostendens, ille inquit mentitus est. Tunc ad ministros à quibus ducebãtur conuersus, iubeo uos inquit,

+ ὄρχεμα. cursum sistere, tardiúsque ad + supplicij locum accede re, atque omnium ultimum hunc interfici, is enim sceleris huius nequaquam est particeps. Recte igitur feceritis eorũ mortẽ aliquantulũ protrahẽtes, quoad palàm fiat quos occidere, aut nõ occidere sit melius. His dicẽdis quãdiu poterat immoratus sermonẽ in longum protrahebat, quod aliàs facere minime consueuit. Cur aũt id fecerit, paulopost apparebit. Cũ enim octo iam capita abscissa essent, eques citato cursu ad supplicij locum

Pharion ab Apollonio liberatus.

tendens, Pharioni parcite clamabat, non enim latro est, sed de seipso pœnarum timore mentitus est, atque alij tormentis ueritatem fateri coacti, uirum bonum hunc esse confessi sunt. Quantum autem lætitiæ ea res Aegyptijs attulerit, quique in Apollonium plausus excitati sint, superuacuum referre puto, cumq; antea uirum omnes amarent, tum uero summa ueneratione sunt prosecuti. Cum templum ascendisset, ornatus & apparatus qui in eo erat, præclarus quidem et deo dignus, sapienterq; institutus uisus est. Taurorum autem sanguinem, & anseres, & animalia cætera quæ sacrificij causa ducebantur minime laudabat; & indigna conuiuijs deorum esse dicebat. Interrogãti autem sacerdoti, qua sciẽtia fretus talia non sacrificaret, imò potius uelim tu mihi dicas inquit Apollonius, quidnam didiceris propter

+ ἡ μαθὼν οὐχ οὕτω θύοι

quod tu talia sacrifices? Cumq; sacerdos diceret, + quis adeo uehemens est? ut Aegyptiorum instituta ualeat emendare. Quilibet sapiens inquit Apollonius, etiam si ab Indis ueniat. At enim ego sacerdos inquit bouem cõburam hodie, tu uero saltem odoris particeps nobiscũ

fias

fias uelim, neq; enim hanc sortem arbitror dedignabe-ris, si quidem & dij ipsa fruuntur. Liquescente igitur tauri corpore, respice inquit Apollonius sacra. Quænã uero respiciam inquit Aegyptius, ego enim hic uideo nihil. Tunc Apollonius Iamide inquit, & Teleade, atq; Clytiade, & omnis omnino Melampadorum diuinatio delirauit optime uir, tam multa de igne locuta, tantasq; ab eodem cõiecturas capiens. Quinetiam absurdißimũ est, qui ex incensa picea aut cedro nascitur, ignem ar-bitrari posse diuinationem aliquam nobis monstrare. Hunc autem qui ex pinguißimis purißimisq; lachry-mis manat, non multum esse illo quem dixi præstantio-rem ad uaticinia facienda putandum est. quod si igneæ sapientiæ peritus esses, in solis nascentis circulo præ-monstrata uideres permulta. His uerbis Aegyptij sa-cerdotis curiositatem circa res diuinas cauillatus est Apollonius. Cum omnis Alexandria equorum studijs ue hementer incumberet, atq; in hippodromo ad hoc spe-ctaculum ciuitas uniuersa conueniret. Tantaq; plerũq; oriretur contentio decertantium, ut sese mutuo etiam perimerent, hũc morẽ grauiter redarguit Apollonius, & in templum ueniens, desinite inquit mutuis cædibus ciuitatem perdere, non pro filijs, aut deorum templis id facientes, sed magis ut templa polluatis: quandoquidem sanguine conspersi ad ea uenitis, & intra muros cædes tantas præparatis. Atqui Troiam, ut perhibent unus equus subuertit, quem tunc arte quadam Achiui struxe runt, uos autem contra uosipsos equos ad currus iun-gitis, per quos modeste aut quiete uiuere non licet. De

Vates sunt celeberrimi de quibus Pindari & Apollonij interpretes.

Hippodromus loca cõrum cursib. & certaminibus exposita qualia primo Athenis facta in honorem Thesei.

O v *lemini*

lemini igitur non ab Atridis, aut Aeacidis, sed à uobisipsis, quod ebrij quidem Troes nec unq̃ fecerunt. Et in Olympijs quidẽ, ubi palestræ pugillatoriæq; luctandi certamina exercentur, nemo præter certãtes moritur, quibus forsitan est uenia danda, si quis enixius aduersus æmulum contẽderit. Vos aũt hic pro equis gladios nudatis, saxisq; inuicem uos percutitis, atq; etiã ignis urbi quandoq; inijcitur, unde clamor gemitusq; morientium simul & interficientium oritur, & terra uestro sanguine madet. Nihil ueriti omnem Aegypti craterẽ Nilũ, sed quid ego Nilum commemoro, apud oẽs altius per sanguinẽ, q̃ per aquã uadere consuetos. Multa insuper alia in hanc sententiam locutus grauiter illos obiurgauit, ut refert Damis. Cum Vespasianus apud gentes Aegypto finitimas dignitatem imperatoriã sibi asciuisset, atq; illinc in Aegyptũ transiret, Dion & Euphrates, de quibus postea latius erit dicendum, ipsum ab incepto dehortabantur. Nam post primũ imperatorem, à quo Romana respublica rectè fuerat instituta, tã sæuæ tyrannides imperium inuaserant, annos circiter quinquaginta, ut neq; Claudius, qui intra hoc spatiũ annos fermè tredecim imperauit inter bonos enumerandus uideatur. Is enim annos natus quinquaginta imperium est adeptus, quo tempore in hominibus uigere maxime solet ingenium: erat tamen ad ludos omnes propensior, & quamuis in ea, quam diximus ætate constitutus iuuenilibus æstuabat affectibus, ita ut imperium à mulierculis depasci sineret: à quibus adeo ignominiose interfectus est, ut quãuis quod passurus ẽẽt præcognosceret, cauere

Vespasianus Augustus.

Claudius Augustus.

cauere tamē quæ præuiderat non ualuerit. Apollonius aūt quæ à Dione & Euphrate dicebantur in his gaudebat, non palā opinionē suā diuulgabat, putans hāc materiam eloquentiorē dicendi+characterē flagitare. Venienti imperatori sacerdotes Aegyptij ad portas obuiam processere. +Mysteria legesq; quibus Aegyptus regitur secū portantes, insuper philosophi, atq; oēs sapientes eodē uenerunt. Verū Apollonius hæc oīa missa faciens in tēplo cū suis philosophabatur. Imperator igitur cū generose, benigne hoīes illos non lōga tamē oratione allocutus esset, uersaretúrne apud ipsos Tyaneus interrogauit, illi uero apud eos ipsum esse respōderūt, atq; illud etiā adiecere se ab eo quotidie fieri meliores. Vbi ergo illū inueniam inquit imperator, multū nanq; illius opera indigeo: in tēplo ipsum, ut opinor, inuenies inquit Dion: huc enim uenīēti mihi illic se futurū eē pollicitus est. Eamus igitur inquit rex, dijs uota facturi, et hoīem uere generosum allocuturi. Deinde sermo ab imperatore ortus est, quo pacto Hierosolymam obsideret de accipiendo imperio cogitauerat. Apolloniumq; propterea accersierat, ut secum de ea re consultaret, ille autem profectionem abnuerat, quod nollet terrā attingere, quā habitatores polluerant, partī ob ea, quæ ipsi gesserant, partim ob ea quæ ab alijs fuerant passi. Quapropter in Aegyptū uenire constitui, ut prouinciæ imperium acciperē, & uirum istum alloquerer. Quæ uero deinceps fuerint collocuti statim explicabo. Sacrificijs peractis imperator priusquam sufficienter satis ciuitatum legatis respondisset, Apolloniū salutauit, & precabundo

+ἰδέαν.
+τέλη.

cabūdo similis regem me facito inquit. Cui Apollonius, feci inquit, iam deos adorans precatus sum, ut Rex iustus esses, generosus, modestus, ✝ & ciuitatum iustus gubernator, & tanquam legitimus pater. His sermonibus plurimum gauisus est rex, quod auditis illis uniuersus populus in templo exclamauit, tanq̄ his quæ fuerant dicta consentiens. Conuersus inde rex ad Apollonium, quale tibi inquit uisum est Nerōis imperiū? Cui Apollonius: Nero forsan inqt, citharā aptare nouit, imperiū uero contentione remißioneq; dedecorauit. Moderatū inquit rex, & in mediocritate constitutum regem esse iubes? Non ego inqt Apollonius, sed deus ipse qui æqualitatem mediocritate diffinit. Optimi uero his de rebus consiliarij sunt homines isti, Dionem & Euphratem digito monstrans, nondum enim in contentionem cum illis uenerat. Tunc manus ad cœlum rex attollens: O Iupiter inquit, ut ego sapientibus imperem, & mihi sapientes. Et conuersus ad Aegyptios, ex me inquit perinde atq; ex Nilo quæcunq; uultis haurite. Hoc modo paulum respirare uisi sunt Aegyptij à malis, quæ iam diu perpeßi fuerant, cum ē templo rex descēdens Apollonium ex manu tenens in regiam duxit, ibiq; illum his est uerbis allocutus. Vereor inquit, ne forte supra quā deceat iunior imperium uidear accepisse, qui annum ✝ sextum supra quinquagesimum natus regnum inuasērim, huius igitur rei excusationē faciam, ut alios quoq; mecum simul excusatos reddam. Ego diuitiarum cupiditati me nunquam succubuisse, nec in ipsa quidem adolescentia memini. Dignitates uero, & magistratus, qui

Græce est, & canicie ornatum, καὶ πολιᾷ κεκοσμημένον.

✝ Græce est, sexagesimū. Nam uixit annos 69. Imperiū rexit annis 9. & diebus 7. autore Eutropio.

Roma-

Romano imperio subsunt, adeò modeste temperateq́; gessi, ut nunquam aut elatus nimis, aut rursus humilis abiectiusue apparuerim. Res autẽ nouas moliri ipso ui*uente* Nerone nec tentaui, *sed cũ ipse imperium(quanquam non secundum leges)attamen ab imperatore accepisset me illi submisi, propter Claudium, qui me consulem, & arcanorum consiliarium fecerat. Atq; ita me* Pallas *adiuuet, sicut* Neronem *uidens, tam turpiter inhonesteq; uiuentem plerunq; sum lachrymatus, cogitans quàm scelestum hominem summi imperij hæredem* Claudius *sortitus esset*. Vidensq́; *rursus post* Neronis *mortem ad hominem nihilo meliorem delatum imperium, ita ut non minus turpiter sub* Vitellio,*quàm sub* Nerone *iaceret, tunc aliquid de illo cupiẽdo ausus sum cogitare.Primo quidem uolens meipsum plurimi dignũ hominibus exhibere.Deinde quia cum homine crapulo so delitiosoq́; mihi certandum esset intelligebam.* Vitel*lius enim in se lauando plus unguenti, quàm ego aquæ consumit,ut uideatur gladio percussus unguentum potius, quàm sanguinem emissurus. Præterea uino uinum superfundẽs furit,tesseris insuper ludere nunquam cessat,semper timens ne talorum iactus ipsum fallat, & inter ludum de maximis imperij rebus,utcunq; sors tulerit disponit. Meretricibus etiam subditus, nuptis insidiatur,iucundiores inquiens amores esse, qui cum periculo habẽtur. Omitto lasciuias alias innumerabiles, nec tam turpia coram te proferam,néue* Romanos *qui huius imperio subsunt despicere uidear*. Deos *igitur duces adsumo,si mihi similis sum futurus, & ex te* Apol*loni*

Vitellij fœda uita.

+πεῖσμα forte se uertetrat firmamentum.

loni+fundamentũ accipiam. Te enim ferunt multa de dijs nosse, & curarum mearũ quibus mare ac terra sub est comitem & consiliarium asciscο, ut si propitia fausta'q; à dijs signa dantur hæc adgrediar: sin contra, ne'q; mihi neq; Romanis utilia quæ cogitaui futura sunt, ne frustra uolentibus deis & inuitis omnia perturbem. Post hanc orationẽ Apollonius diuino numine afflatus, O capitoline Iuppiter inqt, te nanq; præsentibus rebus +præsidere cognosco, teipsum huic cõserua, et istũ tibi. Templũ enim quod impiæ manus hesterna die incenderũt, hũc uirũ instaurare fata decreuerunt. Hæc uerba, cum rex audisset obstupuit: Sed Apollonius, Res ipsa quæ à me dicta sunt demonstrabit, ita ut mei nihil indigeas, tu uero illa agere perge quæ recte prudenterq; cogitasti. Forte per eos dies euenit, ut Romæ Domitianus Vespasiani filius contra Vitellium pro patris imperio pugnaret, cumq; hostes in capitolio obsedisset, illi clãculum fugientes templum incenderunt: quæ res Apollonio citius innotuit, quã si in Aegypto gesta fuisset. Hæc inter se collocuti ab inuicem sunt digressi, cum Apollonius regi diceret non licere sibi Indorum sacra prætermittere, quæ circa meridiem celebrare mos est. Rex autem agendis rebus alacriter incumbebat, tanquam firmato stabilitoq; regno, ob ea quæ ab Apollonio audiuerat. Postridie aurora iam exorta ueniens ad regiam, Apollonius, quid nam rex ageret ex+ianitoribus quæsiuit, qui illum iam pridem surrexisse dixerunt, & tũc scribendis epistolis uacare, quo audito discessit Apollonius Damidi dicens: Vir imperabit. Iterum oriente sole, iam

+βραβευτὴν.

+δορυφόρους.

iam reuersus Dionem Euphratemq; stantes ad ianuā re perit, iisq; sermonis hesterni cum rege habiti causam sciscitātibus, excusationem à rege factam narrauit, suā uero super ea re sententiam opinionemq; conticuit. Inde intromissus ad regem, Dion inquit & Euphrates familiares tui iamdudum ad fores expectant, rerum tuarū curatores proculdubio diligentes, illos igitur uocari iube, ut etiam ipsi communibus sermonibus intersint, cum sint uiri sapientes. Tunc rex, ego inquit sapiētibus uiris fores patere semper uolo, tibi aūt nō fores modo, sed pectus etiam meū apertum esse. Illis igitur intromissis, ego inquit rex ò uiri hesterno die coram Apollonio uiro generoso propositi mei excusationem feci. Audiuimus ipsam inquit Dion, neq; à ratiōe uidetur fuisse aliena. Rex itaq; sermonem prosecutus, hodie inquit amice Dion insimul philosophamur de his, quæ agenda esse cō sulta uidebuntur, ut quàm optime ad oīm hominū salutē, & accōmodatißime fiant. Cum enim animaduerterē primo quidē Tiberiū in crudelißimam immanißimāq; tyrannidē imperium transmutasse. Deinde Caium bacchanalibus insanientē, Lydia stola indutum, bellorum quæ nunquam fuerant uictorem, in ciues Romanos temere debacchari. Deinceps bonū Claudiū, qui mulierū amore attonitus, non imperij solū, sed uitæ etiā est oblitus: siquidē ab ipsis (ut fertur) interfectus fuit. Neronē uero quid cōmemorē? De quo breui, et omnia illius acta cōplectenti sententia satis dixit Apollonius, quod intēsione remißioneq; imperium deformauerat. Quid autem Galbæ turbationes referam, qui in medio foro

Tiberius Augustus.
Caius Caligula.
Claudius Augustus.
Nero.
Galba.

interemptus est, cum sibi meretricios filios adoptasset Othonem, & Pisonem. Quod si Vitellio omnium scelestissimo imperium concesserimus, reuixisse Nero uidebitur. Hæc itaq; uiri cum animaduerterem, & per eos quos retuli Tyrannos in summum dedecus ignominiamq; deductum imperium uiderem, consultores uos elegi deliberaturus quo pacto illud hominibus iam inuisum odiosumq; cōstituere sit opus. Ad hæc Apollonius, tibicen quidam inquit, ualde sapiens discipulos audītum mittebat ineptissimos tibicines, ut ex eis quo pacto canendum non esset addiscerent. Tu itaq; rex quomodo imperandum non sit, ab his qui male imperarūt iam didicisti, quō aūt oporteat imperare, deinceps cōsiderabimus. Tunc Euphrates clanculum iam Apollonio inuidens, quod ei plus adhibere fidei regem uidebat, quàm oraculis soleant ij, qui ad ea consulenda accedunt: ac propterea supra modum inflatus, cum altius quàm consueuerat uocem tulisset: non opus est inquit, pro eorum successibus cuipiam adulari, neq; cum illo temere efferri, qui præter rationem aliquid egerit, sed magis reprimere cohibereq; tales decet, si ueri philosophi sumus. Quæ enim utrum agenda essent, consuluisse prius oportuit, ea quo nam pacto sint agenda, nos dicere iubes, nondum sciēs an de rebus uere agibilibus sermo sit futurus. Ego autem Vitellium funditus perdendum iudico, quod uirum sceleratum esse sciam, & in omnem libidinem lasciuiamq; profusum. Te autem cum uirum bonum generosumq; cognoscam decere non censeo Vitellium emendare, te uero ipsum ignorare. Quantas uero

Vitellius.

iniurias

iniurias, contumeliásue monarchiæ pariant, non ex me discas oportet, cũ earum plerasq; iam enumeraueritis. Nec iuuentutem ignoras, ubi compos tyrannidis facta fuerit sibi consentanea operari. Tyrannidem nãq; exercere, tam est iuuentæ consentaneum, quàm amare, & ebrietati indulgere. & iuuenis tyrannidem habiturus, + nondum omnino uitiosus habetur, si præter tyrannidem homicida, si crudelis, si lasciuus fuerit. Sin uero senex ad tyrannidem accesserit, primum quod talia cupiẽs id fecerit accusabitur, quod si humanus benignusq; apparuerit non personæ, sed ætati tribuetur quæ in eo iam perfecta, & tanquam bonis cõdimentis imbuta sit. Insuper si quis iuuenis in hoc peccare cõcupiuerit, eius peccata partim timiditati tribuentur, partim infortunijs. Visi sunt enim pleriq; qui tyrannidem occuparunt qui eam deposuere, quod ipsos fortunæ suæ pœniteret, aut alijs occupare uolentibus obstitere, ne plusquam uirum timere cogerentur. Sed nos quæ de infortunijs dici possent omittamus, timiditatis uero culpam quo pacto uitabis, præsertim cum uidearis Neronem *metuisse, uirum omnium timidißimum atq; ignauißimum?* Quæ *enim in ipsum* Vindex *meditatus est, ea per* Herculem *nunc prima excusationem omnem excludunt. Tu enim exercitum habebas, & copiæ quas contra* Iudæos *ducebas commodiores erant ad supplicium de* Nerone *sumendum: illi enim iamdudum desciuerant, non à* Roma*nis tantũ, uerũetiam ab hominibus uniuersis.* Qui *enim uitam à cæteris separatam uiuentes, neq; mensa cũ cæteris, neq; sacris, neq; ceremonijs ullis communicant, hi*

Monarchia non bona.

Non expressit Græcam phrasim, quę iuuenem malũ esse negat tyrannũ si non homicida &c. fuerit.

Quando familiare est Philostrato οὔπω pro οὐ.

magis à nobis distare uidentur, quàm Susæ, aut Bactra, aut horũ utrisque remotiores Indi. Non igitur decuit rebellantes istos ulcisci, quos melius fuerat non uicisse.

+μονονού. *Neronem uero omittere, quem nemo nõ manu propria optasset interficere: qui potu, +ut sic dixerim humani sanguinis gaudebat, & in medijs cædibus cantabat. Et ego quidem ad rumores qui de te ferebãtur, erectas au res semper habebam. Cumq́; illinc aliquis ueniens tria Iudæorum milia abs te narraret interfecta: rursusq́; in pugna alia quinque milia: Ego uenientem seorsum apprehendens interrogabam, cur non ipse maius aliquod facinus aggreditur? Nunc autem cum aduersus Vitellium bellum susceperis, quæ agenda consuluisti prosequere. Sunt enim & hæc laude digna. Sed quæ post hæc sequentur ita mihi tradenda uidentur. Romana ciuitas*

+τὸ δημοκρατῖκὸν. *+populari gubernatiõe plurimũ gaudet, magnam enim eorum quæ poßidet partẽ, sub eiusmodi gubernatione adepta est. Omitte igitur Monarchiam de qua tam multa dixisti, & potestatem Romani populi in integrum restitue, tibi uero hanc gloriam uendica, ut libertatis initium abs te Romani accipiant. Dum hæc loqueretur Euphrates, animaduertit Apollonius Dionem quoque in eadem esse sententia, quod & nutibus, & breuibus uerbis ostenderat, quibus dicẽtem laudabat Euphratẽ. An igitur inquit Apollonius, his quæ dicta sunt aliquid addere uult Dion. Certe per Iouem inquit ille, nam alicubi minus recte dixisse uidetur Euphrates. Quod enim melius fuerat Neronẽ perdere, quã Iudæos oppugnare, merito contra te dictum ò rex uidetur, tu enim laboras*

se uide-

se uideris ut insuperabilis euaderet Nero. Nā qui oriē tes aduersas turbationes compescuit, ac sedauit, is eum aduersus omnes, quibus postea malefecit confirmasse ui detur: Bellum autem cōtra Vitellium susceptum laudo: constitutam enim iam tyrannidem soluere maius puto, quā eandem nascentem opprimere. Popularē quoq; gubernationem ueneror: quæ licet optimatum imperio inferior habeatur, tyrannide tamen & paucorum potentia eligibilior est. Vereor autem ne tyrannidi iam assuefactis Romanis difficilis sit huiusmodi permutatio, ita ut neq; in libertate degere, neq; ad popularem gubernationem respicere possint: ceu qui ex tenebris in summam lucem repente deducti splendorem luminis perferre non possunt. Quapropter censeo Vitellium quidem imperio priuandum esse, idq; quanto fieri citius potest agēdum suadeo. Ac te quidem bellū aduersus ipsum parare dico oportere: illi uero non bellū, sed supplicium indicere si ipsum cæperis anteaquā imperiū deponat: quod non multo (ut arbitror) labore assequeris. Posthæc Romanis facultatē permitte, quācunq; uoluerint gubernandæ reipub. eligendi formā, quod si popularē elegerint gubernationē, cōcede: id enim tibi multis regnis, multisq; Olympicis uictorijs erit gloriosius, & ubiq; in tota ciuitate pingeris, ubi æneæ statuæ tibi erigentur: nobis uero materiam sermonū suppeditabit, ita ut neq; Harmodius, neq; Aristogiton tibi cōferri possint. Si uero monarchia illis magis placuerit, cui potius quā tibi tradent imperium? Nam quod uolens in cōmune contuleris, tibi certe potius quā alij cuipiam dabunt. Posthæc

Harmodius & Aristogiton Pisistratidarū tyrannidē sustulerunt.

uerba silentium aliquandiu secutum est, regisq; facies mentis internum certamen indicabat. Nãq; *cum omnia tanquam imperator ageret diceretq;, tunc eorum consilijs auerti, dimoueriq; imperio constabat. Abrupto autem silentio Apollonius, pernimium inquit, uiri aberrare mihi uidemini, qui regem ab his quæ iamdudum consultauerat deterrẽtes in puerilem ambiguitatẽ, & huic tempori minime oportunam conieceritis. Si mihi enim uires habenti, quas nunc is habet, consulentiq; quid boni per eas hominibus afferre possem, hoc modo consuluissetis, recte nimirum uestra processisset oratio. Philosophicæ enim sententiæ philosophos auditores emendant et corrigunt. Homini autem consulentes imperijs & magistratibus assueto, et cui deposito principatu calamitas ultima, & pernicies imminet, qd mirari opus est si à fortuna oblata munera non repudiet?* Rectum *enim meo iudicio fuerat, ut illa uenĩẽtia susciperet, hortariq; ut ipsis modeste, & prudenter uteretur. Si quis enim athletam procero corpore magnoq; animo paratum, & membrorum proportione bene compactũ per Achaiam ad Olympios ludos proficiscentẽ intueretur, accedensq; fortiter contra aduersarios pugnare cohortaretur, iuberetq; illũ parta uictoria ne se præconis uoce uictorem declarari permitteret, néue coronam* + *ex apio acciperet, delirare profecto, & aliorum labores illudere uideretur. Idcirco nos ad præsens cogitantes, quantas hic uir copias habeat, quamq; armis & omni apparatu instructas, quale insuper, quantumq; habeat equitatum, ipse præterea quàm generosius modestiusq;*

& quæ

+ κοτινῷ, id est, oleastro qua Olympiæ uictores coronabantur, ut est apud Pindarũ & Pausaniã, qui oleastrũ Olympiacã καλλιστέφανον uocatã tradit. Apio aũt quod Græce σέλινον in Nemeæ certãminibus in Achaia uictores coronabantur.

& quæ agenda statuerit perficere potens ad incœpta perficienda mittamus, omnia fausta propitiaq; ominantes, eiq; his etiam feliciora pollicentes. Neq; *uero id forsitan cogitatis, duos ipsi filios esse duorum iam exercituum duces, quibus nisi imperium tradiderit inimicissimis usurus est.* Quid *igitur sibi reliquum fiet, nisi ut contra propriam domum bellum gerere cogatur. Sin uero imperium susceperit, coletur à filijs, ipseq; in semetipso, in illo autem filij innitentur: eruntq; patris custodes, non mercenarij, coacti, non uultu beneuolentiaq; simulantes, sed aptißimi, coniunctißimi, & amicißimi. Atque ego quidem de nulla republica sum solicitus, uiuo enim sub dijs.* Hominum *uero gregem, ob carentiam iusti modestiq; pastoris, detrimenti quippiam pati moleste fero. Sicut enim uir unus alios uirtute superans popularem gubernationem ita transmutat, ut unius hominis imperium esse uideatur, ita ut unius hominis principatus ad cõmunem utilitatem omnia dirigens atque disponens, instar populi merito habendus erit.* Non *soluisti dicet quispiam* Neronis *tyrannidem ò Euphrates, neque tu* Dion, *neque tu* Apolloni. Non *tamen quispiam nos propterea increpabit, neq; timidos reputabit si cum plurimi philosophi innumeras iam tyrannides deiecerint, nos in hoc illis inferiores habebimur, quod nihil unquam pro libertate egisse uideamur.* Quamquam *ego quoad fieri per me potuit* Neronem *sim persecutus, multa inter disputandũ cõtra eũ dicens, pluribus etiam in crudelißimũ* Tigillinum, *dũ præsens esset inuectus.* Nam *quod in* Hispania Vindicem *audi-*

 ui, in

ni,in Neronē propugnaculū parare uisus sum. Non tamen ob hoc me dicā tyrannū deiecisse, neq; uos qui talia nō egeritis molliores, q̄ philosophos deceat arbitrabor. Oportet enim philosophū quæ in mentem ueniunt ea proferre, modo rationem habeat, ne quid stulte, ne quid insane, furiosève dicat. Viro autem consulari qui tyrannum deponere meditetur, primo quidem magno consilio opus est, ut improuisus negocium aggrediatur: deinde occasione quadam conuenienti, ne peierasse uideatur. Si enim aduersus eum qui se ducem exercitus cō stituit, & cui recte consulere, & pro quo acturum oīa iurauit arma sit illaturus, primum apud deos excusare se oportet, ut eorum consensu peieret. Multis insuper amicis indiget, neq; enim sine præsidio, ac stipatoribus aggredi rem eiusmodi potest. Pecunijs insuper multis ad uires comparandas egebit: is præsertim qui hominē sit inuasurus ubiq; terrarum dominantem, otium quoq; ad hæc molienda tempusq; longißimum requiritur. Atque hæc utcunq; uultis accipite, nunquam enim quæ cogitauimus permutantes ita redarguemur sicut iste. Fortuna enim certantes quandoq; nō adiuuat. Insuper quales de illo sermones in uulgus futuri sunt considerandum est, si eum quem heri imperatorem à ciuitatibus hoc ipso in templo coronatum, & iura populis dantem omnes uiderunt, hodie uideant per præconem edicere, posthac regno dimisso priuatum se esse uicturum, q̄ regnum inconsulto, ac temere inuasisset. Insuper sicut cogitata ad finem perducens prōptißimos custodes habiturus est, eos quibus cōfisus talia aggressus est, ita si mē

tem

tem ab his quæ antea agenda sibi uisa fuerant permutauerit, acerrimis hostibus ijsdem utetur. Hæc libenter iucundeq; audiens rex, in anima inquit habitas mea: neq; enim aliter tam clare, quàm cogitauerim exprimere potuisses. Te igitur sequar: Nam diuinũ esse arbitror quicquid ex te prodit. Propterea quæcunq; facere bonum regem oportet me doce. Tunc Apollonius, non à me docenda inquit ò rex poscis, regnum enim maxima res est omnium, quæ apud homines sint, nec ullo pacto doceri potest. Veruntamen quæ agenda recte agere meo iudicio uideberis, ea referam. Diuitias igitur primũ magni existima, non quæ in occulto repositæ iacent: quid enim hæ ab harenæ cumulo differunt? nec ea quæ ex collatione tributorũ à gementibus hoĩbus proueniũt. Atrũ enim †sordidũq; putãdum est aurũ, quod ex lachrymis oritur. Diuitijs autẽ optime supra reges omnes uteris, si cum egentibus eas cõmunicaueris. Diuitibus aũt permittes, ut facultatibus suis tuto frui possint. Ne tibi liceat quodcunq; uolueris caue, sic enim rebus modestius uteris. Eminentiores spicas quæcunq; supra cæteras se attollunt non amputato, iniusta enim est in hoc Aristotelis ratio, sed difficiles hoĩes, molestosq; potius, tanquam spinas è segetibus aufer & res nouas molientibus terribilẽ te ostende, minitando tamen, magis q̃ puniẽdo. Lex uero tibi etiã rex dominetur, eris enim in illis ferendis modestior, si tu quoq; ipsas nõ contẽpseris. Deos nunc magis q antea uenerare, maiora nanq; ab illis accepisti, pro rebus etiam magnis illos precare. Quæ ad imperium attinent, tanquam rex administra, quæ autem ad

Præcepta Apollonij de regno administrando.

† κίβδηλον

» corpus, tanquam priuatus. Talos autem, & ebrietatẽ,
» & amores, ut fugias quid te moneam? qui nec etiam dũ
» ætas ad illa te ferebat unquam talia (ut aiunt) laudasti.
» Filij duo tibi sunt ò rex, & hi quidem (ut fertur) gene-
» rosi, ipsis igitur fortissime impera. Nam si illi aliquid
» forte deliquerint tibi profecto calumniam afferent. Mi
» nitare quoq; te illis regnum non traditurum, nisi boni,
» honestiq; esse perseuerauerint, ne tanquam hæreditatẽ
» aliquam imperium existiment, sed quasi uirtutis hone-
» statisq; mercedem. Voluptates Romanis insitas, hæ ue-
» ro multæ sunt, oportet meo iudicio paulatim auferre:
» difficile enim est populum ad uitam omnino modestam
» repente traducere, sed oportet mediocritatem quandã
» illorum mentibus, partim aperte, partim occulte insere
» re, quo facilius illos emendes. Libertorum autem & ser
» uorum quos tibi imperium concessit, delitias aufer, eo
» humilius seruire ipsos assuefaciens, quo maiori domino
subditi sunt. Nunc de ducibus aliquid restat dicere, qui ad populos gubernandos proficiscuntur, non sane de his quos ipse dedita opera mittis. His enĩ ex optimorũ numero lectis magistratus dabis, sed de his loquor qui sorte magistratus accepturi sunt. Hos enim gentibus, ad quas gubernandas eos mittes accomodatos esse di-co oportere, quod sors patitur, ut qui Græce sciunt, Græcis præsint, qui autem Romane loquuntur, his præsint qui eandem locutionem habent. Cur autem hoc mihi in mentem uenerit explicabo. Dum in Peloponeso uersarer uir Græciæ præsidebat ignarus Græcæ lin-guæ, ita ut nec ipse Græcos, nec ipsum Græci loquentẽ

ullatenus

nullatenus intelligerent: errabat igitur ipse plerunq;, & in multis etiam fallebatur, + *socij nanque & iudiciorũ ministri pecunia corrupti peruerse causas iudicabant, calumnias in præsidem uelut in seruum referentes. Atque hæc sunt ò rex quæ hodie tibi dicenda censui, aliâs etiam plura loquar, nunc quæ ad regni gubernationem attinent prosequere, ne subditis eius ociosus uideare.* Tũc Euphrates: Ego quidem inquit *his quæ dicta sunt assentior. Quid enim aliud post magistrorum orationem facere possum?* Hoc *tamen quod omissum uidetur subijciam, philosophiam ò rex quæ de rerum natura est cole, ac uenerare, que uero de dijs loqui se profitetur omitte, ac reijce: tales enim philosophi de dijs mentientes opiniones multas, & insanas nobis ingerũt.* Hoc *uero aduersus* Apollonium *dicebat, qui nihil ea re commotus unà cum socijs abijt, studijs suis operam daturus.* Cum Euphrates *in absentem* Apollonium *audacius inuehi pararet, aduertit id rex, eóque repulso, uocate inquit eos qui imperatoris opera indigent, & consilium in suam formam redigatur.* Neque *animaduertit* Euphrates *eam rem sibijpsi calumniam attulisse, inuidus enim contumeliosúsque à rege iudicatus est.* Quos *autem de gubernatione populari sermones habuerat, non quòd ita sentiret locutum fuisse constabat, sed ut* Apollonio *aduersaretur in his quæ de imperio opinabatur.* Non *tamen illum à se dimouit imperator, aut ullum iracundiæ signum contra eum ostendit: neque* Dionem *laudauit, qui cum* Euphrate *sentire uisus est, atque eundem amare non destitit. Iucunde enim disputationes audiebat,*

+ Vertẽdũ erat assessores cõsiliarij & iudicij cõsortes. Græcè est: ξύνεδροι καὶ κοινωνοὶ τῆς ἐν τοῖς δικαστηρίοις γνώμης.

bat, contentiones autem pertinaces oderat: & iucunditatem quandam in oratione præferebat, qualem templa peractis sacrificijs adhuc fumantia spirant. Apolloniũ autem rex nõ solum amabat, sed antiquorũ facta recensenti aßistebat. Perlibenter iucundeq; illum audiebat, cum de Phraote Indo referret, & flumina belluasq; in India repertas describeret: multo autẽ magis cum dissereret qualia, quãtaq; dij immortales erga imperiũ portenderent. Rebus deinde Aegypti cõpositis, cum discedere statuisset imperator secum ducere uolebat Apollonium. Qui sibi tunc eundũ non censuit his rationibus se excusans, q nondum totam uidisset Aegyptum, neq; gymnosophistas esset allocutus, cum uehementer cuperet Indorum scientiã Aegyptiorum sapientiæ cõparare, & ex fontibus bibere unde Nilus oritur. Rex igitur animaduertens peregrinationẽ in Aethiopiã ipsum meditari, nũquid aliquãdo nostri recordaberis inquit? Per Iouem inquit Apollonius recordabor, si rex bonus esse perseuerabis, & tuimet ipse memineris. Post hæc sacrificijs in templo peractis, rex illi munera publice pollicitus est, ipse uero tanquam accepturus, quænam inquit munera mihi dabis? cui rex decem tibi nunc inquit dabo: cum autẽ Romam ueneris omnia mea tibi dabo. Oportet igitur inquit Apollonius, tuis rebus tanq̃ meis parcere, neq; nunc particulã ullam ex eis distrahere, quãdo omnia mea sunt futura, sed horũ ò rex curam habere uolo, qui nõnullis indigere uidebũtur manu monstrans eos qui cum Euphrate erant. Ipsos igitur audacter quodcunq; uoluissent petere iußit rex. Erubescens

scens

ſcens autem Dion*, concilies me uelim rex præceptori Apollonio pro his quæ aduerſus eum dixiſſe uiſus ſum, cum eius orationi antea nunq̃ contradixerim.* Eius uer*ba rex collaudãs, heri inquit ab ipſo petij, & iam omnino peractum eſt, tu autẽ munera inſuper queuis pete. Tum* Dion *Laſthenes inquit, ex Apamea, quæ in Ponto eſt oriundus iam pridem unà mecum philoſophatus chlamydem poſtea & militarẽ uitam adamauit.* Hunc *quoniam* + *philoſophiã rurſus cupere tradunt, militia miſſum facias rogo, ipſe enim hoc uehementer cupit.* Opus *itaq; noſtrum utriq; pergratũ facies, mihi quidẽ, ut illum poßim uirum bonum efficere, illi autem ut arbitrio ſuo uiuere poßit. Tunc imperator militia inquit ſolutus Laſthenes eſto, quæ uero militibus merces datur eam quoque ſibi dari iubeo, quando te atque philoſophiam amat.* Inde *ad* Euphratem *ſe conuertit, qui cum in epiſtola ſcripſiſſet id, quod petebat à rege, ſibi eam quaſi ſeorſum lecturo porrexit.* Volens *autem rex Apollonio &* Euphrati *materiam quandam ſermonum præbere, coram omnibus epiſtolam legit.* Petebat *autem* Euphrates *munera partim ſibi, partim amicis ſuis: munera uero pecuniæ erant, atque aliquid etiam ſupra pecunias.* Ridens *igitur Apollonius, quomodo inquit tam multa de populari gubernatione diſſeruiſti, tanta munera à rege petiturus?* Et *has quidem diſcordiarum quæ inter* Euphratem *& Apollonium extitere cauſas inuenio fuiſſe. Cum ex* Aegypto *rex deceßiſſet, mordacioribus uerbis inuicem altercarunt: &* Euphra*tes quidem iracunde Apollonium conuitiabatur.* Apol*lonius*

Laſthenes.

+ τρίβωνα, palliũ, & elegãter chlamydi oppoſuit, nã ut illa militaris eſt (Sic enim Theocritus de militib⁹: ϖαντῆ κρηπῖδες ϖαντῆ χλαμυδιφόροι ἄνδρες) ſic τριβώνιον ſordidũ palliũ philoſophorum.

lonius uero philosophice magis illum arguebat, rationem afferens eorum quæ ipsi obijciebat. Quid igitur in Euphrate reprehēderit Apollonius, quòd aduersus philosophiam egisse uideretur, ex Apollonij ad Euphratem scriptis epistolis intueri licet, quas ego huic operi interserendas non putaui, quia non Euphratem uituperare, sed Apollonij uitam his qui eam ignorassent notam facere constitui. Id autem quod de ligno dicitur, cōstat autem in Apollonium dum disputaret illud fuisse coniectum: Non attigisse autem ipsum, multi quidē eius impotētiæ tribuunt qui proiecit: ego autē rationi eius, qui petebatur adscribo, quòd sic uisus est iracūdiam uicisse. Cum Dionis philosophia rhetoricis pigmentis nimium compta, nimisq; ad audientium uoluptatem accōmodata uideretur Apollonio, ut illum emendaret, ò Dion inquit tibia, & lira potius quàm oratione + modulare. In plerisque etiam locis epistolarum, quas ad Dionem scribit illecebras orationis eius reprehēdit. Quod Romam ad regem non uenerit Apollonius, neq; ipsum post discessum ex Aegypto sit allocutus, quàmuis per literas ab eodem sæpius fuerit accersitus, causas adapeream. Nero Græciam liberam dimiserat, præclarius aliquid quàm sui mores exigerent operatus, & ciuitates ad mores Atticos, Doriosq; redierant, & ob earum cōcordiam omnia florebant. Verum tanto bono diutius perfrui Græciæ nō licuit. Adueniens enim Vespasianus libertatem abstulit, & seditionibus in urbibus concitatis multa crudeliter, iracundéque aduersus eas gessit. Hæc igitur non his modo, qui talia patiebantur, uerum

Dionis oratio.

+ θλγει.

etiam

etiam ipsi Apollonio uidebantur grauiora, quàm imperij mores expeterent, quapropter epistolas huiusmodi ad regem scripsit.

APOLLONIVS VESPA*siano regi salutem.*

AVdio te Græciam redegisse in seruitutem, atq; ob hoc aliquid Xerxe plus habere te arbitraris, oblitus propterea uideris minus aliquid habere, q̃ Nero: ipse enim quod habebat sponte repudiauit. Vale.

Alia insuper talis fertur.

EIDEM.

CVm te Græci calumnientur quòd liberos existentes in seruitutem redegeris, quid mea familiaritate, aut colloquio indiges? Vale.

Alia quoque talis extat.

EIDEM.

LVdens Nero Græcos liberauit, tu autem serio laborans in seruitutem redegisti. Vale.

Et hæc quidem sunt in quibus Vespasianum accusat Apollonius, cum autem audiret ipsum res omnes imperij egregie disposuisse, non occulte lætabatur, existimãs hac in re magnum aliquid bonum fuisse operatum. Mirabile quoq; est illud, quod in Aegypto adhuc existenti contigit Apollonio. Vir quidam leonem mansuefactum ex loro ueluti canem, quocunque uoluerat ducebat. Leo autem non modo ei qui se ducebat blandiebatur, sed cæteris omnibus qui obuiã accessissent. Tali modo uir mercedem quærens multas iam lustrauerat ciuitates, quinetiam templa ingrediebatur, quòd mundus à

cædibus

cædibus esset & impollutus, neq; enim hostiarũ sanguinem lambebat, & excoriatas atq; in frusta diuisas sacrorum carnes nõ attingebat, sed + mellitis placentis, ac pane etiã & oleribus uescebatur, coctas quoq; carnes edebat: & uinũ quãdoq; bibere uisus est, cum antiquam seruaret cõsuetudinem. Is itaq; leo ad Apolloniũ ueniens, qui tum fortè in tẽplo sedebat, & ad eius genua procumbẽs humilius etiam q̃ homines facerent supplicare uidebatur: quod uidẽtes qui astabant mercedis causa id facere arbitrabantur. Respiciens autem ipsum Apollonius, hic inquit leo me rogat, ut uos doceã hominis animã se habere: est autẽ Amasis, quondã Aegypti rex.+ Quibus uerbis auditis leo mirabiliter fremẽs lachrymabilem rugitum ædidit, tum dentibus infrendens cum plorare proculdubio uideretur, apertißime lachrymas fundebat. Demulcens igitur ipsum Apollonius, ego inquit leonem censeo Leontopolim mittẽdum esse, ibiq; in templo collocandũ. Regem enim maxime in regiam belluam cõuersum, tanq̃ egenum mẽdicare indignũ iudico. Post hæc cõgregati sacerdotes Amasidi sacrificarunt, & belluã torquibus, uittisq; redimitã in interiorem Aegyptũ misere, tibijs ante ipsam carmina & hymnos decantãtes. Apollonius autem iam satis Alexandriæ mansisse ratus reliquã Aegyptum lustrare, atq; inde in Aethiopiã transire cõstituit. Gymnosophistas alloqui cupiẽs. Cumq; animaduerteret Menippum ob ea, quæ à se audierat audacius iam disserentẽ, et orationis uehementia plurimũ posse, quasi quoddã Euphrati obstaculum futurum ibidem illum reliquit. Dioscoridem

+ μελιττούτταις q̃d in principio historiæ libationibus uertit.

+ περὶ τὸν σαΐτην νομόν. Addit Græci codices, hoc est circa Saiticã præfecturã. Meminit Sais & Saiticæ præfecturæ Strabo li. 17. Est autẽ hic Amasis qui Atheniẽsib9 frumẽti penuria laborãtibus maximam uim ex Aegypto in Græciam misit.

quoq;

quoq; ad peregrinationẽ tolerandam inualidum agno-scens, comitẽ renuit: cæteris in unum cõuocatis, qui plurimi ad se cõfluxerant, post eos qui penes Aritiã ipsum deseruerãt, peregrinatiõis suæ propositũ manifestauit, in hũc modũ locutus. Ego *amici uiri* Olympica *oratio-ne hoc tẽpore apud uos utendũ censeo, quæ talis quondam esse cõsueuit:* Elienses *cum* Olympicorum *certaminum tẽpus propinquaret athletas suos dies triginta in ipsa* Elide *iubebant exerceri. Deinde in unum cõgregatos sic alloquebãtur: Itis in certamen ò ciues, & uiri e-stis uincere potentes, cum uero in* Olympiorũ *campum uenissent, ad eosdem certaturos his uerbis utebãtur. Si iam sufficienter elaborastis ut in* Olympijs *certare possitis, nec ignaue quippiã aut humiliter estis facturi, audenter stadiũ intrate: qui uero nõ ita paratus est, quocunq; uult abeat.* Intellexerunt *socij quid uellẽt eiusmodi uerba, atq; ex eis circiter uiginti cum Menippo remansere, cæteri uero qui decẽ fuerunt (ut opinor) deos precati, sacrificijsq; tanq̃ nauigaturi peractis uersus Pyramides iter cœperunt. Vehebantur autẽ camelis à dextra Nilum habẽtes: plerisq; uero in locis per ipsum fluuiũ nauigabãt, ut melius quæ in eo essent oĩa contemplarẽtur. Sed nec ciuitas fuit ulla, nec templũ, nec + sacellum ad quod uisendũ non accederẽt. Sacerdotes quoque omnes adierunt, partim eos aliqua docẽtes, partim etiam ab ipsis nõnulla discentes. Et nauis in qua uehebatur Apollonius + speculatoriæ similis erat.*

Olympica oratio.

Græca paulo aliter habẽt sed sententia pbe reddita est.

+ τεμένη.

+ θεωρίδι.

Theôris nõ erat speculatoria nauis, sed magnifica, quali uehebant Athenienſiũ Theôri, cum ad certamina Græciæ disponenda mittebant. Sunt autẽ Theôri q̃s mittebat respublica ad sacra certamina componenda & celebranda. Autor Aristophanis interpres.

STRATI DE VITA APOLLONII

Tyanei liber Sextus.



ETHIOPIA TOTIVS *terræ quæ sub sole est Occidentale cornu occupat, sicut India id quod spectat ad Orientem, & secus Meroem Aegypto cõiuncta, & ad incognitam Libyæ partem porrecta mari terminatur, quod Oceanum poetæ uocant, uno eodemq; nomine totum quod terram ambit mare nuncupantes. Fluuium autem Nilum Aegypto tribuunt, qui ex Catadupis initium sumens, Aegyptum quam uniuersam inundat ad Aethiopiam ducit. Magnitudine quidem Indiæ non conferenda est Aethiopia, neque ulla alia continentis pars, quæ hominibus nota sit. Quod si totam Aegyptũ totæ Aethiopiæ adijciamus, id enim facere fluuium arbitramur, non tamen ambæ coniunctæ Indiæ magnitudinem adæquabunt. In utraq; uero fluuij sunt inter se similes, Indus ac Nilus si quis eorũ opera animaduerterit. Ambo enim continentem irrigant æstatis tempore, cum maxime id terra expetit: soliq; fluuiorum crocodilos ducunt, & fluuiales equos, mysteriorumq; ratiões utrisq; pares. Multa enim Indorum ritu sacrificia in Nilo fiunt. Terrarum uero similitudinem testantur armenta utrobique nascentia. Leones præterea & elephanti, qui in utraq; capti seruire coguntur. Præbet insuper utraque feras, quæ alibi nusquam,*

nusquam reperiuntur. Et homines nigros aliæ nullæ cō tinentis partes ferunt. Pygmæorum quoq; + & latrā tium gentes in earum utraq; reperiuntur: & alia huiuscemodi innumera miracula. Indorum autem grypes, & Aethiopum formicæ, quanquam sint forma dissimiles eadem tamen agere student, nam aurum utrobiq; custodire perhibentur, & terram auri feracem adamare. Sed de his satis. Nostra autem oratio ad uirum rediēs, quæ ab eo fuerint gesta narrabit. Cum ad loca uenisset Apollonius ubi Aegyptus Aethiopiaq; terminatur (Sicaminum autem illa uocant) aurum non signatum inuenit. Linum præterea atq; ebur, & herbarū radices uarias, unguentum insuper, & diuersorum generum aromata: omnia autē in uia passim iacebant, certas in partes distributa: quid autem ea res sibi uelit ostendā, permanet enim nostra etiam ætate eiuscemodi consuetudo. Forum nanq; Aethiopes instituunt earum rerum quas fert Aethiopia, & uniuersam regionem perquirentes uenalia cuncta in unum conferunt locum, ubi etiam Aegyptij pro illis forum celebrant, & quæ apud Aethiopes sunt earum, quas ipsi habent rerum commutatione emunt. Qui igitur finitimos ei loco montes colunt, non penitus nigri sed concolores quasi sunt Aegyptijs. Nigrescunt enim minus Aethiopes, paulo autem magis quàm Aegyptij. Cum hanc mercandi consuetudinem intellexisset Apollonius: nostri inquit, optimi Græci nisi obolus obolum pariat, & res uenales quo uoluerint pretio extiment pro sui utilitate minuentes pretium, aut augentes uiuere se non posse dicunt, cum

+ ὑλακτούντων ἔθνη. Hos alij Cynocephalos.

Aethiopum formicæ.

Sicaminum.

Mercādi cōsuetudo apud Aethiopes.

is quidem iam nubilem filiam animaduertat, ille filium ad uirilem ætatem prouectum, alius æris alieni magnitudinem mente repetat, alius etiam semiconstructam domum perficere cupiat, quidam etiam sese erubescere dicunt si in diuitijs acquirendis inferiores parentibus habeantur. Quæ res profecto melius sese haberēt si tanto in pretio diuitiæ non essent, & inter ipsos amaretur æqualitas & hominibus inter se concordibus nigrum ferrum iaceret otiosum, & terra una atque eadem omnium uideretur. Hæc *disputans* Apollonius, *atque, ut consueuerat disputandi materiam ex temporis occasionibus captans, in* Memnonis *regionem peruenit.* Ducebat *autem eos adolescens* Aegyptius, *de quo talia scribit* Damis. Timasion *erat huic adolescenti nomen, qui cum nuper excessisset pubertatem pulchritudine adhuc summa uigebat. Cúmque esset natura permodestus, nouerca illum amans insequebatur, patrémque aduersus ipsum irritauerat, non tamen idem, quod* Phædra *crimen fingens, sed illum accusabat quod fœminæ quàm uiro similior esset, quódque amatoribus magis quàm mulieribus gauderet.* Ille *igitur* Naucrati *relicta, ubi ea quæ dixi agebantur apud* Memphim *uersabatur, atque illic naui comparata per* Nilum *nauigando sese exercebat.* Cum *is nauigantem uidisset* Apollonium, *cum sua naui ad ipsum ueniens sapientibus uiris onustam esse nauim* Apollonij *intellexit, cum ex eorum habitu id coniectans, tum ex libris etiam quibus iugiter illi incumbebant.* Cum *igitur ipsis propinquasset rogabat, ut se sapientiæ amatorem* Platonicam *disciplinam*

Memnonis regio.

Timasion.

Naucratis à Milesijs in Saitica pfe-ctura Inaris nauali prælio superatis in rei monimentũ Naucratin condiderunt.

nam edocerent. In eum respiciens Apollonius, ò uiri inquit adolescens hic dignus est qui suarum petitionum compos euadat. Interim submissa uoce Apollonius, his qui prius astabant omnia, quæ sibi à nouerca contigissent enarrabat, dum adolescens pedetentim nauigans Apollonij nauigio adhærere laboraret, ubi uero naues insimul conuenere è sua naui transiliens Timasion, eos qui cum Apollonio erant salutauit. Ipse uero suæ nauis gubernatorem antea monuerat, quid de rebus quas in sua naui ferebat agendum esset. Iubens autem Apollonius ante suos oculos consistere: ò adolescens inquit, Aegyptie, indigena quidem mihi esse uideris, quid boni maliue abs te sit gestum expone, ut à malis quidem per me, quod per ætatem licet libereris: ex bonis autem laudes meritas consecutus, mecum unà, et cum his quos uides socijs philosopheris. Cum erubescentem illum uideret & uarie faciem permutantem, quod ambigeret quid sibi dicendum, quidue reticendum esset, petitionem urgebat Apollonius, quasi nihil omnino de illo præ nouisset. Tunc uero confidens Timasion ò dij inquit, qualem nam esse me dicam? malus enim profecto non sum. Vtrum uero bonum me extimari oporteat nescio, nam iniuste nihil egisse nulla est laus. Tūc Apollonius, papæ inquit adolescens, quàm similia his quæ ab Indis accepi mihi narras. Idem enim diuinus sentit Iarchas. Sed unde tibi hæc uenit opinio, uideris enim à peccatis abhorrere uehementer? Cumq; dicere iam cœpisset quo pacto erga se habuerat nouerca, quātumq; ipse ab amore esset alienus, clamor ab omnibus sublatus est,

quod eadem omnia exactißime prædixiſſet Apollonius. Reſpondens uero Timaſion, ò uiri inquit optimi quid paßi eſtis? tantum enim quæ dico à falſitate abſunt quantum luctus à riſu. Tum Damis aliud inquit eſt quod miramur. Idq́ue tu adhuc non agnoſcis. Te uero laudamus, quòd nihil egiſſe præclarum arbitraris. Apollonius autem an Veneri ſacrificaret interterrogauit, imò per Iouem quotidie inquit Timaſion. Magni nanque deam illam facio, cum apud deos, tum etiam apud homines. Hoc reſponſo gauiſus Apollonius decernamus inquit ò uiri temperantiæ cauſa adoleſcentem hunc coronari oportere, magis etiam, quàm Theſei filium Hippolytum. Ille nanque Veneri contumeliam attulerat, ac propterea forſitan Venereorum cupidine non tangebatur: neque amor ullus ipſum mouebat, ſed erat ſortis cuiuſdam agreſtioris, ac rudioris. Is autem à Venere ſe commotum quandoque dictitans, nihil tamen erga amantem mulierem affectus eſt, ſed abijt potius deam ipſam timens, ſi ab amore nefando non abſtineret, & deorum quempiam calumniari ſicut Hippolytus erga Venerem faciebat, nullius temperantiæ ſignum eſſe iudico. Præclarius enim eſt & modeſtiæ maioris indicium de dijs omnibus bene loqui:

Athenis aræ ignotis dijs.

Athenis præſertim, ubi etiam ignotis dijs aræ ſunt conſtitutæ. Talia de Timaſione philoſophatus eſt Apollonius, Hippolytum etiam ipſum appellans propter oculos, quibus nouercam aſpexit. Conſtabat autem illum quandoq; in gymnaſtica corpus exercuiſſe, & Venereorum non eſſe expertem. Hoc igitur duce in Memnonis

Memnon.

mnonis templum uenerunt, de quo talia Damis refert: Fuisse Memnonem Auroræ filium, occubuisse uero non apud Troiam, quo etiam neque uenisse illum unquam constat, sed in Aethiopia, cum regnasset apud Aethiopes per generationum quinque spatium. Ipsi tamen Aethiopes quoniam supra cæteros homines longißimæ sunt uitæ, quasi in adolescentia Memnonem lugent, & quæcunque in acerbo funere dici solent conqueruntur. Locum enim ubi templum fundatum fuerat, antiquo foro similem dicunt esse. Extant eiusmodi fora quædam in uetustißimis ciuitatibus, ubi & columnarum uisuntur fragmenta, & parietum quædam uestigia. Præterea sedes & limina & Mercurij simulachra, partim manu, partim uetustate consumpta, illic etiam conspici dicunt. Ipsius uero Memnonis statua adolescentis impuberis imaginem refert: est autem ex nigro lapide fabricata, & ad solis radios conuersa utroque pede solum attingens iuxta Dedali statuariam artem: erectæ autem manus sedi innituntur hominis surgere uolentis similitudinem exprimentes. Oculorum autem & totius oris imaginem, quasi loquentis hominis esse perhibēt. Et hæc quidem antea minorem ipsis dabant admirationem quod non nimium elaborata uideretur, & quantum artis operi inesset ignorarent. Cum uero solis radius statuam attingeret (id autem circa solis ortum euenire perhibent) tum uero supramodum admirabilis uisa est, tunc enim statuam loqui perhibent, ubi primum solis radius ad eius os peruenit. Eius oculi splendentes lætique ad solem expositi sunt, sicut eo-

Græci ferè statuas oēs Mercurios, q̊d illius imagines ubiq; & pluries ponebant, unde etiā quēuis statuariū ἑρμογλυφον appellant.

+ Græce adijcitur, & tūc quidē incedere illū ferūt, q̄d honoris gratia soli adsurgere uidea(?), quē admodū q optime famulos agunt.

+ γυμνοὶ, Gymnosophistæ, familiare est Philostra. Gymnosophistas Gymnos appellare atq; ita prius nō semel reddidit.

rum qui ualde solis aspectum tolerare possunt.+ Sacra igitur Aethiopi Soli, & Memnoni Auroræ fecerunt. Sic enim ea numina sacerdotes cognominant: hunc quidem ex matris nomine, illum autem quòd ea maxime loca perurat & calefaciat. Post id camelis deuecti ad gymnosophistarum loca proficiscebantur. Forte autem illis fit obuiam uir habitu Memphitico indutus, & erranti similis: hunc socij Damidis, quis nam esset interrogarunt, quibus Timasion me potius quàm ipsum interrogetis oportet: ipse enim ob pudorē nunquā uobis calamitatem suam aperiret. Ego autē optime uirum noui, atque illius infortunium miseratus, omnia quæ illi contigerint explicabo. Hic uir quanquam inuitus Memphiticum quendam interfecit, propterea iuxta Memphitarum leges exulat. Opus est enim homicidij reum, licet inuitus id perpetrauerit exulare, & ire ad Gymnosophistas, quod si ab illis fuerit absolutus, tanquam purus expiatúsque in patriam reuerti potest, si prius ad occisi tumulum ueniens paruum etiam aliquid sacrificauerit: antea uero quàm à Gymnosophistis fuerit absolutus, in his errare montibus ipsum oportet, quoad supplicātem Gymnosophistæ misereant. Timasionem itaq; rogauit Apollonius+ quid Nudi de hoc exule sentirēt. Ille uero ignorare se dixit, atq; hoc tantum nouisse, mēsem iam sextum in his montibus hominem supplicabundum errare, neque adhuc ueniam criminis à Nudis meruisse. Tunc Apollonius, uiros inquit mihi non sapientes enarras, si hunc absoluere cunctantur: neque sciunt Philiscum, quem is interfecit à Thamo Aegyptio origi-

nem

nem trahere, qui Thamus Nudorum regionem quando que populatus est. Admiratus Timasion quid dicis inquit? Hoc ipsum ait Apollonius, quod adolescẽs ille operatus, Thamum enim res nouas quandoque apud Memphitas molientem redarguerunt conuiceruntque Gymnosophistæ. Ille uero iudicium effugiens Nudorum regionem uastauit, euasitq; apud Memphitas latro insignis. Ex huius genere Philiscus natus est, stirpe in tertiamdecimam generationem iam propagata, quem execrabilem his esse decuit, quorum regionem Thamus uastauit, & hunc tanquam sapientem ab ijsdem coronari oportuit, etiam si consulto illum interfecisset. Cum autem inuitus pro ipsis tamen sit operatus, tanquam profanum à se depellere inhumanum uidetur. Stupens igitur adolescẽs quis nam es inquit ô hospes? Quem apud Nudos inquit Apollonius inuenies: sed quoniã mihi nephas est sanguine pollutũ affari, bono animo illum esse iube, & expiationem criminis paulo post cõsecuturum fore nuntia, si eò uenerit quò uenire iussero. Quò postquam ille dictis eius obtemperans uenit, Apollonius ea mysteria peragens quæ Pythagoras Empedoclesq; pro expiatione fienda docent, domum redire illum iussit, tanquam crimine absolutum & expiatum. Post hæc oriente sole ex eo loco discedentes, circiter meridiem ad Nudorum + mãsionem peruenerunt. Incolunt autẽ Gymnosophystæ siue Nudi egregie formatũ à natura + tumulum, parũ à Nili ripis distantẽ: sapiẽtia uero magis ab Indis superãtur, q̃ ipsi cæteros Aegyptios eadẽ superẽt. Vtũtur aũt eo habitu quo + messores Athenis uti solent.

+ φροντιστήριον.
+ λόφος. Nescio quid tũ collis nomẽ euitet, tã hic necessariũ.
+ εἰληθεροῦσι

solent. Arbores illic perpaucas regio profert, quàmuis + ἄλσος. *ipsi + locum habeant non sanè magnũ, ubi de rebus communibus tractatur. Sacrificia autem non simul ut Indi faciunt, sed alius in alia tumuli parte, et seorsum quisq; studia exercet sua, sicut ab Aegyptijs traditur. Colunt autem omniũ maxime Nilum, quem fluuium terram simul & aquam esse arbitrantur. Tugurio autem & domo nihil indigent, cum sub diuo degãt. Diuersorium tamen hospitibus constituerunt, paruam porticum, & illi æqualem in quibus apud Elienses athletæ meridianam præconis uocem expectant. Hoc loco refert Damis Euphratis opus, quod licet ridiculum uideatur, æmulationem tamen, ambitionemq; ipsius ostendit, maiorem multo quàm philosophum deceat. Nam cum sæpius Apollonium dicentem audiuisset Euphrates uelle se Indorum sapientiam Aegyptiorũ sapientiæ cõferre, misit ad Nudos Thrasybulũ ex urbe Naucratide oriũdũ, qui apud illos Apollonium calumniaretur, diceretq; se colloquij amicitiæq; iungendæ causa ad eos uenisse, moneretq; paulo post Tyaneum quendam ad eos esse uenturum, cum quo magnum ipsis certamen instat: quòd se Tyaneus multo sapientiorem extimat propter Indorum sapientes, quos ille summis laudibus semper effert. Præpa rasse quoque dicebat illum rationes innumerás, quibus eorum redarguat imperitiam, cedere autem neque soli, neque cœlo, aut terræ, sed illa uehere mouéreq; ac permutare utcunque uoluerit. His apud Nudos compositis Thrasybulus Naucratide discessit: illi autem uera esse, quæ audierant existimantes, uenientem Apollonium al-*

loqui

loqui recusarunt: sed res magnas inter sese tractare simulantes, tum demum colloquendi facultatem Apollonio facturos dixere, cum à rebus grauioribus ocium daretur, si prius tamen intellexissent, quid sibi uelit, et cuius rei causa ad eos accesserit? Iußit autem qui Nudorũ mandato illum excepit, interea in porticu quam diximus permanere. Cui Apollonius de tecto inquit mentionem facere tibi non est opus, præbet enim cuiq; tectum, quæ hic est cœli conditio: clanculum his uerbis Nudos mordens, quod non propter tolerantiã sed propter necessitatem nudi manerent. Quid autẽ uelim, aut cuius rei causa huc uenerim ipsos non cognoscere nequaquã miror, ueruntamen Indi me nihil tale interrogarunt. Posthæc Apollonius arbori innixus, oĩa quæ cũ illo locutus fuerat ad socios retulit. Tum Damis Timasionẽ seorsum auocans, dic inquit optime uir Nudorum sapientia quæ nã est, aut qualibus de rebus habetur? Nam te sæpius illos conuenisse scio. De multis inquit ille, ac maximis rebus illorum sapientia. Verum enimuero Damis inquit, minus prudenter ab eis fieri uidetur, quæ nunc erga nos faciunt: nolle enim huiusmodi uirum alloqui, præsertim qui sapientiæ cognoscendæ causa uenerit, tantóque fastu erga ipsum uti, quid præ se ferat amice nescio, præterquam elationem summam atq; superbiam? Planè inquit fateor Timasion, & tantam profecto, quantám in his ante hac nunquam animaduerti, cum bis iam ad eos accesserim. Semper enim humani benigniq; erga uenientes ad se fuere. Proxime namque dies (ut arbitror) ab hinc quinquaginta Thrasybulus

Q v huc

huc accessit, uir ut mihi uisum est; non multum supra cæteros in philosophia peritus, illi uero iucūdissime ipsum susceperunt, cum se ab Euphrate missum, eiusq; discipulum esse diceret. Tum Damis quid mihi inquit, narras adolescens? an tu hoc in loco Thrasybulum Naucratitē uidisti? Imò inquit hinc abeuntem ego mea naui detuli. Tunc indignatus Damis, ô † qui omnia regis Iupiter & ô Pallas exclamauit, quasi scelestum aliquid facinus audisset. Hunc interpellās Timasion, is inquit uir heri cū interrogassem, quisnam esset, indignum cui secreta manifestaret me putauit: tu uero nisi mysteria sint hæc, quisnam hic sit edoce, forsitan enim aliquid referre potero, unde tu quid quæris inuenias. Postquam igitur audiuit ex Damide Tyaneum hunc esse, inuenisti iam inquit negotium tuum. Thrasybulus enim mecum in Nilo nauigans, cuius rei causa huc uenisset à me interrogatus, prudentiam suam minime bonam mihi narrauit, cū se diceret suspitionibus Gymnosophistas contra Apollonium impleuisse. Cunq; horum nihil Apollonio narrasset, tantummodo se Nudos allocutum fuisse dixit. Seorsum autem Damidi, cras inquit aduenient suspitionibus pleni quas à Thrasybulo acceperunt. Apollonius uero socijq; reliquam eius diei partem nō nimium digna narratu colloquētes peregerūt: cœnati postmodum eoipso in loco dormierunt. Postridie Apollonius mane, ut solebat, sole adorato cogitabundus perstabat, currens autē ad eum Nilus, qui cæteris Nudis iunior erat, nos inquit ad te uenimus Apolloni. Non immerito inquit Apollonius, ego enim ut ad uos uenirem longissimum iter à

† Græce est nunc omnia intelligo τὸ πάγιχω.

mari huc usque peragraui. Atque hæc dicens abeuntem Nilum sequebatur. Cumq; secus porticum Gymnosophistis obuiasset, salute primo data atque accepta, ubi nam inquit Apollonius consedebimus? Illic Thespesion inquit, eum quem diximus locum manu demonstrans. Erat Thespesion inter Nudos natu maior, & cæteros tanquam dux antecedebat: illi autem uelut + Græcorum causidici tardo compositoq; gradu seniorem sequebantur. Postquam omnes utcunq; sors tulit consedere, neq; enim certus cuiq; locus erat, cuncti in Thespesionē sermonis autorem conuersi sunt. Ipse autem in hunc modū loqui exorsus est. Pythios ludos atq; Olympicos te uidisse constat Apolloni: id enim Stratocles Pharius nobis retulit, qui te ibidem conspexisse narrabat: qui igitur ad Pythos ueniunt tibijs, & cantibus, ac psalmis inuitantur: quippe qui ad comœdias tragœdiasq; uocentur, spectaculumq; tandem similium rerum illis proponitur. Qui uero Olympijs præsunt, hæc tanquam inutilia, locoq; minime accommodata posthabent, cum illuc euntes nudos athletas in conspectum sint habituri, sicut ab Hercule fuit institutum. Id ipsum Apolloni meditare ab Indorum sapientia huc ad nos accedēs. Illi enim tanquam ad Pythia conuocantes uarijs deducunt + illecebris, nos autem uelut in Olympijs nudi permanemus: nec nobis aliquid terra substernit, neque lac ueluti bacchantibus, aut uinum præbet. neque sublimes à terra nos aër sustinet, sed in ipsa terra prostrati uiuimus, ab ipsa accipientes ea quæ naturaliter profert: ut gaudeat ea præbens, nec tormentis inuita præbere

Thespesion

+ Idē nomē quod antea uertit Græcorum in certaminibus iudices. ἑλλανοδίκαι.

+ ἴυγξ. nō hic auiculæ nomē, sed quacunq; re amorem hominū nobis cōciliamus, quòd ueneficæ utantur auicula ad amores.

bere cogatur. Quod uero nos fieri sapientes non sit impoßibile, hæc arbor ostendit. Erat autem ulmus tertia ab illa, sub qua disputabatur, ea sapientem salutauit Apollonium, non antea tamen quã illi esset à Thespesione imperatum. Et erat uox distincta quidem, sed tenuis, et fœmineæ similis. Hoc autem illi signum tanquam ex opposito Indorum ostenderunt, auertere ab eis credentes Apollonij mentem, qui ubiq; Indorum facta, dictaq; iactabat. Postea sermonem hoc modo prosecutus est Thespesion: Sapienti satis est, ut in uescẽdis cibis purus sit, atq; ab oĩbus abstineat quæcũq; spirant, insuper à cupiditatibus quæ per oculos accedunt: careat præterea inuidentia, quæ iniustitiæ magistra ad mala facinora mentem, ac manum impellit. Miraculorum uero ostentatione, aut arte uiolenta non indiget ueritas. Licet enim Delphicum Apollinem intueri, qui medium Græciæ tenens, uaticinij responsis clarus habetur. Ibi igitur (ut tu ipse nosti) qui ab oraculo aliquid poscit, breui admodum oratione quid poscat exponit. Apollo autem nullis portentis præmißis, quæ sibi uidentur respondit, quanquam ei facillimum esset totum Parnasum concutere, et Castaliæ fontibus mutatis uinum effundere, Cephisiq; cursum morari. Ille autem nihil horum iactanter faciens pure ueritatem profert. Putamus etiam nec aurum, nec tam præclara dona, quæ in templo conspiciuntur illo uolente afferri, nec templi structura gaudere etiam, si duplo maius ac præclarius strueretur. Incoluit enim & humilem casam is deus, & tugurium illi luteum paruumq; compactum fuit, ubi apes fauos, &

aues

aues plumas congessisse traduntur. Frugalitas enim sapientiæ & ueritatis magistra est, quam si laudaueris proculdubio sapiēs uideberis, fabularum quæ sunt apud Indos oblitus. Fac enim aut non fac, & scio aut nescio, & hoc aut illud† quid sonitu indiget aut tonitru, uel ut uerius dicam attonitatione. Vidisti etiam aliquando in picturis rationem eandem, & Prodici Herculem, quem adhuc impuberem & ad electionem insufficientem uirtus, ac uitium adprehensum ad se trahere nitebantur. Erat autem uitium quidem auro monilibusq; ornata, ueste insuper purpurea, et faciei pulchritudine nitens, comas præterea discriminatis uarijs nodis alligata, & pictis supercilijs fulgens, aureos quoq; calceos gestans, tumido elatóque gressu incedebat. Altera autem elaboranti similis, aspectu horrida, macie quoque & squalore confecta, nudis autem pedibus, & sordida ueste amicta, ut nuda potius appareret futura, nisi quod in fœminis pudendum est agnouisset. Idem igitur & tu cogita Apolloni, in medio te constitutum esse Indorum nostræq; sapientiæ: atq; illam quidem audire dicentem, quod dormituro tibi flores substernet, potabitq; lacte, & fauo nutriet, mel quoq; ab eadem accipies, & ad uolandum plumas quandocunq; uoles: tibi autem famescenti tripodes, † & mensas aureas circunponet, nec erit in ea re quicquam laborādum, sed sponte sua ad te hæc omnia uenient. Altera uero contraria omnia pollicetur, primo quidem quod in sordibus humi iacebis, nudus præterea & ueluti nos laborans deges: quicquid autem non laboranti tibi accesserit, id neq; charum, neque iu-

† τί δαὶ τοῦ βροντᾶν

Hercules Prodici.

Aureos thronos Græce est.

que iucundum putare debebis. Neq; uero iactator eris, nec superbiæ amator, iubebit quoq; à somniorum uisionibus abstinere, atq; ab ijs præcipue, quæ à terra proueniunt. Quod si iuxta Herculis *iudicium electionē feceris, frugalitatem nunquam contemnes, & eam quæ secundum naturam est parsimoniam non reijciens multos leones superasse diceris, multasq;* Hydras *obtruncasse:* Geryones *quoq; &* Nessos *uicisse complures, & alia quæcunq; de illo prædicantur certamina. Sin uero cupidorum opinionem secutus auribus atq; oculis assentaberis, nec alijs quibusuis sapientior euades, &* Nudi Aegyptij*+ præmiū fies. Hæc cum* Thespesion *dixisset, oēs in* Apollonium *se converterunt, socij quidem quod aliquid contradicturum agnoscerent,* Aegyptij *uero quid contra illa dicere posset admirantes: ipse uero beneuolentiam eius, & dicendi modum collaudās, nunquid his quæ dicta erant addere uellet interrogauit.* Ille *uero nihil per* Ioue *inquit, satis enim dixisse mihi uideor.* Rursus *interrogante* Apollonio *num Aegyptiorū alius quisquam dicere aliud uellet, nihil opus est respondit* Thespesion, *me enim audiēs omnes audiuisti.* Paulum *igitur cunctatus* Apollonius, *& oculis humo defixis, quæ audierat mente repetens, in hunc modum tandem locutus est:* Herculis *electio quam cum esset impubes illum fecisse* Prodicus *refert, recte à uobis iuxta philosophiæ præcepta narrata est sapientes* Aegyptij, *sed ea nunc ad me nihil attinet: neq; enim de eligenda uita uos consulturus aduenio, qui eam iamdudum elegerim, quæ omniū optima uisa est. Cumq; cæteros omnes præter* Thespesionem

+ἆθλος.

sionem ætate antecedam, decentius utiq; de eligenda sapientia consilium uobis dare possem, nisi uos quoq; iam elegisse animaduerterem. Attamen, cum sim talis atque in sapientia tantum profecerim, non recusabo mei consilij uobis + iudicibus uti, & quomodo recte hanc uiuendi rationem elegerim uos docebo, qua melius nihil hactenus in mentē uenit. Si quis Pythagoræ mediocritatē, & arcanā philosophiā aspexerit, non solū seipsum agnoscet qualis sit, sed qualē etiā fieri oporteat, ego uero q̄ pure sancteq; aras attigerit considerās, & uentrē quo ab animalium esu purum seruauerit, totum aūt corpus à uestibus ex morticina materia confectis habuerit impollutum, utq; omnium primus linguam frenauerit à boue silentij documentum sumens, reliquam uero philosophiam quā uere sancteq; constituerit, eius opinionem sum secutus, non ex duabus unam eligens sapientiam, sicut optime Thespesion consulis, sed ex pluribus: philosophia enim suas omnes mihi circumponens opiniones, et earum singulis proprium apponens ornatum in eas me respicere iussit, & sana mente quancunq; libuisset eligere. Pulchritudo igitur erat omnium admirabilis quædā & diuina, ut facile in earum aliquas ob stuporem quis declinaret. Ego autem in omnes figebam oculos, ipsæ enim mihi præbebant audaciam, cum singulæ mihi iam quid essent daturæ ostenderent ac pollicerentur. Cunq; earum una uoluptatum agmen nullo cum labore acquisiturum me diceret, altera uero quietem à laboribus, alia rursus lætitiā labori permixtam polliceretur, atq; ita uoluptates undiq; mōstrarētur, & laxatæ uētris habenæ:

+ λογισῶν.

benæ: manus autem ad rapiendas diuitias paratæ, & oculis nullum frenum adderetur, sed cupiditates, amores, cæteriq; huiusmodi affectus paßim concederentur: earum una tales perturbationes cohibere se iactabat, audax autem & contentionis cupida perturbare cuncta uidebatur. Erat autem forma sapientiæ diuina quædam et uenerabilis, quam etiam Pythagoras amauerat, ea non cum cæteris una, sed ab alijs semota tacitaq; perstabat. cumq; aliarum dictis nõ assentiri me animaduerteret, sua uero adhuc uideret ignorare. O adolescens inquit, ego tristis & laborũ plena sum. Si quis enim meas leges secuturus est, primo quidem ab omnium animaliũ esu abstineat oportet, ut uini penitus obliuiscatur, ne sapientiæ poculum perturbet, quæ in animis à uino abstinentibus consistit, nec elaborata uestis illum calefaciet, aut lana ab animalibus detonsa: calceos uero ex arborũ corticibus dabo, & ubicunq; sors tulerit dormitabit: quod si Venereorum cupiditate moueri illos sensero, barathra quædam mihi sunt, in quæ ministra sapientiæ pœna ipsos detrudet: atque adeo sum difficilis, ijs qui mea studia sequuntur, ut etiam linguæ uincula imponã. Quæ uero præmia maneant, si hæc toleraueris ex me audi. Temperantiam primo iustitiamq; ex me consequeris, nec ulla tangeris æmulatione. Tyrannis uero potius terribilis eris, quàm subditus: deis autem acceptior parua sacrificans, quàm qui taurorum sanguinem profundunt. Et cum purus mundusq; sis, ut etiam futura præsnoscas concedam: oculosq; tuos radioso lumine sic implebo, ut deum poßis agnoscere. Poßis etiam errorẽ discernere

scernere, & umbrosa phantasmata redarguere, quæ speciem oris plerunq; mentiuntur. Hanc itaq; *uitam ele gi, ò sapientes Aegyptij. quam cum recte, & iuxta Py thagoræ instituta delegerim, neq; eā fefelli, nec ipse ab ea sum deceptus.* Nam *quæ recte philosophantem agere decet omnia præstiti, & quæ philosopho se daturam il la pollicita est cuncta habeo.* Sum *enim de generatione artis contemplatus, & unde sint illius profecta princi pia, uisumq; mihi est ab hominibus ipsam esse natam di uinitate quadam excellentibus, quiq; optime animam exercuerint, cuius immortale quid & ingenitum fon tes sunt generationis.* Huic *autem rationi non multum assentiri mihi uisi sunt* Athenienses, *qui* Platonis *sermo nem, quem diuinitus hoc loco sapienter de anima pro tulit corrumpere uidentur, contrarias illi et minime ue ras opiniones de anima recipientes.* Oportuit *autē ani maduertere, qualisnam ciuitas et quale id esset hominū genus, apud quos non is quidem hoc modo, ille uero ali ter, sed unum idem omnis ætas de anima sentiret ac lo queretur.* Ego *igitur sic peracta iuuenta cum adhuc nō satis hæc intelligere mihi uiderer, ad uos respexi, quos fama est multa scire de rerum natura, & ea quondam præceptori meo* Pythagoræ *narrauisse.* Ille *uero aliter mihi superstans, si tu inquit amator esses, aut in ætate ad ornandum idonea constitutus, & adolescente formo so inuento illius amore capereris, profecto quo ciue na tus puer esset inquireres, quod si patre natus esset impe ratorio & bellicoso, auis autem primatibus ciuitatis, tu uero ipsum nautæ cuiusdam, aut tribuni filium nuncu*

 pares,

pares, num illi talibus uerbis gratificari, an potius eundem offendere putares, quod non ex patris nomine, sed ignobili, atq; alieno genere quasi nothū denominares? Cur itaq; sapientiam ab Indis inuentam, non à naturalibus parentibus illam denominas, sed ab his qui positione suæ parentis, maius aliquid Aegyptijs tribuent, quā si iterū (ut aliâs euenisse perhibent) melli commixtus Nilus ascenderet. Hæc me prius q̄ uos adirem ad Indos cōuerterunt, quod ipsos putarē ingenio sublimiores esse, utpote in aëre puriore degentes, ueriora etiam de natura & dijs opinari, quod propius deos, & principia substantiæ calidæ, atq; animantia generantis habitarēt. Cumq; ad eos uenissem, tale aliquid mihi ob eam quam de ipsis habebam expectationem cōtigit, quale quondā Atheniensibus ab Aeschyli sapientia contigisse fertur.

Aeschylus tragœdiam correxit.

Erat nanque Aeschylus poëta tragicus, qui cum artem eiusmodi incompositam inornatamq; animaduerteret, choros in unum contraxit, disiunctissimos antea existētes, & histrionum crebras responsiones auferens, unici cantus prolixitate intra scenas fiendam iugulationem excogitauit, ne coram populo trucidationes hominum fierent: quæ licet ipsa per se sapientia carere nemo dixerit, ulterius tamen aliquid excogitādi etiam in poetica minus peritis præstitit occasionem. Cumq; rursus ille cogitaret, quo pacto dignitatem tragœdijs posset afferre, uideretq; eiusmodi arti sublimitatē potius quā humilitatem conuenire, apparatus ornatiores instituit, & heroum figuris magis accommodatos, & pulpitis histriones superimposuit, ut alte sicut heroes graderentur,

tur, uestibusq; primus eosdem ornauit, quas heroes, aut heroum mulieres decere putabat. Quibus de causis Athenienses tragœdiæ parentem illum putant, & in Dionysij festis etiam mortuũ inuocãt. Quæ enim ab Aeschylo inuenta fuerunt, ediscuntur, ac præ cæteris habẽtur in pretio. Verum enimuero emendatæ exornatæue tragœdiæ non magna est gratia, quod breui diei spatio eius uoluptas, ceu bacchanaliũ permaneat. Philosophia uero, ut Pythagoræ uisum est cõposita, deinde ad deos translata, sicut Indi Pythagoræ sapientiam transtulerunt, non breuis temporis gratiam promeretur, sed infiniti & omnem numerum excellentis. Nihil igitur indecens fecisse uidetur, qui tam comptæ, exornatæq; philosophiæ amore uictus est: quã Indi conuenienter collocantes alta, diuinaq; machina ipsam circundederunt. Quod autem iure illos amauerim, ureq; sapientes iudicauerim, ac beatos, iam uobis edisserendi tempus est. uidi enim homines in terra degentes, nec tamẽ in ipsa: & sine mœnibus, tamen munitos, & nihil possidentes, uel potius omnia: quod si hæc loquens ænigmata quædam dicere uideor, nihil est mirabile, id enim Pythagoræ sapientia concedit, atq; his ænigmatibus uti idem ille permittit, qui silentium sermonis magistrum inuenit. Huius autem sapientiæ uos quoq; consultores Pythagoræ tunc fuistis, cum Indorum sapientiam laudabatis propterea quod uos quondam Indi fueritis. Sed quoniã pudore sermonis qui uulgo ferebatur, quod diuinis portentis ex ea terra pulsi huc uenistis, aliud qduis potius q̃ Aethiopes ab Indis uenientes putari uoluistis,

Aeschylus tragœdiæ pater.

Pythagoreorum est ænigmatis uti.

atq; omnia propter hanc euitandam opinionem à uobis facta sunt, omnem itaq; illorum habitum exuistis, quasi cum ueste simul & illud assumpturi, ut Aethiopes, non autem Indi putaremini. Deos quoq; magis Aegyptio q̃ uestro ritu colere instituistis. Sermones insuper nequaq̃ eorũ meritis dignos de Indis habuistis, quasi calumniã euitaturi si eos calumniati essetis à quibus uenistis. Neq; in hoc modum mensurámue seruatis unquam, iugiter in eodem perseuerantes ex quo illorum habitum exuistis. Verum hodierna die huius quod dico manifestißimum signum dedistis, cum Indos contentionis cupidos, & iambicè loquentes, ac nihil boni rectiue sentientes appellaueritis, & miracula dũtaxat & præstigia, delusionesq; cũ aurium tum oculorũ meditantes. Cũq; meã sapientiã, qualis sit adhuc ignoretis, absq; sensu tamen de ipsa opinari uidemini. Ego aũt de me ipso nihil dicam, atq; utinã sim talis qualẽ Indi me existimãt. Indos uero quoad potero maledictis lacerari non permittam. uos aũt si quid eiusmodi sapitis, quale quondam lepidus uir Stesichorus, qui de Helena carmen illi quod prius scripserat contrarium decantans, palinodiã, id est recãtationẽ ipsum appellat, ueraq; est eiusmodi oratio, date operam ut & uos meliora his quæ nuper dixistis proferatis, opinionem quoq; quam de illis habetis in melius mutantes. Sin ad palinodiam faciendam dispositi non estis, saltem maledictis abstinete in eos uiros, quos dij bonis quæ contulere, dignos iudicantes, eius etiam qua ipsi fruuntur quietis se indignos non arbitrantur. Attulisti præterea ô Thespesion de Pythio templo rationem

Iambice loqui, est mordere, maledictis incessere, & insectari. Ne quis putet eos iambica sonare.

τὸ περὶ τῆς πυθοῦς λόγον.

nem quandam,quod ſimplex & ſine apparatu eſſe debet,exemploq́; uſus es templi ex cera quondã,plumisq́; compoſiti. Mihi uero nequaquam impræparatum hoc eſſe uidetur,nam efficere ut aues plumas, & apes fauos congerant indicium eſt alicuius domum præparantis,& figuram. Atq; is etiam ut opinor parua hæc, & minora quàm ſua mereretur ſapientia reputans maius aliud templum & †centipeda metandum expetiuit. Ex *uno autem ipſorum illecebras aureas, Sirenarum leporem quendam continentes ſuſpendiſſe dicitur. Poſtmodum uero præclariſsima dona ornamenti cauſa ad lepôrem congregauit: neq; ſtatuariæ artis repudiauit induſtriam,ſtatuas Coloßosq́; permultos ad templum deducentem, partim hominum,partim deorum, necnon & equorum,aut taurorum,et aliorum cuiusq́; generis animalium,*nec rurſus arcis Troianæ captiuitatem, quã ibi* Polignotus *pinxit.* Non *enim Lydium aurum ſuaſionis deæ ornàmentum putabat,ſed Græcorum cauſa illud introduci gaudebat:oſtendere illis cupiens (ut opinor) Barbarorũ diuitias:ut illas acquirere magis optarent,quàm inter ſe bella gerendo mutuo populari. Hæc igitur Græco ritu, & ſuæ ſapientiæ accommodato uo-*

*Hic Græce etiam additur nec Glaucum cũ ſuppocillis accedentem, οὔτε γλαῦκον μετὰ τὸν ὑποκρατηριδίου ἥκοντα.

†ἑκατομπέδων, hoc eſt pulcherrimum: Sic autẽ uocabatur templum in arce ueſtalibus ab Athenienſibus ædificatum,quod maius erat priore quod Perſæ incendio uaſtauerant. Nam hoc centum pedum magnitudine fuiſſe cõſtat, illud quod à Perſis exuſtum fuit, quinquaginta. Præterea totus locus corruptus erat quẽ utcumq; reſtitutũ legis. niſi quod pro ἴυγξι illecebras redditũ eſt, interpres auiculas poſuerat, & pro πυθοῖ lepôrem, ille Pythia inepte uerterat.

luit apparari, templumq; Suasionis hoc modo splendidum & ornatum reddidit. Puto etiam ipsum ornatus causa responsa carminibus dare: nisi enim huius rei causa id faceret, sic ut opinor responderet, fac aut non fac, aut uade uel non uade, tales ascisce socios aut ne ascis cas. Haec enim breuia sunt, & ut uos dicere soletis nuda. Ipse autem ut se magniloquum, & interrogantibus iucundiorem exhiberet, poetarum more sua responsa componit. Neque uero putat aliquid esse quod nesciat, sed etiam arenae numerum, & maris omnes mensuras asserit comprehendisse: quod tu forsitan iactantiae miraculoq; tribues, licet Apollo serio prudenterq; id affirmet. Et quanquam uereor ne grauius Thespesion quod dicam laturus sit, tamen dicam quod sentio. Aniculae farinario cribro caput obuolutae ad pastores bubulcosq; ueniunt, aegrotantibus pecoribus medicinam allaturae, ex arte uaticinãdi (ut aiunt) acceptam, uoluntq; sapientes uates appellari: imò uero sapientiores his, qui uere sunt uates. Id ipsum & uos erga sapientiam Indorum ostenditis. Illi enim diuini sunt, & instar Pythij templi compti & ornati, uos autem sed aliud ulterius addere nolo. Amo enim loquendi modestiam, amant & Indi, eamq; ueluti linguae pedissequam simul & ducem colo. Et quae mihi factu possibilia sunt cũ amore, & laude conor acquirere, id autem ad quod attingere non possum intactum à uituperatione relinquo. Tu uero quãuis Homerum in his quae de Cyclopibus refert dicentẽ audias, inaratam atq; nõ seminatam terram immanissimos crudelissimosq; homines pascere, sermone gaudes, & eun-

Has una dictione κοσκινομάντεις uocãt, extat apud Theocritum.

dem probas: si rursus Edonij quidam Lidijue debacchẽtur, non falsum censes terram lactis, et uini fontes ipsis ad potandum esse daturam: ab his autem qui omni sapientia quasi correpti bacchantur, dona remoues sponte sua ex terra prouenientia. Tripodes quoq; in deorũ cõuiuijs spõte sua prodeũt. et Mars quãuis indocilis et inimicus existens, nunq̃ ob ipsos Vulcanum accusauit, neq; huiusmodi accusationem dij audierunt: iniuriam facis ò Vulcane deorum conuiuia exornans, & miracula quædam eisdem circumponens. Neq; ob auratas ansulas accusatus est unquam, quod abuti materia uideretur, aut quod aurum spirans effecerit. Ornatum enim intendit omnis ars, quando et ipse artes ornatus gratia sunt adinuẽtæ. Nuditas autem pedum, et uilis amictus, & peræ gestatio ornamẽti cuiusdam inuẽtio est. quinimò nuditas qua utimini contemptui cuidam, & neglectui similis uidetur: cõgruit autem ornatui, nec ab ipsis (ut alij dicunt) abest superbia quædam. Solis autem quæ ab Indis fit adoratio, conuenientem retinet consuetudinem, cum illic eum adorent, ubi maxime sibi placere cõsentaneum est. Dij nanq; terrestres foueis gaudent, & quæ in terræ concauitatibus fiunt sacrificia. Sol autem in aere uehitur, decet igitur eos, qui congrue laudaturi eum sunt à terra eleuari, et cum ipso deo in sublimi uersari: hoc autem uolunt quidem oẽs, Indi autem soli etiã possunt. Hoc loco se grauiter suspirasse refert Damis, cũ talia audiret: Aegyptij uero propter Apollonij oratione sic erãt affecti, ut ipse quoq; Thespesiõ, quãuis niger esset ruboris tamẽ uerecũdiæq; signa daret, apparebat

Artes cur inuentæ.

bat autem & in cæteris quidam stupor, ob ea quæ fortiter beneuoleq; ab Apollonio dicta audiuerant. Vnus autem qui cæteris iunior erat, nomine Nilus, propter summam admiratione͂ prosilijt, mutatoq; loco ad Apollonium uenit: & manus ad eum tendens rogabat, ut sermones conuersationesq; cum Indis habitas ordine referret. Cui Apollonius tibi quidem cuncta narrare non grauarer, inquit, cum sis (ut uideo) benignus & humanus, & sapientiæ totius amator, Thespesionem uero et cæteros, qui Indorum dicta factáue nugas existima͂t minime perlaturos arbitror Indorum dicta factáue audire. Ad hæc Thespesion. Si tu inquit mercator esses, aut nauta, atq; illinc merces aliquas nobis afferres, iure uidereris, quoniam ab Indis illæ uenirent, non probatas illas apud nos deponere, cum earum neq; prægustationem nobis ullam neq; specimen dedisses. Ad hæc Apollonius iam inquit præbui accipere uole͂tibus. Sed si quis ad mare ueniens, appellentemq; nauim conspiciens aduectas merces uituperet, & nauis præfectum statim accuset, quod ex terra ueniat nihil omnino boni fere͂te (Sicut me nuper increpuit Thespesion, ꝙ nullius boni gratia illuc accessi, atq; alijs persuadere conatus est) num censes qui in talem uenerint portum ancoras iacturos, aut rudentes applicaturos esse, ac no͂ potius sublatis uelis in altum pelagus nauim deducturos: ut uentis potius fortunas suas co͂mitterent, q̃ sic ignaris & inhospitalibus moribus? Verum ego inquit Nilus rudentes capio, & te nauis patronum rogo, ut mercium me participe͂ facias quas aduexisti: quinetiam nauim si libet co͂scenda͂

ut ipsam

ut ipsam contempler, & res omnes quibus onusta aduenit. Tum facto silentio Thespesion gaudeo inquit Apolloni doluisse te ob ea quæ audisti, tu enim nobis quoque ignoscis propterea dolentibus, quòd nostram sapiētiam antea quàm huc accederes accusasti, cum adhuc ipsam minime cognouisses. His uerbis stupefactus Apollonius, qui ab Euphrate Trasybuloq; acta non audißet, conijciens tamen (ut solebat) quæcunque fierent, Indis inquit ò Tespesion nihil huiusmodi accidisset, nec talia suggerenti Euphrati mētem aut aures præbuissent: nam cum sapiētes sint omnia præcognoscunt. Mihi uero cum Euphrate nulla priuatim discordia intercedit, sed cum ipsum à pecuniæ cupiditate reuocarem, dicerē non esse lucrum laudabile, quoniam suæ libidini consentanea dicere non sum uisus, & quæ sibi factu impoßibilia censebat, propterea redarguendi sui gratia me talia dixisse putauit, nec unq̃ aliquid aduersus me destitit machinari. Sed quoniam uobis probabiliter dicere uisus est, cum mores meos calūniaretur, animaduertite quo pacto antea sit calumniatus: mihi enim periclitari non parum is uidetur, quē alius quispiã sit calumniaturus, nam odio habebitur, cum tamē nihil iniuste fecerit. Veruntamen neque illi periculorum uidentur expertes, qui calumniatores audituri sunt. Primū enim + prauiloquentiæ amatores esse deprehenduntur, eamq; pluris quàm ueritatem extimare. Deinde leuitatis crudelitatisq; sectatores putabuntur, quæ in adolescentibus etiam turpes habentur. Inuidi præterea uidebuntur, auditionis iniustæ magistram inuidiam facientes, cum sint ipsi calumnijs

+ ψυδολογίας.

R v dignio

digniores, qui de alijs allatas easdem ueras putant. Hominum enim natura ad ea facienda quæ credit promptior est. Non igitur tyrannidem exerceat uir audiendis calumnijs promptus, neq; popularem gubernationē gerat: tyrannis enim & populi gubernatio sub ipso erunt: hoc est, indignationem quandam ex ipso sortientur: neque iudicet quicquam cum nihil agnoscat, neque nauim regat, seditio enim in naui excitabitur: neq; exercitui præsit, nam aduersarius bene habebit: neq; philosophetur qui ita dispositus est, non enim uere de rebus opinabitur. Vobis igitur Euphrates abstulit esse sapientes: quos enim inanibus mēdacijs seduxit, quo pacto sei psos sapientia dignos putabunt, à qua discurrunt non uerisimilia persuasi? Tum demulcens Apollonium Thespesion satis, inquit, de Euphrate, minutisq; rebus locuti sumus, & uos quandoq; inuicem conciliabimus, q; sapientis esse putemus sapienter uiuere, uobis autem quis me conciliabit? opus est enim eum qui mentitus est à mendacio expiari. Hæc ut uoles sese habebunt, inquit Apollonius, nos autē ad nostra studia reuertamur, hæc enim nos magis conciliabunt. Expetēs autem Nilus diuturnum Apollonij sermonē audire, principium inquit, studiorum nostrorum capere hinc oportet, ut peregrinationē ad Indos tuam sigillatim nobis enarres, quasq; cum illis egeris disputationes: de rebus enim præclaris uos fuisse locutos scio. Ego autem inquit Thespesion, et de Phraotis sapientia audire aliquid cupio: dicitis enim sermonum suorum imagines ab Indis deduci. Principium igitur orationis Apollonius ab his sumens, quæ in

Baby-

Babylonia gesserat, quęcūq; deinceps peracta fuerint diligenter exposuit, illi autem summa attentione iucunditateq; audierunt. Cumq; interim meridies aduenisset, colloquium dimisere: id enim tempus Nudi etiam sacrificijs peragendis impartiunt. Postmodum Apollonio socijsq; cœnantibus Nilus superuenit, panes & olera terrestresq; alios fructus afferens: quos partim ipse manibus gestabat, partim comitibus ferendos dederat, & urbane festiueq; illos salutans, sapientes inquit hæc hospitalia munera, uobis mihiq; mittunt: ego enim uobiscum sum cœnaturus, non inuitatus (ut inquiūt) nam egomet meipsum inuitaui. Munus profecto periucundū, inquit Apollonius, affers ò adolescens teipsum primo, ac mores tuos, qui uere quidē et sine dolo philosopheris: cūq; Indorum & Pythagoræ sapientiā diligas, hic apud me accumbe & cœna. Accumbam inquit ille, epularum uero tibi nō tantum est, ut explere me possis. Videris inquit Apollonius multi cibi esse & ad comedendum ualidus: imò uero ualidissimus inquit ille, qui tātis tamq; lautis epulis abs te nuper appositis non fuerim saturatus, sed paululum commoratus, iterum cœnaturus ad te ueniā. Quid igitur aliud de me sentire aut dicere potes, nisi inexplebilem quendam & insaturabilem hominem esse? Ego inquit Apollonius te explebo: loquendi uero materiam, partim tu parabis, partim etiam ego afferam. Cœna deinde perfecta Nilus inquit: Ego præterito tempore cum Nudis istis militabam, quasi cum expeditis quibusdam, aut funditoribus meipsum in acie collocans, nunc autē armabor accuratius, & me tuus clypeus

peus proteget. Verum inquit Apollonius Aegyptie ne à Thespesione alijsq; Nudis accuseris, primum quòd nō magis in me redarguendo perstiteris, deinde quòd præter institutæ uitæ concessionem in mores nostros decliṅes. Opinor inquit Nilus, sed si qua dignus est accusatione qui elegit, forte etiam qui non elegit reprehensione dignus. Imò uero reprehensione maiore digni redarguentur, hæc eadem nunc eligentes, quod seniores sapiētiores q; existētes iamdudum non elegerint ea quæ ego nunc elegi, iustiorem reprehensionē illis efferret, quòd ex tanta copia non elegerint meliora, quibus in futurū uti possent. Tunc Apollonius, generosè inquit loqueris adolescens, sed uide ne abs te in hac ætate cōstituto, atque hac sapientia prædito satis rectè dici talia uideantur. Quanq̄ enim probabili ratione mutus illa respuas, tu tamen audacior fortasse uideberis si eis præfinias, quæ ab illis agenda sint potius qui illos sequaris. Tum propter Apollonij opinionem conuersus Aegyptius, in quibus inquit oportet adolescentem senioribus parēre, in ijs eos sequi non recuso, sed cum putarem sapiētiam apud ipsos esse, quam nusquam alibi inueniri posse me arbitrarer, me illis addixi. Huius autem uoluntatis occasio talis mihi contigit. Pater meus ad rubrum mare quandoque nauigauit ueniens (erat enim præfectus nauis eius quam ad Indos Aegyptij mittūt) congressus autem Indis, qui secus mare degunt, de sapientibus qui illic erant sermones attulit similes ijs, quos modo tu nobis de ijsdē retulisti. Audiui etiā ex eodem omniū lōge sapientissimos Nudos esse: colonos autē Indorū Aethiopes pa-

pes paternam retinere disciplinam, & antiquam respi cere originem. Ego igitur *cum essem adolescens pater- nas diuitias uolentibus reliqui, & nudus ad hos* Nudos *accessi, ut* Indorum *sapiẽtiam, aut illi germanã addisce rem. Et isti quidem mihi sunt uisi sapientes, non tamen quæ* Indorum *sunt sapere: cumq; eos interrogarẽ, cur* Indorum *philosophiam non seruarẽt, ipsi calumnias ac cusationesq́; aduersus illos attulere, similes ijs quas tu hodie audiuisti.* Me *uero adolescentem adhuc (ut uides) in collegium suum cooptarunt, timentes ut arbitror ne ab eis discedens in mare rubrum nauigarem, sicut olim fecerat pater meus.* Quod *sane per deos immortales ex animo non abieceram, statueramq; usque ad sapien- tum + tumulum proficisci, nisi te deorũ aliquis huc mi sisset, qui mihi in hoc fauit, q̃ neq; in rubro mari naui- gans, neq; cum maris eius accolis collocutus* Indorũ *sa- piẽtiam agnoscere potui.* Non *hodie, sed iamdudum (ut dixi) eam rationem uiuendi eligens, sed quæ habiturum me putabam non habens: difficile est autẽ cum à propo sito quis aberrat, ad id redire quod uenabatur.* Quod *si hos etiam ad eadem sequenda cohortarer, consule- remq; ut quod ego fecissem, & ipsi facerent.* Dic *mihi quid nimium uiderer audere? non enim prohibet adole scentia, ne quis possit melius etiam quàm senes aliquid discernere.* Quicunque *uero alteri consulit eligere sa- pientiam, quam ipsemet elegit, in hoc accusari non po- test, quod alijs ea persuadeat, quæ ipse nõ credit.* Qui- *cunque autem bona à fortuna concessa excipiens solus illis utitur, ipsis bonis iniuriã affert, quod ipsis aufert ut à*

+ ὄχλου, ne qs putet esse λόφου, q̊d an tea nõ semel in hanc sen- tentiam λό- φου uertit.

ut à pluribus percepta uideantur iucundiora. Hæc tam efficaciter dicente Nilo, de mercede inquit Apollonius num ne aliquid prius dicam, cum tãtopere meam sapiẽtiam ames? Disputemus inquit Nilus, & à me quicquid uis pete. Peto inquit Apollonius, ut in his quæ eligisti permaneas, neq; molestiam afferas Nudis ea consulendo, quæ persuadere non poteris. Parebo inquit, & hãc tibi mercedem polliceor. Cum hæc inter se fuissent locuti, Nilus Apollonium interrogauit, quandiu apud Nudos futurus esset: cui Apollonius, quoad inquit horũ sapientia dignas mãsione causas præbuerit, deinde ad Catadupa fontium Nili uisendorum causa proficiscemur. Iucundum est enim nõ solum Nili principia uidere, sed ipsum quoque audire obstrepẽtem. Hæc cum dixissent, & de rebus Indicis aliqua contulissent in herba dormitauerunt. Die autem exorto, ubi consuetas preces sacrificiaq; peregerunt, sequentes Nilum omnes ad Thespesionem perrexerunt: saluteq; mutuo data, et accepta in luco disputandi gratia consederunt: loquẽdi uero principium sic ab Apollonio exortum est. Quanti sit faciẽdum sapientiam non occulere, sermones externi declarant. Nam cum Indi me docuissent, quæcunq; ex illorũ sapientia mihi conuenire putaui, ego præceptores meos honoris causa nominãs, quicquid ab illis acceperã enarraui. Erit igitur uobis quoq; lucrum aliquod, si me uestra sapientia plenum dimiseritis, nunquàm enim desinam res uestras apud Græcos prædicare, quinetiam ad Indos easdẽ perscribã. Interroga igitur inquiũt illi, interrogationem enim oratio sequetur. Tũc Apollonius,

de dijs

de dijs inquit primum interrogabo, qua nam disciplina cōpulsi, tam absurdas ridiculasq; deorum imagines, præter admodū paucas uestris hominibus colēdas præbueritis. Paucæ nanque, atq; admodum paucæ deorum formæ cōspiciuntur, quæ sapientiæ diuinitatisue ullum præ se ferant uestigium: in cæteris uero templis irrationalium animalium, atque infamium potius quàm deorum effigies coluntur. Ad hæc indignatus Thespesion, dic inquit apud uos quales colūtur deorum imagines? Quales inquit Apollonius, pulcherrimas & sibi gratißimas deos elaborasse credendum est. Iouem Olympicum fortasse dices Thespesion inquit, aut Palladis simulachrum, aut Gnidiæ Veneris, aut Argiuæ Iunonis, aut alia huiusmodi, quæ summa arte summaq; pulchritudine plena dicuntur. Non de his solum (inquit Apollonius) sed in communi de omnibus dico, eam quæ apud nos est statuariam artem rationi magis consentaneam esse, uos autem deridere magis quàm uenerari deos uideri. An igitur inquit ille uestri Phidiæ, aut Praxiteles cœlum ascendentes, atque illic effigies deorum fingentes eas postmodum ad artem retulerūt, aut est aliquid aliud quod eos fingere aut sculpere docuit? Aliud est profecto inquit Apollonius, & quidē sapientia plenū. Quidnam id est inquit ille (nihil enim præter imitationem dicturum te puto) phātasia inquit Apollonius hæc perfecit, artifex proculdubio sapiētior q̄ imitatio: hæc enim solū quod uidit operatur, phātasia uero etiā quod nunq̄ uidit, subijcitur enim sibi ad quod ipsa refertur, id quod non est. Imitationem præterea stupor plerunque impedit

De Aegyptiorum imaginibus.

Phātasia q̄d efficere q̄at.

impedit, phantasiam uero nihil, ipsa enim impauida fer tur ad id quod ei subijci diximus. Oportet autem qui Io uis contẽplatur effigiem, cum cœlo, & horis, & astris ipsum imaginari, sicut Phidiæ tunc uenit in mentẽ. Pal ladem uero fingere cunctabundã, exercitus, & cõsilia, & artes meditantẽ, et quomodo ex ipso Ioue prosilijt: Sin uero accipitrẽ, aut noctuã, aut lupũ, uel canem fin gens in tẽpla deferat, pro Mercurio, Pallade, aut Apol line feras bestias atq; aues honore simulachroq; digna mini, deos autẽ procul ab illorũ gloria cõstituitis. Tunc Thespesion, uideris inquit curiose nimium res nostras perscrutari, sapientis enim est si quicq̃ oratione apud Aegyptios imprimis exprimatur, nõ audere cõtra deo rum effigies aliquid loqui, sed mẽte cõsilioq; illas exco gitatas esse censere. Sic enim ipsas uenerabiliores futu ras uideri putauerũt. Ad ea subridens Apollonius ò ui ri inquit, magnum profecto ex Aethiopum Aegyptio rumq; sapientia fructũ accepistis, si uenerabilior uobis, & deorũ imaginibus similior esse uidebitur, aut canis, aut + ciconia, aut hircus (hæc enim sapiẽtem Thespesio nẽ audio dicere) quàm aliæ deorũ effigies, in illis enim quid uenerationis, aut terroris insit nõ uideo. Periuros enim & sacrilegos, & qui scurrilitate in deos utũtur, contemnere magis quàm timere eiusmodi templa con sentaneum est. Quod si propterea ueneranda hæc esse uidentur, quia sub ipsis aliud mente concipi, & subin telligi poßit, uenerabiliores utiq; fuisse deos arbitra rer, si eorum nullum extaret simulachrum, sed theolo giæ modo quodam alio & magis arcano uterentur.

Iouis simula chrum quo modo fingẽ dum.

+ Ibis Nõ est ciconia quis nõ ita mul tum absimi lis, auis fre quẽs in Ae gypto ut scri bit Aristo phanis inter pres. Galen⁹ hãc clysteris usum primũ mõstrasse asserit: de hac multa Hero dotus libr. 2 Strabo libro postremo. Diodorus Si cul⁹ libro 2. Cicero de na tura deorum. Et Iuuenalis satyra 15

Pote-

Poterant enim templa cōſtruere, & in ipſis altaria eri gere, tum etiam quid ſacrificare liceret, aut non liceret inſtituere: & quibus diebus quippiam facere, aut dicere opus eſſet præfinire: nullum autem in templo ſimulachrum habere, ſed deorū effigies illis relinquere excogitandas qui ſacrificatum accederēt: mens enim deſcribit & format aliquid, omni ſculptura picturáue præclarius. Vos autē hoc etiā à dijs abſtuliſtis, ne quis tanq̄ pulchros mēte uidere, aut excogitare illos poſſet. Tum Theſpeſion, fuit inquit, Socrates quidam Athenienſis ſenex fatuus (ut uos putabatis) is canem, anſerem, platanum deos putans, per eos iurare cōſueuit. Minime uero fatuus habitus eſt, inquit Apollonius, ſed diuinus quidā uir & uere ſapiens: iurabat autē per ea quæ dixiſti, non tanq̄ deos, ſed ne per deos iuraret. Poſt hæc Theſpeſion ut ſermonem ad alia transferret, interrogauit Apollonium, quid de Laconicis flagellis ſentiret, & utrū publice ſuos ciues uerberibus cæderent, cum ſe maxime liberos nobileſq́; iactarent, tum etiā cōtra ſeruos famulóſue delinquētes quid facerent quæſiuit. Non amplius eos interficiunt, inquit Apollonius, ſicut olim conceßit Lycurgus, ſed uerberibus itidem in eos animaduertunt. Græcis uero Theſpeſion inquit, hac de re quid uidetur? Sedent inquit Apollonius tanq̄ + Hyacinthia,

Socrates p canem & anserē iurabat

Laconica flagella.

+ ὑακίνθια ἢ τὰς γυποδίας

S . *aut*

id eſt, Hyacinthia aut Gypodias. Hyacinthia feſtum erat Lacedæmoniorum, ita ab Hyacintho dictum, uel quod in honorem pueri ab Apolline adamati & diſco interfecti inſtitutum eſſet, uel quod eo flore coronati feſta iſta celebrarent, quem etiā coſmoſandalon uocabant. De gypodia nihil memini me apud Græcos legere, quare qui non erunt

moroſi

morosi admodum aut gymnopodiam mecum aut gymnopædiam legent: quorum illud saltationis genus est, à nudis pedibus (nam sic pueri nudos enses transuolabant ut se non læderent) nomen sortitum. Hoc festum quoddam apud Lacedæmonios, de quo sic scribit Hesychius. γυμνοπαίδεια ut quidam dicunt, festum erat apud Spartiatas, in quo adolescentes ordine circunstantes aram, quæ est Amyclis terga mutuis uerberibus cædebant. Hæc uero non ita se habent, in ipso nanque foro festum sine uerberibus agebatur, tantummodo choream ducentibus adolescentibus sed nudis. Hactenus ille.

aut nudos athletas cum uoluptate & alacritate spectātes. An inquit Thespesion optimi Græci non erubescūt, cum uideant eos qui sibi quandoq; imperaturi sunt publice loris cædi: aut non pudet eorum imperio subesse, qui coram omnibus uerberantur? Tu uero quomodo talia non emendasti, dicunt enim te de Lacedæmonijs curam gerere? Age inquit Apollonius, ego emendare talia possem? Consului sanè nonnulla, ipsi uero promptissime quæ cōsulueram sunt executi. Sunt enim Græcorum omnium liberrimi, & soli qui bene consulentibus pareant. Verberum autem consuetudo in Scythicæ Dianæ honorem seruatur, quod ita (ut aiunt) oracula perceperunt, dijs autē obsistere insania quædam est, ut opinor. Tum Thespesion, nequaquam inquit Apolloni sapientes Græcorum deos ostendis, si eos cædi uerberibus cōsulunt, qui maxime libertatem profitentur. Non uerberum inquit Apollonius cōsultores sunt, sed humano sanguine aspergi aras iubēt, quoniam & apud Scythas ita colebantur, uerum Lacedæmonij sacrificij necessitatem sapienter interpretati, ad tolerantiæ certamen deuenerunt, ita ut neq; homines interficerentur, et tamen eorum sanguine deæ satisfiat. Cur igitur inquit Thespesion

ſion peregrinos hoſpites Dianæ nõ ſacrificant, ſicut face re quondam conſueuerunt? Quoniam inquit Apollonius Græcorum nemini placet barbarorum mores imitari. At uero inquit ille, humaniores uiderentur unum duóſue ſacrificantes, quàm peregrinos omnes ex regione ſua depellentes. Non carpamus inquit Apollonius ò Theſpeſiõ Lycurgi leges, oportet enim uiri mẽtẽ intelligere, et cur peregrinos in ſua regione uerſari nõ permiſerit. Neq; enim reſpexit ne peregrini indigenis miſcerentur, ſed ut ſuæ regionis mores integros puroſq; ſeruaret nullis externis interuenientibus. Ego autẽ inquit Theſpeſion uere Spartiatas uiros putarem, ſi etiã inter externos degentes domeſticos tamen mores conſeruarent, propterea quod non ſolum abſentibus, ſed etiam præſentibus ipſis uiderẽtur. Oportebat igitur uirtutes acquirere, ipſi uero expulſionem peregrinorũ ſeruantes, mores tamen ſuos corruperunt: & Græcorum quibus maxime aduerſabantur facta imitari, & de iudicijs reddendis inſtituta ab Atticis ad eos translata uidentur: & pro quibus aduerſus Athenienſes pugnandum ſibi quondam cenſuerunt, ipſi eadem poſtea facere ſtatuerũt: & quod ipſi quidẽ bello ſuperarunt Athenienſes, in his uero pro quibus exercendis bellum ſuſceperunt ab Athenienſibus ſuperati fuerunt. Quinetiam id ipſum ex Tauricis aut Scythis deam aduexiſſe peregrinum eſt: quòd ſi oraculis compulſi id fecere, quid ſcutica opus fuit? quídue ſeruilem quandam tolerantiã fingere? Magis enim Laconicũ fuiſſet (opinor) erga mortem oſtendere fortitudinẽ, & impuberem Spartiatam

ultro se offerentē in altari sacrificare. Hoc enim animosiorem Spartam ostendisset, & prohibuisset reliquam Græciā aliquid aduersus eos moliri. Quod si bellorum causa parcendū esse adolescentibus dixerint, saltē apud Schytas positā de sexagenarijs legem seruare illos decētius fuit, si mortē reuera & nō iactantiæ atq; ostētationis illi causa laudant. Atq; hæc nō aduersum Lacedæmonios dicta sunt, sed magis contra te Apolloni. Si enim ueterum instituta, & antiquiora quàm à nobis sciri poßint exactius perquiramus, deos culpantes qui talibus gaudeant, multi & absurdi sermones ex tali contemplatione orientur. Scrutemur enim Eleusina mysteria, & quid afferre poterimus cur hoc, non autem hoc admittāt: & Samothracū itidem initiationes, cur in eis hoc quidē fit, hoc autē non permittitur? Idem etiam de Baccho, Priapo & quæ est in Cyllena dicemus effigie, nec ipsos calūnijs intactos præteribimus. Pergamus igitur ad aliud quicquid libet, & rationē Pythagoræ quæ nostra est etiā honorantes, pulchrū est enim si nō de omnibus, attamē de istis tacere. Ad hæc respōdens Apollonius, si de studiosis rebus protendere sermonē uelles ô Thespesion, multa tibi, præclaraq; dicere Lacedæmon uideretur, quæ recte quid supra cæteros Græcos exercet, sed quoniam adeo à nostro sermone teipsum remoues, ut fas etiā esse non putes de talibus loqui, disputationem ad aliud aliquid cōuertamus. Maxime autē erit dignum (ut opinor) si de iustitia aliquid disseruerimus. Ordiamur inquit Thespesion sermonem huiusmodi; est enim & sapientibus, & non sapientibus aptißimus. Sed

ne Indorum opiniones interferendo confundamus orationem, dic primum, quid illi de iustitia sentiant. Est enim rationi consentaneum te, dum illic esses huiusmodi rem diligenter perquisisse: quod si eorum se recte habet opinio, ulterius quærere desinemus, sin uero nos aliquid poterimus dicere sapientius superaddemus, id enim iustitiæ quoddam officium esse uidetur. Optime inquit Apollonius, & meo iudicio iucundissime dicere uideris ò Thespesion. Audi igitur quæ de hac re fuerint illic à nobis disputata. Narrabam illis me quondam gubernatorem fuisse, & me iustissimum arbitrabar quia mercedem à piratis accepturus eram, si nauem illis proderem, illuc nauigando, ubi ipsi in insidijs latentes nauem caperent, onera quæ in ipsa uehebantur deprædaturi. Ego autem illis omnia pollicitus ne mihi uim afferent, deinde longius præteruectus spem omnem illorum sum frustratus. An igitur Thespesion inquit Indi iustitiæ opus id esse consenserunt? Minime uero inquit Apollonius, imò etiam me deriserunt, dicentes non esse iustitiæ opus ab iniustis abstinere. Recte inquit Thespesion sentiunt Indi, neque enim prudentiæ opus est stulte aliquid non cogitare, neque fortitudinis aciem non relinquere, neque temperantiæ in Medorum turpitudines non incidere, nec omnino laude dignum est, quod non esse malus uidearis: omne enim quod æque ab honore pœnáque distat uirtus non est. Quomodo inquit Apollonius ò Thespesion coronabimus iustum, aut quid facientem talem esse dicemus? Exactius inquit ille, & accuratius de iustitia nunc disputatis, quàm olim cum

rex tam magnæ, támque fertili regioni imperans uobis de regno philosophantibus interfuit, quod officiorum iustitiæ maximum est. Si Phraotes inquit Apollonius, tunc accessisset, merito proculdubio culparemur, si coram ipso de iustitia non disputauissemus: sed quoniam ex his, quæ pridie narraui satis noscere hominem potuisti, ebriosum & philosophiæ penitus inimicum, quid opus fuit disputando molestiam sibi afferre, aut nobis elaborare pro emendatione illius, nullius pretij cuncta eiusmodi facientis. Sed quoniam uiris quales nos sumus sapientibus inuestiganda est iustitia, magis etiam quàm regibus aut imperatoribus, quæramus eum qui uere iustus sit. Ego enim dum naui potiebar me ipsum esse talem arbitrabar, & alios itidem qui nihil iniuste operantur, uos autem tales non esse iustos dicitis, neque honore dignos. Et recte quidē inquit Thespesion: nunquam enim apud Athenienses, aut Lacedæmonios scripta sententia est hunc, aut hunc esse coronandum, quia scortator non est: aut hunc esse donandum ciuitate, quia non est sacrilegus. Quis igitur erit iustus, aut quid faciens talis appellabitur? neminem enim iustitiæ causa coronatum agnoui, nec est qui pro uiro iusto sententiam scripserit, quod hunc oporteat coronari, quod talia aut talia operatus iustus esse uideatur. Cogitanti enim quæ apud Troiam Palamedi, aut Socrati Athenis euenere, male fortunata apud homines apparebit iustitia: iniustissima nanque ij (quos dixi) passi sunt, cum essent ipsi iustissimi: quinetiam per iniustitiæ opinionem damnati sunt, cum præter omne

ius la-

ius lata sententia fuisset. Aristidem quoque Lysimachi filium ea ipsa iustitia olim perdidit: ac talis uir ob talem uirtutem in exilium missus est. Equidem ut iustitia apud homines ridicula habeatur agnosco. A Ioue enim & fatis ordinata, ut hominibus non afferatur iniuria, nusquam sibi ipsi ne quis iniuriaretur prouidit. Mihi autem Aristides ipse satis est ad ostendendum, quis non iniustus, quisue iustus sit dicendus. Dicas nanque uelim, nunquid hic Aristides ille sit, quem uos ex Græcia uenientes, ad insulas dicitis nauigasse tributorum componendorum causa, cúmque ille æqua ratione constituisset, eadem ueste & quidem uili, ac semilacera amictus rediit? Istemet est inquit Apollonius, ob quem & paupertatis amor quandoque floruit. Si igitur inquit Thespesion oratores duo fuissent Athenis, qui redeuntem à socijs Aristidem uoluissent laudare: et is quidem in hunc modum sententiam scriberet corona dignum esse Aristidem, quoniam diuitias non accepit, neque sui uictus causa molestiam cuiquam attulit, sed cum antea pauperrimus Atheniensium omnium semper fuisset, tunc etiam seipso redisset pauperior. Alter uero decretum hoc modo proferret: Quoniam Aristides non præter uires sociorum, sed commode pro cuiusque facultatibus tributa dispertiens, concordiæ ipsorum erga Athenienses curam gessit, effecitq; ut non dolenter illa perferrēt, uideri sibi iustitiæ causa ipsum coronari debere. Nónne censes priori sentētiæ ipsum etiam Aristidem contradicturum, quasi rebus à se gestis non congruenti, cum pro quibus iniuste non egisset ho-

Loc⁹ hic corruptissimus antea fuit.

norem peteret, hanc autem esse laudaturum cum mente repeteret quid illis agendis fuerit meditatus. Respiciēs enim ad Atheniensium sociorumq; utilitatem mediocritatem tributorum instituerat, quod sanè post Aristidē magis apparuit. Postquam Athenienses ipsius iudicium transgressi, grauiora tributa insulis imposuere, ablata est ipsis naualis potentia, qua maxime terribiles erant. Omnes autem maritimæ uires ad Lacedæmonios transiere, cum omnes socij ad res nouas moliendas animos erexissent, unde rerum conuersio secuta est. Si igitur secundum rectam rationem contemplari uoluerimus A-

Iustus quis. polloni, non is est iustus, qui iniusta non operatur, sed qui & ipse iusta operatur, & alios ne iniuste quid agant instituit. Nascentur autem ex ipsa iustitia uirtu-

† Δικαστική. tes aliæ complures, maxime autem † iudiciaria, & legum latiua. Iudicabit enim uir talis & quidem rectius, quàm qui super sectis carnium frustis iuramenta concipiunt. Et leges feret perinde ac Solones, aut Lycurgi, nam & ijs leges ferentibus iustitia princeps et dux fuit. Talia de uiro iusto collocutos inter se fuisse refert Damis: & Apollonium his omnibus assensisse, quia uoluntati consentanea uiderentur. Deinde cum multum de anima philosophati essent, quo pacto immortalis sit: multa etiam de Græcorum legum natura disseruissent, interpellans sermonem Apollonius, ego inquit, hoc iter cum uestri, tum Nili fontium causa suscepi, quos in Aegyptum usque uenienti ignorare ignoscendum est, penetranti autē ut ego feci Aethiopiam, dedecus est ipsa præterire, nec ullam de ipsis habere rationem. Bono

omine

omine inquit Thespesion proficiscere, & quicquid tibi gratum est ab illis precare, diuini sunt enim. Ducem uero itineris habeas, censeo Timasionem, olim Naucratitem, nunc uero Memphitem, est enim fontibus illis assuetus, atq; adeo purus ut expiatione non egeat. Tibi autem ò Nile uolumus aliquid de ipsis referre. Horum uerborũ sensus Apollonio manifestus erat, sciebat enim ipsos indignanter ferre, quod amaret eum Nilus. Omisso igitur colloquio ad res præparandas discessit, ut postridie in ortu solis abire possent. Paulo autem post superuenit Nilus, nec eorum quæ audierat narrabat quicquam, sed frequenter secum ridens perstabat, nemo tamen cum rideret interrogauit, quia tanquam arcanis parcebant. Tunc igitur cœnati, & de rebus nõ magnis paulum collocuti ibidem dormierunt. Postridie mane salutatis Nudis iter cœperunt, à sinistra Nili parte qua ad montes ducit. Quæ autem uiderint memoratu digna sunt hæc. Catadupa montes sunt terrei, similes+his, qui in Lydia sunt tumulis: ab ipsis autẽ Nilus defluẽs, ex ea quam auellit terra Aegyptum facit. Sonitus autẽ aquæ montes scindentis, & cum strepitu in Nilum cadentis horrenda quedam res, & auditu intolerabilis apparet, multiq; prope accedentes auditum amiserunt. Procedenti autem Apollonio, eiusq; comitibus tumuli apparuerunt, quibusdam quasi gremijs ramos arborum ferentes, quarum folia corticemq; & lachrymas inter fructus Aethiopes numerant. Viderunt etiam secus uiã leones, pantheras, & alias huiusmodi feras, quarum nulla in eos impetum facere tentauit: sed tanquam homi-

Catadupa Nili.

+Mirum est quàm affectarit ubiq; dictionẽ tumulis, cum Græce sit, similes Tmolo qui in Lydia est. παραπλήσια τῷ τῶν λυδῶν τμώλῳ.

num conspectum stupentes præteribant: ceruos insuper & capreas struthionesq́;, & asinos syluestres complures, & animalium uaria genera inter quæ fuere syl-
+βούτραγοι. *uestres boues, & +hircoboues. Sunt autē huiusmodi belluarum aliæ ex boue ceruoq; compositæ, aliæ ex his de quibus denominationem capiunt animalibus. Ossa insuper eiusmodi ferarum & semesa earundem cadauera*
Leo. *inuenerunt. Leones enim calida præda semel saturati, reliquias amplius attingere dedignantur, confidentes (ut opinor) nouam rursus prædam se posse uenari. Illic*
Nomades. *Aethiopes habitant Nomades appellati, +qui ciuitates*
+ἐξ ἁμαξῶν πεπολισμένοι *in curribus positas habēt. Proximi autem illis sunt, qui elephantos uenantur, illosq; in frusta diuisos uendunt,*
Elephantophagi. *unde cognomen adepti, Elephantophagi nuncupantur.*
Anthropophagi. *Nasamones insuper, & anthropophagi, id est hominū*
Pygmæi. *comestores, pygmæi quoq; id est cubitales, & Sciapo-*
Sciapodes. *des, id est umbram pedibus facientes. Hi inquam omnes Aethiopiæ gentes sunt, habitant autem secus oceanum Aethiopiæ, quo solum ui tempestatis quandoque delati homines nauigant. Cum illi de feris quas uiderant loquerentur, & naturam contemplarentur quæ tam uarie diuersa genera animalium pascit, sonitus quidam eorum aures perculit, tanquam tonitrus nundum inualescentis, sed adhuc intra nubis concauitatem inclusi.*
Cataracta Nili. *Tum Timasion prope est inquit, ó uiri cataracta, quæ descendentibus quidem ultima, ascendētibus autem prima occurrit. Deinde stadia fermè decem progreßi, uiderunt fluuium ex monte profluentem, nihil minorem quā Marsia sit atq; Meander, ubi primū in unum confluunt:*

fluunt: precibus inde uotisq; nuncupatis propius accesserunt, nec ullas amplius feras uidebant. Nam cum sint natura pauidæ, iuxta quietas aquas habitant potius, quàm iuxta confragosas & obstrepentes. Inde post stadia fermè quindecim aliam audierunt cataractam, difficilem sanè & intolerabilem auditu, & quæ priorem duplo fermè superaret: quam cum ex loco longe quàm prius altiore præcipitari uidisset Damis, comites aliquos tum etiam seipsum ita stupefactos auribus refert, ut se ab Apollonio semouerent, rogarentq; ne ulterius progrederetur. Verum ille constanter Nilo duntaxat Timasioneq; comitantibus cataractæ propinquauit, inde ad socios reuersus, nuntiauit suspensos illic esse uertices Nili altitudine fermè stadiorum octo: ripam uero quæ montibus opponitur supercilium habere lapidicinæ inenarrabilis, fontes uero ex montibus pēdentes decidere in petrosam ripam, inde in Nilum refundi aquā albam, & æstuantem. Accidentia uero quæ inde oriantur multiplicia sunt, magisq; uaria quā quæ in alijs cataractis eueniunt, & qui illic in montibus resonat fragor asperrimus est, & inenarrabilem strepitum reddit. Iter uero quod ad primos fontes ducit perarduum est, & non solum accessu sed cogitatu etiam difficile. Multa etiam de dæmonibus illic existentibus prædicāt, qualia sapiēter Pindarus in suis hymnis de dæmone cecinit, quē eiusmodi fontibus præesse dixit, ut Nilū moderaretur. Post cataractas cū in uicū Aethiopiæ nō magnū admodū diuertissent, atq; illic cœnātes quiescerēt, seria iocis permixta colloquentes, ecce subitus clamor

Pindarus Dæmonis memi nit qui Nilū regit.

in uico

in uico auditus est mulierum sese inuicem cohortantiū: quarum aliæ pellere, aliæ telum capere clamitabant: uiros quoq; ad eiusdem operis communicationem cohortantes: illi uero fustibus, aut saxis, & quicquid in manus uenisset arreptis, exclamabant se iniuria erga uxores affici. Venerat autem in uicum illum decimo iam mense antea†Satyrus furens erga mulieres, iamq; duas interfecisse ferebatur, quas amare maxime uisus fuerat. Hæc audientes Apollonij comites cum perterriti fuissent, ne timeatis inquit Apollonius, scio namq; Satyrum quendam huic loco uim afferre. Certe per Iouem inquit Nilus, neq; nos Nudi hunc iam diutius insultantem auertere potuimus unquam, quo minus more suo lasciuiret. Est tamē inquit Apollonius aduersus insultatores huiusmodi remedium aliquod, quo usum fuisse Midam perhibēt. Ipse enim Midas Satyrorum genus participauit, quod ipsius aures manifestant. Satyrus igitur quidā propter affinitatem ipsum illudebat, in Midæ aures calumnias iactans, nec uoce solum uerumetiam tibijs in ipsum carmina decantabat. Ille uero cum ex matre (ut opinor) audisset Satyros uino demulceri, adeo ut cum epoto uino dormitauerint, mansuefacti postmodū non amplius conuitientur: fontem qui penes regiam erat uino commiscuit, deinde Satyrū ad fontē immisit, ille autem bibit et superatus est. Et ne hoc falsum esse putetis, quæramus à†uici huius præfecto num aliquid uini loci huius habitatores habeant, & illud Satyro præbeamus, sic enim non amplius molestiam afferet. Cum ita fieri cunctis placuisset, amphoras quatuor Aegyptias uino plenas

Satyrus fœminas aggreditur.

†σατύρϐ φάσμα.

Midas.

†κωμάρχην.

magno

+*magno uasi imposuere, ubi eius uici pecora bibere cõsueuerant: eo peracto Apollonius Satyrum inuocauit, occulte etiam aliquua minatus. ille autem quasi adhuc uinum non uidisset, eius tamen odore penè ac si bibisset correptus accessit. postquam uero bibit, libemus inquit Satyro Apollonius, iam enim dormit. Ea cum dixisset, omnes uici habitatores ad nympharum antra deduxit, quæ iugeris spatio à uico distabant: ibiq; dormientem illum ostendens, uerberibus inquit & maledictis parcite, neq; illum ullatenus lacessite, iam enim molestiam uobis afferre desinet. & hoc quidem Apollonij opus non præter itineris propositum, sed ob ipsum iter contingens fuit. Extat autem illius epistola ad maledicũ quendam adolescentem scripta, quæ dæmonem Satyrum in Aethiopia se mansuefecisse narrat, nihil aliud quàm id quod nuper retulimus exprimere uolens. Satyros autẽ esse, & procliues ad amandum existere negandum non est. Ego enim in Lemno quondam audiui, æqualem meũ qui ad matrem suam uenire solitum Satyrum quendam narrabat, eiusq; talẽ designabat habitũ: dicebatq; +iride humeros amiciri, cuius anteriores pedes collum circumplectentes in pectore nectebantur. Sed de his hactenus. neque enim experientiæ credendum non est, neque mihi. Descendenti ex Aethiopia Apollonio aduersus Euphratem discordia ex quotidianis sermonibus incrementum accepit, eius igitur curam aliquam Menippo Niloq; mandauit, uehementer enim amabat Nilum. Interea Titus captis Hierosolymis omnia circum loca cadaueribus compleuerat, finitimæ autem gentes ob uicto*

riam

ἐς ληνὸν, proprie lacuna, postea ad torcular trãslata dictio, ꝙ ueteres lacunis effossis uinũ expressum excipiebant. uocant etiã ληνὸν uas illud unde porci sorbent, latinis (ni fallor) aqualiculus dicitur.

+Non dubiũ quin interpres Græcã uocẽ νεβρίδα integrã reliquerit & scribarũ uitio corrupte descripta sit. Est aũt Nebris pellis ceruina cũ pilis & pedib⁹ habitus Bacchi & bacchãtiũ ut Panũ Satyrorũ &c.

riã coronare ipsum uoluerant:Ille uero tali honore indignũ se esse respondit,non enim se esse talium operum autorem,sed deo iracundiam cõtra Iudæos demonstrãti suas manus præbuisse.Ea cum audisset Apollonius uehementer uirum laudauit, quod uideretur Titus ingenio abundare,& modestia,tum uero diuinarum humanarumq; rerum naturam nosse, cũ sanguinis causa coronari noluisset. Epistolã quoq; ad eũ scripsit,quã ad eum perferre Damidem iussit:fuit autẽ epistola talis.

APOLLONIVS TITO ROMAnorum Duci salutem.

QVod nolueris pugnarum causa,& humani sanguinis effusione coronari, ego tibi modestiæ coronã tribuo,cũ te optime nosse animaduertam quorũ gratia coronari quenquã oporteat.Vale.

Hac epistola gauisus Titus,& meo inquit, et patris nomine tibi gratias habeo, & officiorum tuorum memor ero. Ego enim Hierosolymam,tu autẽ me cæpisti. Cum igitur imperator esset Romæ appellatus Titus,et omnibus ornatus dignitatibus abire constituit, ut simul cum patre imperaret, maximi tamẽ faciens Apolloniũ, permultum perficere posse arbitratus est,si etiam breui tẽpore alloqui eum posset. Quapropter ab eo petiuit ut Argos accederet:ibi se ipsum expectare promittens,eò cum uenisset Apollonius,alacriter eum complectens Titus,omnia mihi inquit pater per epistolas retulit, quæ te tamen quondam consultauit.& ne forte mentiri me putes,ecce tibi eius epistolã,ubi te benefactorem suum, & bonorum oĩm quæ habemus autorem appellat. Ego autem

tutē annos natus triginta, iisdem autem honoribus quibus pater iam sexagenarius ornatus, & cum eo pariter ad imperium uocatus, præter id quod dubito an recte satis imperare sciam, uereor etiam ne maiora quàm me deceat aggredi moliar. Demulcens autem eius collū Apollonius, quod robustū erat perinde atq; eorum qui corpus exercent, dic mihi inquit, quis tā ualida ceruice taurū iugū subire cogeret? Is inquit Titus, qui me uitulum à primordiis educauit (patrē illis uerbis denotās) cui ego obtēperare paratus sum, quod ita me à puero suis præceptis assuefecit. Gaudeo inquit Apollonius, primum quod te patri obtemperare paratum uideo, cuius dominatu gaudent etiam subditi, & qui natura filij nō sunt: quod si frequēter eius domi uersaberis honorē mereberis. iuuentute enim unà, cum senectute regnum gubernante, quæ lyra, quæ fistula iucundiorem resonabit harmoniam? Hic enim & senectus robur aliquid accipiet, & iuuentus inordinate non efferetur. Mihi uero Titus inquit ò Tyanensis de regno & imperio qd præcipis? Age inquit Apollonius, tu iā tibi quid agendum sit persuasisti, cū enī sis patri suppositus, enitere quoad potes ut illi similis euadas. Ego autē Archytæ sermonē tibi narrabo. Fuit enim uir dignus cuius disciplinā studeant hoīes: is Tarēto ortus, et Pythagoricæ doctrinæ sectator, de puerorū educatione scribens, sit inquit, pater filijs uirtutū exēplar, quasi parentes idipsum sit ad uirtutes studiosius capescēdas incitaturū, si filios ob id sibi similes futuros censeant. Ego aūt Demetrium sodalem meū tibi comitē adiungam, qui tecum erit ubicunq; Archytę prę cepta de libe ris educādis.

uolueris, & quid bonum principem facere deceat edocebit. Tum Titus qualis inquit est eius uiri, quem dicis sapientia. †Audacia pollet inquit Apollonius uera loquendi, quam nullius rei timor impedit, habet enim uim quandã Cynicam. Cum Titus audito canis nomine turbatus esset. Telemachus inquit Apollonius apud Homerum inducitur canes petens duos, qui tanquam famuli ipsum comitarentur ad Itachensium concionẽ proficiscentem, quàmuis hi comites rationis essent expertes. Tibi uero canis aderit, qui pro te aduersus alios et contra teipsum, & si quando peccaueris sapienter tamen, & nõ sine ratione latrabit. Ducam igitur Titus inquit pedissequum canem. Concedam enim nõ latrare tantũ, sed etiam mordere quotiens iniuste aliquid me facientem animaduerterit. Scribetur inquit Apollonius epistola, nunc enim Romæ philosophatur. Scribas inquit Titus, uellem autem mei causa aliquis etiam ad te scriberet, ut mecum una Romã uenires. Veniam inquit Apollonius, quando utriq; nostrum commodius erit & utilius. Semotis deinde arbitris, Titus quando inquit soli sumus Apolloni, permitte quæso de his quæ mihi maxime curæ sunt aliquid interrogare. Interroga inquit Apollonius, idq; tãto audacius, quãto de rebus maioribus interrogaturus es. De uita mea Titus inquit, & à quibus maxime cauendum mihi esset interrogarẽ, nisi forte nimis timidus uideri dubitarẽ iã nũc talia formidãs. Imò uero cautũ & prudentẽ uirum inquit Apollonius talia prospicere decet. Inde ad solẽ respiciẽs per ipsũm iurauit, se iam antea statuisse etiã nõ interrogatum ali-

†Non tam audacia ueri loquẽdi, quã libere audacter, & quiduis, siquidẽ Græce est παῤῥησία καὶ τὸ ἀληθεύειν.

quid

quid ſibi hac de re dicere: quoniam dij præcepiſſent nuntiare, ut uiuente patre ab ijs qui ſibi eſſent inimiciſſimi caueret, mortuo autem ab ijs qui ſibi eſſent propinquiſſimi. Quo autem mortis genere moriturus ſum Titus inquit, eodem inquit Apollonius, quo Vlyſſem mortuum eſſe perhibent. Aiunt enim illi mortem ex mari contigiſſe. Hoc autem dictum ita Damis interpretabatur, ut+tridentis cuſpidem ſibi cauendam moneret; quo percuſſum Vlyſſem aſſerunt. Titum autem cum poſt mortem patris annos duos regnaſſet, à maritimo lepore interfectum dicunt. Is autem piſcis humores quoſdam occultos habet mortiferos ſupra omnia uenena, quæ mari terráue naſcantur. Et Neronem hunc ipſum piſcem epulis miſcuiſſe quandoq; tradunt, aduerſus homines ſibi inimiciſſimos. Domitianus quoque hoc eodem contra Titum fratrem uſus fuiſſe putatur, quod graue moleſtumq; ſibi uideretur ſimul cum fratre humano benignóque uiro imperare. Cum illi talia ſecreto inter ſe fuiſſent locuti, poſtea coram omnibus mutuo ſe complexi ſunt: abeuntem uero Titum his uerbis allocutus eſt Apollonius. Vince ò rex hoſtes quidem armis, patrem uero uirtutibus. Ad Demetrium autem epiſtolam ſcripſit his uerbis.

Vlyſſes.

+Græce eſt τρύγονος, Quod nõ tridentẽ ſed piſcẽ quendã ſignificat, q latinis paſtinaca appellatur. Huius autẽ piſcis radio Vlyſſem à Telegono ſuo & Circes filio interfectũ narrat Oppian. mire feſtiue lib. 2.

APOLLONIVS PHILOSOPHVS
Demetrio gaudium dicit.

EGo te regi Tito regalium morum præceptorem dedi, tu fac ut illi de te uera dixerim, & cum eo depoſita iracundia conuerſare. Vale.

Tarſenſes præteritis temporibus Apollonio infenſi

fuerant, propter graues obiurgationes quibus in ipsos usus fuerat, cum delitiosi mollesq; ne uerba quidem mo nentium perferre possent: tũc autem usq; adeo illũ ama bant, ut benefactorem ciuitatis, & unicũ urbis præsidium illum esse putarent. Nam cum rex aliquando publice sacrificaret, congregata in unum ciuitas de rebus maximis pertinentibus supplicatum ad regem uenit, ~~il le uero petitionibus supplicatũ ad regem uenit~~, ille uero petitionibus eorum auditis, in memoria habiturũ & de ipsis cum patre communicaturum respondit. Quinetiam legati uicem apud patrem pro ipsis subire pollicitus est. Accedens autem Apollonius, si ego inquit horum aliquos manifeste coarguerim tibi, patriq; hostes acerrimos fuisse, legatosq; ad res nouas moliendas Hierosolymam esse profectos, & socios belli occultos ijs, qui tibi manifestißimi hostes sunt & auxilia eius paternisq; hostibus præbuisse, quid tu erga tales homines faceres? Quid aliud Titus inquit, nisi ut morte plecterentur? Non igitur turpe iudicas inquit Apollonius, à delinquẽtibus pœnas statim reposcere, in dandis aũt beneficijs cunctationẽ quærere, & eas quidẽ ex te ipso inferre, in ijs alterius sententiã asciscere sociã? His uerbis lætatus rex, permitto inqt cõcedoq; postulata: neq; enĩ mihi pater succẽsebit quod abs te & à ueritate fuerim superatus. Talia apud uarias gẽtes Apollonius partim docens, partim etiã discẽs philosophatus est. Posteriores peregrinationes eius multæ quidẽ fuerũt, nõ tamẽ tã longæ, néue apud tã exteras nationes, ꝙ quidem sciã. Nam postꝗ descẽdit ex Aethiopia frequẽter secus

Aegyptium

Aegyptiũ mare uersatus, apud Phoenices quoq; et Cilices Ionesq; & Achaeos, rursusq; apud Italos mãsit, nihil unq̃ omittens quo minus semper sibi similis uideretur. Cũ enĩm perdifficile putetur seipsum noscere, ego multũ difficilius arbitror sapientẽ sibi similẽ permanere. Neq; enĩ eos qui natura praui sunt cõmutabit in melius, nisi antea se ita comparauerit, ut ipse immutabilis maneat. Verũ de his alio loco sufficienter à nobis dictũ est: ubi etiã edocuimus, eos qui non delitiose molliterq; inter se degũt, eũq; qui reuera uir est, nulla cõtingẽs res permutabit, aut in seruitutẽ rediget. Sed ne prolixiores sermões faciamus, exacte narrãdo, quae apud singulos philosophatus sit, neue rursus uideamur silẽdo interrũpere sermonẽ, quẽ nõ sine labore cõscribimus ijs quibus uir tãtus ignotus erat, uisum est mihi studiosiora eius uiri facta narrare, & quae magis digna memoratu apparuerũt. Putamus aũt haec Asclepiadarũ peregrinationibus similia uisum iri. Adolescẽs quidã oĩm bonarũ artiũ ignarus, studiose uarias aues erudiebat, sapientiae quoad poterat participes eas reddens: docebatq; et hominum uoces imitari, & gutture tanq̃ tibijs modulari. Huic occurrens Apollonius quidnã artis exerceret interrogauit, cũq; ille philomelas & †psittacos, & alias aues quae linguã habent expeditiorem docere se respondisset, ipse aũt esset in loquendo rudis, & incultus. uideris inq̃t Apollonius huiusmodi aues corrũpere, Primo quidem quòd eas sua (ut ita dicã) locutione uti non finis quae adeo suauis est atq; iucunda, ut eã nulla musicae instrumenta poßint imitari: deinde cũ tu Graecorum om-

> †κοψίχους nõ psittacos sed copsichos, quos et cossyphos appellãt, Latine merula putatur. Est autem Cossyphus maximè uocalis, unde illud, κόσσυφοι ἀχεῖ εἰρ ποικιλό [illegible]

nium pessime loquaris, tuæ ruditatis discipulas ipsas facis. Frustra insuper facultates tuas consumis, cum enim tuos comites, & teipsum quo pacto sis cultus intueor, diues mihi delitiosusq; esse uideris. huiusmodi autem uiros calumniatores premunt, linguis contra eos pro stimulis utentes, neq; aduersus eos tibi quicquam proderit auium curatio. non enim si philomelarum omnium cantus in unum congeras abigere illas poteris tibi incumbentes, & in te conuitia iugiter iactantes. Sed opus est facultates tuas illis impartiri, & pecuniam illis tanquam canibus† mellitas offas obijcere, quibus rursus latrantibus iterum atq; iterum dandum erit, quoad ipse pauper euadas. Opus igitur tibi est curatione insigni, & uitæ mutatione præclara, ut agnoscas te frustra in auibus consumpsisse diuitias, cum tamen ita uiueres, ut plorare potius quàm cantare ob tua merita aues debuerint. Est autem mutationis huius remedium non magnum neque difficile: est enim in singulis ciuitatibus hominum quoddam genus tibi adhuc ignotum (id autem magistrorum genus ab hominibus uocatur) his pauca ex tuis facultatibus præbens tuto reliquas poßidebis: forensem namque rethoricam te docebunt. Est autem ars ea cognitu facilis, quod si te in pueritia constitutum adhuc uiderem, consuluissem ut ad sophistarum philosophorúmque limina accedens, omni sapientia domum tuam sepires, sed quoniam in illa discendi tempus præterijt, disce saltem ut pro teipso dicere poßis, atque illud tecum meditare: quod si perfectiora didicisses, similis esses armato homini, & cæteris terribilis.

† μελίγματα

hæc

hæc autem si didiceris expeditorum militum, aut funditorum armaturam habebis, qua poteris calumniatores perinde ac canes ferire. Hæc uerba diligenter considerans adolescens, auium studio curáque relicta, ad præceptores profectus, qui mentem eius ac linguam direxere. Cum opinionum duæ Sardibus uigerent, quarum una dicebat Pactolum quondam aurea frusta Crœso deferre solitum, altera quod arbores antiquiores essent quàm terra eorum. unam uerisimiliter aiebat Apollonius credi posse, + nam & in arenosis tumulis auri parua frusta inueniuntur, quæ postmodum ab imbribus una cum arenis in Pactolum deferri non est absurdum, tempore autem quod talia relinquere+ gaudet illa defluere desinunt. Alteram autem opinionem ualde deridebat, inquiens, uos arbores dicitis terra priores existere, ego autem satis longo tempore philosophatus, nunquam agnoui astra cœlo fuisse priora. atque illud etiam edocuit, quod nihil fit unquam nisi antea id extiterit, in quo tale id fieri debet. Cum Syriæ præfectus suspitiones ciuibus inserens Antiochiam ad seditionem contulisset, ciuitas omnis in duas partes diuisa secesserat, ingenti autem terræmotu coorto uniuersi perterriti sunt, & quod in eiusmodi portentis fieri consueuit, permixtis ciues Dijs immortalibus pro salute uota faciebant. accedens itaque ad eos Apollonius, Deus inquit manifeste uobis concordiæ sequester, ac mediator extitit, uos autem si sapitis non iterum posthac dissidebitis talia metuentes. monuitq; ut cogitarent quidnam ob seditiones essent passuri, utq; aliorum exemplis moniti

+χρυσία γὰρ εἶναί ποτε τῷ Τμώλῳ ψάμμώδη, id est, aureas quandoq; fuisse Tmolo arenas.

+φιλεῖ, id est solet.

niti sibijpsis cauerent & consultarent. Illud prætereà memoratu dignum duximus, quod paulopost enarrabimus. Quidam pro thesauro inueniendo Telluri sacrificabat, & eadem de causa supplicare Apollonio nõ dubitauit, qui cogitans cuius rei amore teneretur, +lucratorem te esse uideo percupidum. Ille autem facultates inquit, nullæ mihi sunt præter admodum paucas, quæ educandæ familiæ non sufficiunt. Videris igitur inquit Apollonius familiam magnam & otiosam educare domi, neq; enim imprudentibus connumerandus appares. Ille uero parumper lachrymans, filias inquit habeo quatuor, quapropter & dotibus quatuor indigeo: habeo autem drachmas tantum bis mille, quas ubi filiabus pro dotibus dedero, illæ quidem parum accepisse uidebuntur, ego autem funditus periero, cum nihil penitus mihi relinquatur. Illum igitur miseratus Apollonius, ego inquit & terra de te curam habebimus, nã illi te sacrificare frequẽter dicũt. Post hæc uerba APOLLONIVS in suburbanos agros profectus, tanquã unus ex his qui fructus emendo quærunt: uidens autem agellum oliuis consitum, gaudens illum aspiciebat, nam arbores uiridissimæ erant, ac proceræ, & in agello hortulum esse animaduertit ubi apum erant examina, & flores permulti, hortumq; ingressus, quasi maius aliquid illic consideraturus Pandoræ sacrificauit, deinde in urbem reuersus agelli dominum conuenit: qui diuitias iniquissimis quibuscunq; rationibus comparans, Phœnicum fortunas congregabat. Hunc itaque alloquens Apollonius, talem inquit agellum quanti emisti, quidue postmodum

+χρηματιστήν.

dum in eo colendo sumptus fecisti? Ille autem anno proximo drachmis mille quingentis agrum se emisse respondit, sumptus autem in colendo fecisse nullos. Hortatur igitur APOLLONIVS uirum, ut duobus drachmarum millibus agrum sibi uendat, cum drachmarum quingentarum lucro. emptor autem quid acciperet muneris nondum intelligebat: uenditor uero pecuniarum amator pluris multo bis mille drachmas, quàm agrum ipsum faciebat, quod pecunias in manibus habens sibi penitus subiectas fore ipsas animaduertebat, agrum uero imbribus, & grandinibus, & cæteris multis quæ fructus plerumq; corrumpunt expositum esse sciebat. Sed postquam amphoram tribus millibus Daricis plenã humi defossam, inuenit in ea horti parte, ubi apum aluearia fuisse diximus, copiosis etiam olearum fructibus potitus est, cum alibi non multas oleas terra protulisset: tum uero maximas uiri laudes ubique decantabat, ipse uero à multis procis colebatur. Aliud præterea memorabile ab APOLLONIO gestum huiuscemodi comperi. Quidam simulachrum Veneris, quod nudum in Gnido positum est, uehementer amabat, magnámque facultatum suarum partem donaria in templo suspendẽs consumpserat: plura etiam se donaturum pollicebatur, si eius nuptijs potiretur: Hæc APOLLONIO scelesta uidebantur, cum præsertim id GNIDII non prohiberent, sed DEAM famosiorem uisum iri putaretur, si amaretur. APOLLONIO autem consentaneum rationi uisum est tali dementia templum purgare, & interrogantibus se Gnidijs an

aliquid emendare uellet ex ijs quæ apud ipsos in templo, aut sacrificando, aut orando seruabantur, oculos in quit emendabo, templi autem ritus perinde, ut nũc sunt sunto. Inde *uirum ad se uocans qui amore torquebatur interrogauit, an putaret deos esse: cumq; ille se putare dixisset, atque adeo ut eorum etiam amore teneatur, nuptiarumq; memoriam intulisset, quas sacrificijs asse qui se posse arbitrabatur, te inquit, ô demẽs poetæ extu lerunt, qui* Anchi*sas et* Peleos *deabus commistos esse fa bulantur.* Ego *autem de amore hoc agnosco, quod dei deas, & uiri mulieres, & belluæ belluas, & (ut breui ter omnia complectar) similia similes amant, quoniam similes & eiusdem generis partus ædant: alterius uero generis animal si dißimili coniungatur, neq; cõiugium, neq; amorem seruare potest.* Quod *si ea quæ de* Ixione *feruntur cogitares, nunquam tibi uenisset in mentem, ti bi dißimile aliquid amare: atq; ille quidem rotæ affixus per cœlum uoluitur, tu autem nisi è templo discesseris, in omni terra funditus perderis, nec iure conqueri po teris iniuste tibi à dijs talia prouenire.* His *uerbis illius furor extinctus est, & qui se amare antea iactabat, tũc pro impetranda uenia sacrificaturus abijt.* Cum *ciuitates in* Hellesponti *sinistra parte positas crebri terræmo tus cõcuterent,* Aegyptij *Chaldeiq; sacrificuli apud eas pecuniæ colligendæ causa conuenerant, decem poscen tes talenta pro sacris* Neptunno Telluriq; *faciẽdis.* Cõ*ferebant autem ciuitates pecunias cum ex publico, tum etiam ex priuatis facultatibus, nihil pensi ob timorem faciẽtes: illi enim nisi pecunia apud argẽtarios deposita*

esset,

esset, sacra pro eis facere negabant: quod postquam animaduertit Apollonius, turpe sibi putauit Hellespõticas ciuitates negligere. Ad eas igitur accedẽs sacrificulos obiurgauit, quòd ex alienis malis thesauros quærerent, et causas eorũ quæ tunc acciderant enarrans, sacrisq́; ut cuique commodum esset, fieri iußis, exiguo sumptu calamitatem dimouit, & terra constitit. Per ea tempora Domitianus Romanorum imperator legem tulerat, ne quis homines facere Eunuchos, neue ulterius plantare uites auderet, & quæ suo tempore plantatæ fuissent iubebat amputari: ueniens itaque ad Iones Apollonius, hæc inquit præcepta ad me attinent: solus enim fortasßis hominum omnium, neque pudendis egeo, nec uino utor: oblitus tamen est admirabilis imperator, quòd hominibus parcẽs, terram ipsam fecit eunucham. Quamobrem ausi sunt Iones ad imperatorem legatos pro uitibus mittere, & uacationem legis ab ipso petere, qui terram populari amputandis uitibus iußit, & ulterius non plantare. Hoc insuper quod Tarsi geßit Apollonius, tanquam memoria dignum decantatur. Rabiosus canis adolescentem obuiam factum momordit, quo morsu in caninos mores deflexit adolescens. Latrabat enim sedebatq́; uelut canis, & ceu quadrupes gradiebatur, manibus tanquam pedibus utẽs, iamq́; dies triginta hoc morbo laborabat. Veniens igitur Tarsum Apollonius, cum adolescẽtis infortunium agnouisset, ciuibus præcepit, ut canem qui illum momorderat inquirerent, illi uero nunquam se canem illum uidisse iurabãt, quòd extra ciuitatis muros deprehẽsus à cane fuisset adolescens,

Domitiani edictũ de uineis exciden dis & spado nibus.

dum sese iaculando exerceret, nec postquam in morbum inciderat ex eo scire potuerat quisquã, quæ forma, quæue statura canis fuisset. Paulum igitur cunctatus *Apollonius ò* Damis *inquit, is canis albus est, & uillosus, & custodiendis ouibus accommodatus, &* Amphilochicis *canibus magnitudine æqualis. Stat autem tremebundus iuxta fontem aliquem, aquam enim & cupit & timet, ipsum autem ducito secus fluminis ripam ubi palæstræ exercentur: hoc tãtum eius auribus immurmurãs, quòd à me uocatur. paulo post canis à* Damide *tractus, ad Apollonij pedes procubuit eiulans, ceu qui supplices altaribus admouerentur: illum autem manibus mulcens Apollonius, penes ipsum adolescentem constituit, quem ex manu detinebat.* Tunc *ad eos qui aderant conuersus, ne uos inquit magnum arcanum lateat, sciatis animam* Thelephi *Mysij in hunc puerum translatam esse, & fata ab ipso hoc exposcere.* His *dictis canem lambere morsum iußit, ut idem medicus esset, qui uulneris antea autor fuerat: quæ cum egisset adolescens ad patrem conuersus est, matrem recognouit, æquales quoque salutauit nominatim, & haustam ex* Cydno *aquam bibit.* Neque *uero canis curationem neglexit Apollonius, sed pro illo sanando fluuiũ precatus est: canis uero fluuium ingressus, cum in eo natans aliquandiu moratus eßet, in ripa consistens ululauit, quod rabiosi canes facere non consueuerunt, & auribus demißis caudam uibrabat, tanq̃ & ipse cõualuisse sese agnosceret. Medicamentum nanq; rabiei est aqua, si eam attingere rabiosus audeat.* Hæc *ab Apollonio acta sunt in tẽplis, & ciui-*

Sicut ab Achille olim uulneratus, nõ nisi ab eodẽ sanari potuerit, unde Ouidi⁹: Vulnus Achilleo q̃d quondã fecerat hosti Vulneris auxiliũ Pelias hasta tulit. Canes rabidi nõ latrãt.

& ciuitatibus apud populos, & pro populis super mortuos, aut ægrotantes, & cum sapientibus, ac non sapientibus tractata, & cum regibus qui illũ uirtutis consiliarium adhibuerunt.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII

Tyanei liber Septimus.



EQVE VERO SVM NEscius quàm magnum indicium uere philosophantiũ tyrannides existant, præterea inquirere uolentibus concedo qd singuli erga ipsos egerint, cum alius maius alius minus in hoc sit operatus, mea uero ad hoc ipsum nũc tendit oratio. Tempore quo Domitianus imperauit accusationes & iudicia plurima Apollonium circumuenere, quomodo autem, & unde principium sumpserint, & quo nomine illarum quælibet fuerit appellanda paulopost explicabo. Et quoniam mihi dicere necesse est, quid dicens, & qualis uisus iudicium euaserit, tyrannos potius conuincens quàm ab eisdem uictus, nõ alienũ duxi horũ gratia prius enarrare sapientũ hominũ erga tyrannos acta, quæcũq; memoratu digna cõperi, atq; illa cũ Apollonij factis cõparare. Sic enim optime ueritatẽ inueniri posse sum arbitratus. Zeno igitur Eleates, qui Dialecticã primus inuenit, Nearchi Mysij tyran-

Philosophi qd aduersus tyrãnos fortiter gessere.

Zeno Eleates.

Nearchus.

tyrannidem euertere tentans, deprehensusq; cum uarijs supplicijs torqueretur, socios coniurationis minime prodidit, sed quos tyrãno fidißimos nouerat calumniatus, ut morte damnarentur effecit: ipse autẽ Mysiam li‑
Plato. berauit, tyrannidem erga seipsam errare faciẽs. Plato, autem pro Siciliæ libertate certamen suscepisse diceba‑
Phœton. tur, Dionem eiusdem sententiæ comitem asciscens. Phœton autem Rheginus exul cum ad Dionysium Siciliæ tyrannum confugit, atq; honoratiùs ab eodem susceptus, quàm exuli conuenire uideretur, tyranni mentem intellexit Rhegij capiendi percupidam. Cumq; id Rheginis per epistolã nuntiasset à tyrãno deprehensus est. Qua propter tyrannus illum uni ex machinis, quas pro Rhegio expugnando construxerat uiuum suspendit, eamq; muris admouit, existimãs Rheginos ne Phœtonem uulnerarent aduersus machinam tela non emissuros. Ille autem magnis uocibus exclamans Rheginos hortabatur, ut in machinam tela torquerent, se nanq; aiebat signũ li‑
Heraclides. Python. bertatis esse propositũ. Heraclides autẽ & Python, qui Cotyn Thracẽ interfecerunt, homunculi quidẽ ambo erant, Academicorum autem disciplinam secuti, sapien‑
Callisthenes tes liberiq; euaserant. Callisthenẽ autem Olynthium nemo fermè ignorat, qui uno eodẽq; die Macedones laudauit, & accusauit, tum cum maxime uiribus pollerẽt,
Diogenes. quamobrem ueluti molestus ipsis interfectus est. Diogenes quoq; Sinopensis, & Crates Thebanus circunferuntur, quorum is quidem pro Chæronia ueniens, Philippum pro Atheniensibus grauiter obiurgauit: absurdũ esse dicens armis eos perdere, qui pro se arma quan

doque

doque cœpisset. Crates autem cum Alexander Thebas instaurare sui gratia uelle diceret, ego inquit patria nõ egeo, quam armis præpotentior iterũ subruat. Sed quoniam prolixitatem oratio refugit, plura quæ adhuc dici possent omittam, præsertim cum ea quæ dicta sunt refellere sit necesse, non quia turpiter, aut præter rationẽ gesta sint, sed quia actis ab Apollonio sunt inferiora, quanquam aliorum omnium facta exuperẽt. Eleates *enim Zeno, et qui Cotyn interfecere, non multum laudis mereri uidentur, quia Thraces, Mysios, et Getas in seruitutem ducere perfacile est: liberare autem stultũ, cum libertate non gaudeant, ut seruitutem nequaquam turpem esse arbitrentur. Quod autem minus sapienter fecerit* Plato, *satis patet Siciliæ res potius quàm Atheniẽsium tentans emendare, unde etiam iure uenditus fuit decipiens alios, & itidem ipse deceptus: hæc inquam faciens, quòd minus sapienter egerit dicere uerear: cum sciam plerosque moleste talia uerba audituros. Quæ autem* Rheginus *Phœton erga* Dionysium *non stabiliter regnantem aggressus est, audaciam profecto præ se ferunt: sed cum esset omnino à tyranno interficiendus, etiam si à* Rheginis *uulneratus nõ fuisset, mirabile meo iudicio nihil fecit, mortẽ pro libertate aliorum potius, quàm pro sua diligens seruitute. Callisthenes autem ne nunc quidem prauitatis infamiam fugit, eosdem laudãs atque uituperans, aut enim eos uituperauit quos laudãdos putabat, aut laudauit quos censebat uituperandos. Præterea si uiros bonos nuncupauit, inuidiæ suspicionem euitare non potest. Qui autem assentando prauos*

laudat,

laudat, ipse delictorũ quæ ab illis fiũt culpã feret: praui enim si laudẽtur deteriores euadũt. At uero Dioge nes pro Chæronia Philippo locutus, & seruare purum ab armis in Atheniẽses uirum potuisset, sed cum rebus peractis aduenerit obiurgauit sanè hominẽ, nõ autem emẽdauit. Crates quoq; forsitan, culpa non carebit ab homine ciuitatis amatore, quòd Alexandri consilijs nõ consenserit, quæ pro Thebis instaurandis meditabatur. Verũ Apollonius, nec pro periclitãte patria supplicãs, nec de salute corporis desperans, nec sermones insulsos ullos proferens, nec pro Mysijs Getisue: nec apud principem, qui uni insulæ aut paruæ regioni imperaret, sed sub quo terra omnis erat & mare uniuersum, aduersus hunc inquam qui male imperabat sese comparauit pro utilitate eorũ, qui imperio suberant: cum eadem mente aduersus Neronem antea usus fuisset; ut illa tanq̃ prælu dia, quis existimare posset. Tũ peractis illis ab incepto non destiterit, nam & Vindicis auxerat uires, & Tigillinum grauiter increpãs debiliorem tyrannidẽ effecerat. Verum enimuero iactationis nimiũ forsan habere uidebitur hæc oratio, quia non admodũ præclarum fuerit aduersum Neronẽ insurgere psaltriæ fidicinæq; more uiuentem, de Domitiano dicere quid poterunt? qui et corpore erat robustissimo, et uoluptates omnes aspernabatur, quæ ex musicis instrumentis, aut pulsatio nibus ortæ uires labefactant, ac minuunt: & cui aliorum dolores & gemitus iucũditatem lætitiámque præbebant. Perfidiam uero populorum erga tyrannos, tyrannorum uero erga reliquos, omnes custodiam quan

dam esse dicebat. Aiebat quoque regem noctu ab omnibus operibus cessare oportere, tunc autē cædes, & trucidationes exercere: quapropter senatus membra sunt amputata optimis quibusq; uiris ab eo interfectis. Philosophia autem adeo perterrita est, ut habitu mutato philosophi, partim in Hispaniā, partim in Lybiæ, Scythiæue deserta confugerent: quidam etiam uiuendi ratione mutata scelerum consiliarios illi sese adiūgerent. Et sicut à Sophocle Tiresias ad Oeddipum de seipso loquens inducitur.

Οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ λοξίᾳ. Id est,

Seruus tibi non uiuo uerum Loxiæ.

Loxias idē qui & sol, Vide Macrob. lib. Satur. 1 capite 7.

Sic Apollonius dominam sibi constituens sapientiam, liber erat à Domitiani calamitatibus, cū Tiresiæ Sophoclisq; uerba aptasset: & priuatim sibi nihil metuebat, quæ autem in aliorum perniciem fieri uidebat, miserebatur. Quapropter senatoriā, & quæ in quocūq; erat prudentiam contra tyrannum cōcitauit. Pergens enim ad uarias gentes, & illarum principes philosophice alloquens dicebat, non immortalem esse potentiam tyrannorum, & qui cæteris terribiliores appareant magis ac facilius superari. Narrabat quoque Palladis ludos Athenis celebrari consuetos, ubi Harmodij & Aristogitonis laudes cantabantur, & Atheniensium tribuum acta, quibus triginta simul tyrāni superati sunt. Romanorum quoq; referebat facinora, & quòd populus ille armis quondam ex urbe tyrannos pepulisset. Cum tragœdiarum histrio Iunonis fabulam ageret Ephesi, & audiendæ fabulæ præfectus Asiæ interesset,

Tyrānus nō est immortalis.

uir, licet adhuc iuuenis, consulari tamen dignitate clarus, uidereturq; + accuratius illā audire, & histrio Euripidis iambica perageret, in quibus poeta dixit, longo tempore auctos tyrannos à paruis quandoque uiris, et breui tempore superari. Prosiliens in medium Apollonius, at uero hic pauidus, nec me, nec Euripidem intelligit. Iterum quoque cum Domitianum memorari cogitasset, atque ipsum nonnulli laudarent, quòd Romæ tēplum Vestæ purgasset, uirginibus tribus + bonorū causa interemptis, & quia rem cum uiris habuisse culparētur: cum oporteret eas castas atq; intactas Iliensem Palladem, & ignem perpetuū custodire. Hæc audiēs Apollonius utinam inquit, et tu ô Sol iniustis cædibus purgareris, quibus nunc uniuersa terra referta est: atq; hæc non priuatim, sicut pauidi solent, sed in turba palamq; prædicabat. Cum Domitianus agnato suo Sabino interfecto, Iuliam duxisset uxorem (erat autem Iulia interfecti quidem Sabini uxor, Domitiani uero ex fratre neptis) Ephesij pro nuptijs imperatoris sacrificabant. Interueniens autem Apollonius, ô, nox inquit qualis quondam fuit Danai filiarum, cur sola fuisti? Quæ autē per ea tēpora Domitianus fecit talia fuere. Nerua qui post Domitianum iuste modesteq; imperauit iam ad imperium uocari uidebatur, id præcipue Orphitus ac Rufus opinabantur, hos Domitianus paratarum contra se insidiarum insimulans in insulam relegauit, Neruam quoque Tarentum secedere iussit. His familiaritate coniunctus Apollonius, dum Titus unà cum patre, ac deinde solus imperauerat, modestiæ aliarumq; uirtutum præcepta

+ ἀτολμότερ.

+ Græce est ἐπ' αἰτίᾳ τῆς ζώνης, id est, ob zonę crimē. Nā quādiu puellę cīgulum gestabāt, uirgines habebāt, q̄d prima nocte nouus sponsus soluebat. Lege Festū Pomp. in dictione Cingulum.

Nerua Augustus.

Saluidienū Orficum uocat Suetonius.

cepta dederat, eosq; tanquã bonos frugiq; uiros imperatoribus iam dictis in fidem amicitiamq; commendauerat. Domitianus autem quoniam asper difficilisq; uideretur, eosdem seiunxerat, & ad communem libertatem capescendam hortabatur: quia per epistolas illis consulere, non satis tutum arbitrabatur, cum potentiores quosdam serui prodidissent, alios etiam amici & uxores, ita ut nihil tutum nihil secretum esse posset etiam domi. Propterea Apollonius è comitibus suis, quos prudentiores agnouerat, modo hunc modo illum ad eos mittens, ministrum aiebat præclari secreti te facio, peragereque Romam te oportet ad uirum talem, eique persuadere ut mihi consentiat. Postquam autem illos Roma pulsos audiuit, & ad opprimendũ tyrannum prompto paratoq; animo esse, ob segnitiem uero tarditatemq; ab incœptis destitisse, de fato, et necessitate multa disseruit apud Smyrnæ lucũ, + ubi Meletis erat simulachrũ, cumq; paulopost Neruam regnaturum esse certo sciret, rem omnem illi aperuit, probauitq; tyrannos fatis afferre uim nequaquam posse. Erat Domitiani statua penes Meletem posita, ad eam omnes qui aderant, conuertens Apollonius, ò demens inquit quàm multum abes à fatorum necessitatisq; cognitione. Is enim cui post regnare fato datum est, etiam si abs te interficeretur reuiuiscet. Hæc Apollonij uerba nuntiante Euphrate ad aures Domitiani peruenerũt, quid autem detulisset nemo sciebat, sed perculsus metu tyrannus interficere homines illos constituit: uerum ne sine ratione id facere uideretur, misso nuntio accersiuit Apolloniũ, ut de secretis

+ ἐν ᾧ ὁ μέλης, id est, ubi Meles amnis. Fluit autẽ Meles circa Smyrnã, meminit Herodot⁹ in uita Homeri, & Strabo libro 11.

ſermõibus cum Nerua *& amicis eius habitis, excuſatio nem facturus* Romam *ueniret, ſecumq; ita ratiocinabatur* Domitianus,*ſi* Romam *profectũ condemnaret,non indicta cauſa,ſed in delicto deprehẽſos occidiſſe eos uideretur,amiciq; etiã ab omnibus putabũtur,ſi uero quadã fretus prudẽtia ad manifeſtũ periculũ accedere noluerit, tunc etiam iuſtius illos cõmuni oĩm opinione damnatos, quaſi mandatorum contemptores interfectuꝛum eſſe putabat.* Hæc *itaq; ſecum meditatus Aſiæ præfecto miſſa epiſtola præceperat,ut homines comprehenſos in uincula conijceret: uerum hoc diuina quadam ſcientia monitus(ut ſolebat)*Tyanenſis *præuidit, uulgoq; amicis dicebat ſecreto ſibi peregrinandum eſſe urgente neceßitate.*Quo *audito, alij quidẽ* + *de uetuſto Auaride cogitabant, opinantes illum in ſimilem quempiam locum profecturum. Ipſe autem, ne cum* Damide *quidem communicato conſilio in Achaiam cum illo nauigauit:inde Corinthum traijciens,& ſacris(ut conſueuerat)circa meridiem Soli peractis in Siciliam primo,deinceps in* Italiam *uenit,et circa noctis principium ſummam tranquillitatem maris,& proſperum uentum nactus* + Diccarchiam *aliò mox tranſiturus applicuit, ibi* Demetrium *cõperit, qui cæteris philoſophis audacior non procul* Roma *degebat.* Nouerat *autem* Apollonius *ipſum à tyranno expulſum illic morari, iocans tamen, (ut plerunque ſolebat) ego te inquit dẽlitijs indulgentem deprehendi in* Italia *felici,uel ut uerius dicam beatißima degentem:ubi quondam* Vlyſſem *ferunt cum* Calypſone *diuerſatum fumi, &* Ithacenſis *domus oblitum eſſe.*

+ Αϐάριδος τὸ ἀρχαῖς. Niſi de Abaride Schyta loquaẽ,ne ſcio quid ſibi uelint hęc de Auaride.

+ Romani Puteolos uocant.

esse. Complexus autem illum Demetrius, & mediocriter incusans, ò dei inquit, quantum damni philosophia patietur in hoc uno uiro periclitans. Tunc Apollonius, *quid est inquit, in quo pericliter? nihil inquit* Demetrius, *quàm id quod tu ipse optime sciens aduenis: si enim mentem tuam ignoro, nec mei ipsius cognosco, colloquamur autem non hoc in loco, sed eò secedamus ubi soli futuri sumus.* Accedat autem & Damis, *+ quem tecum omne discrimen libenter subiturum agnosco. His dictis in antiquum* Ciceronis *prædium deuenere (est autem prope urbem) Cúmque sub platano consedissent, cicadæ diei hora concitatæ circa ipsos cātabant: eas itaque respiciens* Demetrius, *ò beate inquit, ac uere sapientes, uos eam quam Musæ docuerunt cantatis cantilenam, iudicijs accusationibusq; nondum obnoxiam. fecerunt autem uos Musæ nequaquam uentri subditas, & humanæ inuidiæ expertes: his arboribus insidetis, quas illæ uobis incolendas dederunt, ubi felices uestram Musarúmque felicitatem decantatis.* Apollonius *autem quàmuis intelligebat quorsum* Demetrij *uerba tenderent, leuiter tamen ipsum increpans, quod maioris otij uerba uiderentur, quàm præsentis temporis ratio postularet. Cur inquit cicadarum laudes enumerare uolēs, non palàm apertéq; illas profers, sed hic etiam formidare uideris, quasi lex publice lata sit, ne quis cicadas etiam audeat laudare? Tum* Demetrius *nō laudationis causa hæc dixi, sed ut ostenderem quoniam his licet sua + scientia perfrui, nobis autem ne muti re quidem concessum est quæ sentimus, sed ueluti cri-*

+ ὃν ἐγὼ νὴ τὸν ἡρακλέα ἰόλαον ἡγοῦμαι τῶν σῶν ἄθλων. uertēdū sic fuit, quē ego Hercle Iolaū tuorū certaminum arbitror.

+ μουσικὰ cātilena potius.

*men sapientia nobis obijcitur. Et Meleti quidem Anyti-
que accusatio Socratem culpabat, quod iuuentutem cor
rumperet, & uanos deos introduceret. Nostra uero ac
cusatio talis quædã est; hic iniuriam fecit, quia uir est
iustus ac sapiens, nouitq; diuina & humana omnia, &
omnium rerum leges intelligit: quanto autem tu sapien
tior nobis es, tanto maior erit te accusandi facultas. Cu-
pit enim Domitianus affinem culpæ te arguere eorũ ob
quæ Nerua eiusq; comites exularunt. Quid est autem
cur illi exularint inquit Apollonius? ob crimen ait De-
metrius maximum omnium quæ in quenquam cadere
possunt, ut illi uidetur qui eos pepulit. Dicit enim ipsos
deprehensos esse contra regnum suum insidias machi-
nantes, te autem illis facinoris huius autorem, ac suaso-
rem fuisse: quinetiam huius rei causa puerum abs te dis-
sectum esse affirmat. Non igitur inquit Apollonius ab
eunucho ablatum iri imperium arbitratur? Minime ue
ro Demetrius inquit, in hoc te accusat quod puerum ca
strauerís, sed uaticinandi causa mactatum abs te puerũ
dicit, ut ex nouis extis futura melius dinosceres. Illud
etiam crimen accusationi adijcitur, quod nouo indumen
ti genere, & uiuendi consuetudine utaris noua, & hæc
tibi ab his etiam obijciuntur à quibus diligi coliq; te ma
xime putas, ut ex Telesino audiui, nostrorum utriq; fa-*
ἑρμαῖον. *miliarissimo. + O Mercuri inquit Apollonius utinam
nunc Telesinum inueniamus: hunc enim philosophum
te dicere arbitror, qui Neronis temporibus consulatum
gessit. Hũc ipsum dico inquit Demetrius. Quomodo au-
tem ipsum es allocutus. Solent enim tyrãni suspectos ha
bere*

bere omnes qui in dignitate sunt constituti, si cum his loquantur, qui in ea sunt causa in qua nunc tu es. Telesinus inquit Demetrius *ex urbe nuper migrauit propter præconis edictum, quod aduersus philosophiam omnem latum est, exulare potius eligens tanquam philosophus, quàm ueluti consularis remanere. Vtinam inquit* Apollonius *talis uir mei causa periculũ nõ subeat, satis enim pro ipsa philosophia periclitatur.* Tu *uero hoc mihi dicas uelim* Demetri, *quid faciens dicénsue tibi uideor sedare posse timorẽ meũ.* Non *ludẽdo inquit ille, nec quæ timuisti perterrita abs te esse dicendo, sed si hæc terribiliora existimas fugiendo uitare ipsa debes, nec in fuga etiã de ipsis loqui.* Tu *aũt fugeres ne ò* Demetri, *si pro ijsdem pro quibus ego nũc appellor periculũ subiturus esses?* Per Palladem *inquit* Demetrius *non fugerem, si quis de iure meeũ uellet certare.* Cum *autem is qui summæ rerum præsidet, etiam indicta causa homines interficiat, atq; excusationem si afferre uoluerim non sit auditurus, aut etiam quàmuis audierit, occidat, tum ei etiam, qui nihil iniuste perpetrauerit nequaquam fugæ parcendũ arbitrarer.* Quin *& tu mihi non concederes tam ignauam, & (ut sic dicam) frigidam mortem eligere, præsertim quæ philosophiæ præceptis aduersaretur.* Philosophiæ *nanq; ut arbitror conueniens mors est, si ciuitatem suam in libertatem uendicans aliquis moriatur, aut parentes, filios agnatósue ulciscens, aut amicorum causa decertans quos agnatis & affinibus præferunt sapientes uiri.* Sin *uero quis alijs de causis, & iactantiæ gratia mortem quærat, & ut sapiens uideatur*

sese tyranno subijciat multo dementius putari debet, quàm si in rota circũferatur, sicut de Ixiõe fabulæ narrant. Tu *autẽ defensiones hinc sumes opinor quod huc ueneris:* Hoc *enim apud hominem sanæ mẽtis iure proponeres, dicerésque in primis te nunquam fuisse ausum huc accedere si quid deliquisses.* Hoc *autem* Domitiano *non probabis, sed quia arcanam quandam, & absconditam uim habeas, audacißimum te esse arbitrabitur. Cum enim diebus decem ex quo te appellauit, nondum elapsis ad iudicium uenias, ignorans adhuc qua de causa uoceris, rationem quandam accusationis præbere uideberis, quòd delictorum tibi conscius prænoscas quibus de rebus accusari poßis. & de puero interfecto uulgata fama inualescet. Caue insuper ne ea quæ de fatorũ neceßitate in* Ionia *fuisse abs te disputata ferũtur, nũc super te ueniant, & uolentibus fatis graue quippiam in te moliri, tu nunc in ipsa coactus ruas, non animaduertens sapientius semper existimatũ esse talia præcauere.* Quod *si* Neronis *temporũ non es oblitus, quid mihi contigerit meminisse facile potes & me ad mortem subeundam illiberalem non esse.* Sed *habebant ea tẽpora facilitatẽ quãdam,* Neronẽ *enim cithara ab imperatoria dignitate uidebatur excludere: in cæteris uero non admodum incõposite sese habebat. Præbebat enim cithara plerumq; uelut inducias quasdã, per quas à cædibus abstinebat.* Id *enim causæ fuit quod me nõ interfecerit, cum iam pene gladiũ contra me nudasset, ob tuos meosq; sermones quos de balneis habui.* Mihi *enim par cẽdi causa fuit eo tempore sibi restituta uocis claritas,* ex qua

ex qua (ut opinabatur) suauißimas melodias ædiderat: nunc autem qua suauitate uocis, quáue cithara hunc hominem placabimus? + Muta enim apud hominem, & otiosa sunt omnia, neque hic à seipso, nec ab alio demulcetur. & quàmuis lyram collaudans Pindarus *dicat, quæ* Martis *etiam furorem placas, etiam à bellis reuocas.* Is *tamen cum musica certamina instituerit, & uictores coronari publice iusserit, tamen eorum quosdam interfecit, quos diunt suauißime & tibijs, & uoce cecinisse.* Viris *præterea quos tecum ducis est consulendum, perdes enim omnes, quod uel nimium audax esse uideberis, uel ea dices quæ persuadere minime poteris.* Salus *autem ante pedes tibi posita est.* Nauium *enim quas hic in portu plurimas esse uides, aliæ quidem in* Libyam, *aliæ in* Aegyptum, *aliæ in* Phœniciam, *aut* Cyprum *sunt nauigaturæ: quædam + Sardis usque, uel ultra Sardes etiam sunt profecturæ.* Harum *igitur quamcunque libuerit conscendens, ad quascumque uolueris gentes defereris.* Tyrannides *autem præclaris uiris molestiæ minus afferunt, ubi eos non in aperto uiuere senserint.* Hac *oratione* Demetrij *superatus* Damis, *tu quidē inquit cum huic uiro sis alioquin amicißimus, nunc certe magnum illi bonū uideris afferre: + de me enim parua oratio haberetur, si consulerem ne gladijs iam nudatis incurreret, néue tyrannidi subijceret, qua nulla sæuior, nulla immanior esse putatur.* Huius *enim itineris, nisi simul adesse contigisset ignarus eam, nam ego citius quàm aliorum quispiam eum sequor: quod si quis me interro-*

+ ἄμουσα.

+ αἱ δ' εὐθὺ σαρδοῦς, αἱ δ' ὑπὲρ σαρδώ, id est, quædā recta in Sardiniā, quędā uero ultra Sardiniam & cætera.

+ ἐμοῦ γε σμικρὸς λόγος.

get quò nauigem, aut cuius rei causa, ridiculus plane uidebor, quòd Siculū pelagus, & sinus Tyrrhenos dimensus, cur id fecerim adhuc ignorem: Quòd si sponte mea periculum subirem, poteram saltem causam interrogantibus dicere, quoniam Apollonius mortem affectat, ego autem eius amator simul nauigo, sed quia tūc (ut dixi) nihil sciui, meum officium est nunc, quæ scio non reticere. Dicam autem non mea, sed huius hominis causa: ego si mortem oppetam, non magnam in me iacturam faciet philosophia, cùm sim quasi strenui cuiusdā militis famulus, rationem afferre potens cur hunc sequar. Sin autem hunc aliquis ceciderit, quod quidem est Tyrāno facillimum, trophæum (ut mihi uidetur) de philosophia ponere poterit, quæ optimum philosophorum omnium amiserit. Multi autem cōtra nos, Anyti Meletiq; insurgent, et accusationes hinc atq; aduersus Apollonij familiares ingerent, alius quidem quòd is tyrannidem riserit, alius uero quòd aduersus eandem loquentem confirmauerit, alius rursus quòd dicenti aures præbuerit, aut quòd audita laudauerit. Ego autē pro philosophia moriendum itidem arbitror sicut pro templis, pro muris, & pro maiorū sepulchris. Nam pro taliū salute multi, & præclari uiri mortem oppetierūt. Philosophiæ uero perdendæ causa, nec ego mori uellem, nec Apollonium, nec eorum quēquam qui Apollonium amant. Post hæc Apollonius, Damidi inquit pro præsentibus rebus caute differenti ignoscere oportet, nā cum sit genere Assyrius, & Medis finitimus, ubi tyrannides maximis colūtur honoribus, nihil magnū de libertate sentire potest.

Tu autem

Tu autem Demetri, quo pacto apud philosophiam excusari poßis nescio, qui timorem tantum pro his rebus ostendis, quarum si qua uere timenda appareret, te magis decuit à timore illum reuocare, qui talia metuere uideretur. Nec oportuit ullo modo timorem incutere illi, quem pro his quæ uere timenda nō sunt timere sensisses. Vir enim sapiens pro his quæ enumerasti morietur. Nam pro libertate mori leges iubent, pro agnatis uero, & amicis, ac pro his omnino, quos amaueris idē esse faciendum natura ipsa præfiniuit. Legi autem naturæq; omnes homines seruiunt: naturæ quidem sponte, legi autem quandoq; etiam inuiti. Sapientes autem magis decet pro his mori in quibus sese exercuerunt. quæ enim nulla iubente lege, n ecimpellente natura, ipsi fortitudine quadam animi eligere ausi sunt, pro his si quis ea soluere tentauerit mori non recusabunt. Quod si ignis adsit, & accedat securis, ut eam quam dixi fortitudinem uincat, nihil profecto timebit sapiens, nec ad aliquod dicendum mendacium compelletur, & in his omnibus quæ didicit constans nihil minus permanebit, quàm in sacris quibus est iniciatus. Ego autem plura q̃ cæteri homines cognosco, utpote qui sciam omnia. Scio autem quæ scio partim studiosis hominibus, partim sapientibus, partim mihi ipsi, partim etiam dijs immortalibus, tyrannis autem scio nihil. Quod autem non pro demētibus huc uenio, ex hoc facile intelligi potest, quod pro capite meo sum dicturus, in periculo autem nullo sum, nec à tyrannide interfici possum, etiam si hoc ipse uellem: Intellego autem in hominibus me periclitari,

quorum siue principium, siue additamētum me facit ty rannus, ero quicquid ipse uoluerit. Si autem hos perdidero, aut mollius, aut negligentius eorum causam agēdo, qualis nam studiosis uiris esse uidebor? aut quis non iuste interficiet, qui uiros deluserim, quibus (ut à dijs petij) præpositus sum? Quoniam autem fugere mihi non licebat, quin proditionis crimen subirem, iam ostendam.

Tyrannorum duas esse puniēdis hominibus consuetudines.

Tyrannorum consuetudines duæ sunt, aut enim indicta causa homines occidunt, aut iudicio antea suppositos ac damnatos. Sunt autem similes, hi quidem calidis promptisq; belluis, illi uero mollioribus & ignauioribus: quòd autem utriq; molesti sint omnibus patet. licet autem exempla sumere, eius quidem qui furore quodam indictaq; causa occidebat Neronem, alterius autem Tiberium, interfecit enim is quidem eos, qui nihil tale metuebant, ille autem eos qui iamdudum id timuerunt: ego autem deteriores illos existimo, qui iudicium fingentes secundum leges decernere aliquid simulant, cum secundum leges nihil faciant. Decernunt enim perinde atq; ij, qui iudicij obseruatione non utuntur, noīe legis abutentes in ijs, qui per iracundiā agentes de alicuius morte sententiā ferunt. nam sic interficiendo miseris illis hoc pacto damnatis, multitudinis misericordiā auferūt, quam uelut exequias præbere decet ijs qui iniuste fuerint interempti. Huius itaq; tyrannidis iudiciariam quandam formam uidere mihi uideor, quæ tamen in iudiciariam terminetur. Nam de quibus antequam iudicium fiat constituit quid sit agendum, eos tanquam non iudicatos iudicio subijcit; & qui tali iudicio

damna-

damnatus fuerit, manifeste patet ab homine nõ secundũ leges iudicante damnatum esse: qui autem iudicium refugerit, quónam pacto euitabit infamiam, quin sese ipsemet damnauerit? Cum itaque uiri tales contra me nunc positi sint, si contentionem mihi aduersus eos instantem aufugiam, quæ terra me crimine purum iudicabit? + Supponatur enim ea quæ dixisti recte uereq; fuisse dicta, me uero tanquam uere dictis parêre: hos autem quos tueri debeo supponatur interfici. Quas ego cum sim talis pro secunda nauigatione preces faciam? quò me conferam? aut ad quem pergere exoptabo? essent enim (ut opinor) omnia loca, ubi Romani dominantur euitanda: ueniendumq; ad uiros cum mihi amicos, tum nõ palam, & in aperto degentes: qualis aut Phraotes esset, aut Babyloniæ rex, aut diuinus Iarchas, aut generosus Thespesion, q; si ad Aethiopes diuertendũ mihi statuerim, quid nam uir optime Thespesion dicendum erit: siue enim quæ egissem occulerem, mẽdaciorũ amator uel seruus potius esse uidebor, sin uero hæc patefacere constituerem tali opinor oratione utendum erit. Me quidem ò Thespesion Euphrates apud uos calumniatus est, crimina obijciems quorum mihi nequaquam cõscius eram, dicebat enim me iactatorem esse, ut portentosa quædam loquentẽ, Indorum præterea sapientiæ uiolatorẽ. Ego autẽ reuera nihil horũ sum, proditor autem amicorũ et iugulator, & perfidus, & alia quædã huiusmodi me eẽ fateor, adeo ut si qs pro talibus uirtutibus coronari mereatur, ego me illũ esse profitear: quoniam maximas eorum quæ Romæ sunt familias ita perdidi, ut illic

ut illic degere amplius ex ipsis nemo poßit. quòd si hæc me dicentem audires Demetri, erubesceres profecto, id enim hoc ita sentio, quasi ea quæ oculis cernũtur. Quid autem si Phraotem & me ad uirum talem in Indiam fugientem ante oculos tibi ponas, animaduertere iam nũc potes quomodo ipsum intueri possem, aut quã causam fugæ prætexere: nónne tibi præclarum uideretur si dicerem probum iustumq; antea me ad eos uenisse, & animam pro amicis ponere paratũ, postquam uero fuerim secum uersatus, uiro omnium qui ubiq; sint diuiniβimo haudquaquam eo animo, eaq; esse uoluntate. Iarchas autem ex me ueniente nihil quæreret, sed uelut Aeolus Vlyssem, quandoq; prospere nauigationis munere abutentem, ignominiose iußit ex insula discedere, sic ille comitesq; è sacro tumulo me depellerent: iniquum dicentes præmiũ pro accepto poculo me referre: uolunt enim ut quicunq; ex illo bibunt, periculorum cum amicis participes sint. Et quoniam scio quàm sis in sermonibus uehemens, & acutus ò Demetri, posses has meas rationes facile confutans dicere, ut ad eos accederem cum quibus uersatus antea non essem: sic enim forsitan bene mihi succedere fugã arbitrareris, quod tuto possem apud eiusmodi homines degere, itaq; rationem hanc quid habeat ueritatis perscrutemur, mihi enim de illa sic uidetur. Ego uirum sapientem censeo, nihil priuatim sui causa facturum, neq; arbitraturum quicquam occulte fieri posse, ut ipse saltem sibi non adsit: & siue Apollinis Pythij præceptum id fuerit, siue sapientis hominis cuiusdam seipsum probe cognoscentis, & ob hoc sententiam

γνῶθι σεαυτόν.

hanc

hanc de omnibus in commune proferentis, siue alio quo cunq; modo se res habeat, mihi sapientis esse uidetur se ipsum noscere, & suijpsius mentem habere præsidem, neq; terrefieri ab his, quæ plerią; timēt: neq; rursus audere quicquam aggredi eorum quæ cæteri rubore quodam uerecundiaq; attentant. Qui enim tyrannis inseruiunt, sibi etiam amicissimos prodere conātur, timentes ea quæ uere timenda non sunt, quæ uero timere oporteret non metuentes. talia uero ut fiant non concedit sapientia, quæ præter Pythium *epigrāma,* Euripidis *quoque sententia laudat, putantis conscientiam esse quæ homines puniat, cum se male operatos fuisse recogitant, eadem quoq; furiarum pœnas apposuit* Oresti, *quando aduersus matrem insaniJt.* Mens *enim agendarum rerū domina est, conscientia uero quæ menti uidentur, quapropter si mens opera bona eligit facienda, conscientia uirū mittit ad omnia sacra, per omnes uias, per omnia deorum templa, ad omnes hominum species, & plaudens canensq; ipsum ubiq; laudat. dormienti quoq; eidem assistens præclarum chorum è somniorum domo illi circumponit. sin ad aliqua delicta seditiosa mens prolabitur, non sinit conscientia talem hominem rectis oculis quenquam aspicere, nec expedite uerba proferre.* A *sacris quoq; et precibus uotisq; eundem arcet, neq; manus ad simulachrá deorum attollere sinit, & attollentē increpat ac reijcit, sicuti leges contra rebelles fieri iubent: ab omni etiam hominum cœtu eundem exterminat, & dormientes terrefacit, & quæcunque per diem fecerint, ea tanq̄ imagines audire, aut dicere arbitrantur,*

Conscientia q'd faciat.

tur, & ea omnia similia somnijs uanaq; conscientia efficit. Debiles autẽ uisiones & phantasticos terrores probabiles & uere timendos ostendit. Hoc *itaq; pacto conscientia me redarguet, siue ad eos qui me agnoscunt, siue ad eos qui me non cognoscunt accesserim: ꝙ enim talia agens uirorũ proditor sim, manifeste me arbitror, et ostendisse, & ipsa ueritas aperte demonstrat: quinetiã mei ipsius proditor non ero, pugnaboq; aduersus tyrannũ, generosi* Homeri *carmen decãtans,* + Bellator Iuppiter. *Hac oratiõe adeo se cõmotũ scribit* Damis, *ut animi prõptitudinẽ, audaciãq; receperit.* Demetrius *quoq; nõ amplius aduersatus est* Apollonio, *sed illius dictis cõsentiẽs, quasi diuinitus datã laudabat eius opinionẽ, ꝙ pro talibus uiris auderet periclitari: philosophiã itidẽ collaudans, quæ sibi talẽ audaciã præstabat.* Deinde *ipsos præcedens domum suã ducere uoluit, uerũ id recusauit* Apollonius, *meridiem iam instare dicẽs, uelle aũt se prima nocte* Romanorũ *portũ intrare sicut naues facere cõsueuerũt, aliâs uero concœnabimus inquit, ubi melius sese habebunt res meæ: nunc enim uererer ne qua aduersus te institueretur accusatio, ꝙ cũ regis inimico cœnauisses.* Neq; *etiã nobiscũ ad portũ descẽdere te uolo, ne quis mecum sermones aut arcana consilia cõmunicasse criminetur.* Eius *uerbis assensus* Demetrius, *abeuntes cõplexus dimisit, crebroq; ad eos respiciens lachrymabat.* Apollonius *autem ad* Damidem *conuersus, si animo uales inquit, & sicut ego audacia abundas, ambo nauem ingrediamur, sin uero propter timorem animo deficis, tempus adhuc superest hoc loco manendi: commodissime*

+ ξυνὸς ἐνυάλιος, id est, cõmunis Mars. interpres legisse uidetur ζηνὸς.

modißime namque apud Demetrium utrique nostrum amicißimum uersari poteris. Ad hæc respondens Damis, *quid inquit apud hunc discere potero? Si hodie tibi de periculorum pro amicis toleratione differenti cũ interfuerim, tamen solum te relinquam, & immunis à periculis esse uelim: cum hactenus nunquam timidus erga te uisus fuerim. Præclare dicis inquit* Apollonius, *propterea pergemus, ego quidem eodem quo sum habitu, te autem habitum magis popularem assumere oportet, ut neque comam habeas tam prolixam, & hoc* †*tribonion lintea ueste permutes. Calceamenta insuper quæ nunc habes, dimittere opus est. Quid autem hæc permutatio conferat ostendam, nolo enim te deprehensum mecum in eodem esse discrimine: si enim uestitum mecum communicares, fore ut comprehendaris quamprimum.* Ego *autem cupio, ut non tanquam philosophus, sed tanquam amicus & familiaris me sequi uidearis.* His *uerbis persuasus* Damis Pythagoræum *habitum permutauit: non quidem ob timorem aut pœnitentiã ullam, &* Apollonij *caliditatẽ laudauit, quam temporis causa exercere necesse fuit. Post hæc* Dicearchia *soluentes, cum iam triduo nauigassent, ostia* Tyberina *intrauerunt, unde facilis* Romam *usque nauigatio est.* Forte *per id temporis regium gladium tenebat* Aelianus, *uir iamdudum* Apollonij *amator, cum quo in* Aegypto *fuerat quãdoq; locutus, is aperte nihil pro* Apollonio Domitianum *rogauit. neq; enim eius quem gerebat magistratus ratio permittebat, quo nam enim pacto uirũ regis inimicum apud eundem laudare ausus esset?*

Græce est, & hoc palliũ, quod è lino confectũ est permutes.

aut

aut quomodo uelut amicum excusare? omnibus tamē artibus, quæ clanculum prodesse cuiq; possunt pro Apollonio usus est. Nam cum suum ante aduentum grauiter à calūniatoribus accusaretur Apollonius, ò rex inquit quàm pleni sermonum inanium sunt sophistæ, quantaq; est in eorum arte iactantia, qui quoniam in uita nullius boni compotes sunt, mortem appetunt. nec ipsam sponte sua uenientem expectare sustinent, sed eam ui quadā ad se trahunt, eos lacessendo qui gladios in manibus habent: Hoc ipsum (ut arbitror) Nero cum animaduertisset, Apollonium interficere noluit, ubi enim mortem affectare alium sensit, non ueniæ gratia mortem remisit, sed illum despiciens, non est dignatus occidere. Musonium quoq; Tyrrheneum, multis in rebus imperio suo aduersatum, in insulā relegauit nomine + Tyaram. adeò que sophistas huiusmodi amant Græci, ut tunc quidem propter eius colloquium habendum, omnes eò nauigarent, nunc autem fontis, quem fecit uisendi causa, eodem omnes accedebant. Nam in insula aquis carente Musonius fontem inuenit, quem Græci nunc laudibus efferunt, non minus eo quem in Helicone ab equo inuentū fabulantur. Hæc itaq; regi ante aduentū Apollonij narrauit Aelianus. Cum autem deuenisset callidius, & artificiosius eundem liberare conatus est. Iussit enim comprehensum hominem ad se duci, cumq; illum accusator grauiter calumniaretur, eumq; incantatorem, ac malis artibus imbutum assereret, iudicio inquit Aelianus regio teipsum ac tua uerba seruato. Apollonius autem, si ego inquit incantator sum, quo modo ad iudicium uenissem

Musonius.

+ Alias legit γύαρα.

nisi sinautē ueni ad iudicium, quo modo incātator sum? nisi calumniatores tantas uires habere dixeris, ut ab incantatoribus etiam uinci non poßint. Cum ad hæc insolentius aliquid dicere accusator pararet. Compescens ipsum Aelianus, mihi inquit concede, quod ante iudicium tempus datur. Ego enim sophistæ mētem seorsum tentabo, quòd si iniuste quippiam fecisse confitebitur, auferentur orationes forenses, & tu iudiciariæ causæ uictor abibis: sin ille suæ defensionis causa obiectis criminibus contradicet, tunc regis de illo iudicium erit. Post hæc in secretiorem quēdam locum secedens Aelianus ubi de causis grauioribus iudicia exercebantur, discedite omnes inquit, nemoq́; intersit, sic enim regi uisum est. Postea uero quàm ambo soli relicti sunt. Ego inquit Apolloni, admodum adhuc adolescens eram, quando imperatoris pater in Aegyptum uenit deis sacrificaturus, tecumq́; de suis maximis rebus consulturus, & tunc† tribunitia dignitate apud regem fungebar, erāq́; iam tum rei militaris peritus, tu uero me tanta familiaritate complexus es, ut dum rex ciuitatibus iura diceret, tu mihi seorsum, & quis nam essem, & quo uocarer nomine, & quo patre natus essem referres: quin etiam hunc ipsum quem nunc gero magistratum, mihi prædixisti: qui multis quidem esse maximus, summumq́; humanorum bonorum esse uideatur, ego autem maximam molestiam, & præcipuum infortunium esse iudico. Sum enim difficilis tyrannidis custos, attamen si eā fefellerim deos timeo: quod autem beneuolētia tibi sum affectus iā ostendi, nam quod amare nūquam destiti ex

† χιλίαρχον sonat tribunū militum

quo primum(ut dixi)te cognoui, nec unquam desinam, quoad eius temporis meminero, nunc dicere nõ attinet, sed cum te nunc ab his criminibus, quæ falso tibi accusator obijcit liberare cupiam, propterea tecum secreto colloqui institui, ut auderes meis omnibus rebus fidenter uti, præscire etiam qualis in te esset regis animus; quid enim de te iudicaturus sit nescio. Est autem ita dispositus ut contra te ferre sententiam cupiat, uereatur autem, ne falsis de causis id fecisse uideatur. Et primo quòd homines cõsulares, à se alienandi causa fueris criminatus. Vult enim quæ facienda minime sunt, ea secundum iustitiæ numeros fecisse uideri. Neq; uero oportet beneuolentiam, & animi mei effectum erga te manifestum fieri, si enim remißius aliquid me sentire de te suspicaretur, quis nostrum citius esset periturus nescio. Ad hæc Apollonius, quoniam aperte inquit inter nos loqui possumus, & quæcunq; habes in animo protulisti, mihi quoq; itidem facere iustum arbitror. Communicasti namq; mecum de rebus tuis, perinde atq; hi, qui diutißime uersati mecum sunt, & per Iouẽ ita amice eras erga me dispositus, ut etiam pericula simul subire uideãte paratum, propterea ego quoq; mentẽ meam, consiliumq; tibi omne adaperiam. Mihi quidem à uobis fugere in diuersas terrarum partes licuit, quarum nec nomina quidem audita uobis sunt, ueniſſemq; ad uiros sapientes, & meipso sapientiores, qui recta ratione deos colunt, eosq; ob idipsum propitios magis habent, quàm ij qui istis in locis uersantur: apud eos autem nulla est delatio, nulla accusatio, & cum iniuriam alijs non infe-

rant,

rant,nec ab alijs iniuriam patiantur, nullis omnino iudicijs indigēt. Veritus autem ne proditor esse uiderer, si excusatione à me neglecta perdantur ij, qui propter me in iudiciū sunt adducti,huc accessi excusationē in iudicio facturus,de quibus autem excusationē fieri oporteat audire ex te cupio. Tunc Aelianus, accusatiōis inquit† capita multa sunt,atq; diuersa:nam & uestiendi† formam,& alios uiuendi mores calumniantur, quærentes quid nam sit, cur tanta ueneratione dignum te iudices. obijciunt etiam illud,quod Ephesi de peste respōsum dedisti,multa quoq; aduersus regem, cum secreto, tum palam,quædam etiam tanq̄ accepta disseruisse te criminantur. Aliud præterea obijciunt crimen quod mihi quidem omnium maxime est incredibile,qui sciam ne in sacris quidem ut effundatur uictimarum sanguis te sustinere,regi autem uehementer credibile est. Dicunt enim te cum Nerua simul in agrum exeuntem mactatum Arcadem puerum in frusta concidisse,atq; in regis perniciem sacrificasse,atq; hoc sacrificio Neruam ad opinionē regni extulisse,eaq; noctu à uobis fuisse perpetrata †desinēte iam mense. Hoc aūt crimine,quoniā maximū est aliud nullum,maiore defensione indigere censemus: nam quòd nouo utaris habitu,et q̄ prænoscēdi scientiā habeas,& reliqua tibi obiecta crimina oīa huc tendūt: & illa quidem, atq; oēm quæ ad hæc sequitur iustitiam cōdonari tibi dicunt. Opus est igitur ad hæc confutanda crimina excusationē parare. Ad hæc Apollonius primū inquit, q̄ superbus non sum argumentū est,q̄a excusationē facturus aduenī:q̄ si audaciam aliquā actiones

†τὴν [illegible]

†φθίνοντος ἤδη μηνός.

nea prætēdere uidentur, quasi supra tyrannides extol lere me uolentis, id ipsum ex hoc diluitur. Qui me tibi subieci, cum sis uir bonus & amator mei: nam inimico prauum uideri nihil habet molestiæ, inimici nanq; oderunt non ob ea quæ cæteri palam accusant, sed ob ea in quibus priuatim se læsos arbitrantur. ab amico autē accusari tanquam prauum multo molestius est, quā omnia quæ ab inimico accidere possunt, neq; enim fieri potest, quia ipsis odiosus sit, propterea q̃ prauus esse iudicetur. Visus est Aeliano recte dicere Apollonius: eūq; bono animo esse iubens, hanc de ipso cepit opinionem, ut nullo modo terrefieri uir ille posset, etiā si Gorgonis caput contra eum eleuaretur. Conuocās igitur uiros ad hoc negotiū præparatos, iubeo inquit hunc uinctum in carcere detineri, quoad rex aduenisse illū certior fiat, atq; ex eo audiat quæcunq; mihi ab eodem dicta sunt, & hæc dicens ualde se iratū aduersus ipsum ostendebat. Deinde in regiam ueniens Aelianus, quæ sui erant officij ministrabat. Hoc loco Damis casum quendam cōtigisse memorat, partim similē, partim dissimilē illi, qui

Aristides. *Athenis Aristidi quandoq; contigit. Cum enim ob uirtutem urbe pulsus esset Aristides, & abiens muros iam esset egressus, rusticus quidam illi occurrens petijt, ut aliquam sententiam sibi scriberet, qua aduersus Aristidem uteretur, cum ipse neq; hominem nouisset, nec accusationem omnino ullam, sed solum inuidia tangeretur, quod ualde iustum esse illum audierat. Quod aūt Apollonio contigit hoc fuit. Centurio qui Apollonium optime cognoscebat, cū nominatim ipsum salutasset, cuius*

rei causa in hoc discrimen adductus esset interrogauit, nescire autem se respõdente Apollonio. At ego inquit ille optime scio, accusaris enim quia ab hominibus tanq̃ deus uenerari expetis. Et quis inquit Apollonius tãtopere unquam ueneratus est? ego ipse inquit Centurio cum adhuc puer essem Ephesi, quando nos à peste liberasti. Recte inquit Apollonius & tu fecisti, & Ephesi ciuitas tanto malo liberata. Idcirco inquit ille, defensionem pro te paraui, quæ te iudicio liberabit: Nam si huc extra muros eamus, ego ceruicem ense amputabo, & ensem dimittam: unde uir diuinus putaberis, & pro ueris criminibus in iudiciũ uocatus. Et in hoc sane multo rusticior fuit is, quàm qui Aristidem expellere uolebat; hæc autem ridẽs, & Apollonium deludens dicebat. Ille uero non audienti similis, cum Damide loquebatur de insula quam Delta appellant, ubi Nilus bifariam scinditur. Delta insula *Post hæc quàm Aelianus liberiorem carcerem incolendi facultatem Apollonio præstitit, quoad otium esset regi illum audiendi (statuerat enim rex secreto prius aliqua secum loqui), discedens igitur de præterito Apollonius, & in carcerem uadens, disputemus inquit ò Damis cũ his hominibus qui nobiscũ hic inclusi sunt. Quid enim aliud agere poßimus, donec tyrannus quæ petit mecum loquatur? Garrulos inquit Damis, & loquaces nos existimabunt, si eos à defensionis suæ meditatione dimoueamus. Absurdum præterea uidetur inter mœstos uiros deambulare. Imò uero inquit Apollonius, ij maxime colloquentibus & consolatoribus indigent, si Homeri carminum meministi, qui dicit Helenam Aegy* Helena in Aegypto.

ptia medicamenta in cratere miscuisse, ut animæ dolorem dilueret, quod ego nihil aliud significare puto, quã Helenam cum sermones Aegyptios didicisset, eos mœstis hominibus narrare solitam esse, eosq; in cratere ponere, id est sermones pariter & uinum pro leuanda ægritudine solitam adhibere. Verisimile hoc est inquit Damis, siquidem ipsa in Aegyptum ueniens Proteo locuta est, uel sicut Homero placet cum Thonis Polydamnæ uersata est: nunc aũt in aliud tempus hi sermones differantur, opus est enim mihi aliquid te prius interrogare. Scio inquit Apollonius qd me sis interrogaturus, scire enim cupis quid cũ Aeliano locutus fuerim, et quæ ab illo rursus audierim, & utrum crudelis erga nos, an mitis uisus sit. Hæc sunt quæ audire cupis, deinde oĩa ut sese habuerint enarrauit. Gauisus inquit Damis, non incredibile mihi nunc uidetur, Leucotheam quandoq; uittam Vlyssi dedisse post nauim alligatam, ex qua dependens proprijs manibus mare metiebatur: nobis enim terribilibus quibusdam, et horrendis difficultatibus implicitis, deorum aliquis manum porrexit, ne penitus omnium salute destitueremur. Hæc eius dicta increpãs Apollonius, quorsum inquit hæc tua uerba tẽdunt? aut quid talia metuis? an nondum adhuc agnoscis quod sapientia cuncta stupefacit, quæ ipsam intelligunt, ipsa uero à nullo stupefit? Verum enimuero inquit Damis, nos ad hominem uenimus omni prudentia uacuum, & qui non solum propter nos non obstupescat, sed nihil esse putet omnino quod stupefacere ipsum possit. Agnoscis igitur inquit Apollonius ò Damis illum superbia

Leucothea Vlyssem reticulo donauit

furere.

furere, dementemq; esse? Intelligo inquit ille, quid enim prohibet. Tibi igitur Apollonius omnia Tyranni dicta factaq; contemnenda sunt, atque eo magis quo melius ipsum agnoscis. Dum talia secum loquerentur quidam Cilix (ut ex habitu apparebat) ad eos ueniens, ego inquit ò uiri propter diuitias in uitæ discrimen adductus sum. Et iure forsitan inquit Apollonius, si enim ex nefarijs operibus diuitias comparasti, uelut latrocinijs, aut ueneficijs homines interficiendo, aut effodiendo regum sepulchra, ubi magni thesauri plerunque conduntur, consentaneum est te non solum in iudicium uocari, sed maximis affectum supplicijs interfici. His enim modis diuitiæ quidem parantur, sed scelestæ nefandæq; putari debent. Sin uero ex hæreditatibus, aut liberali mercatura, & non fœneratura ditatus es, quis est adeo peruersus, ut sub legum prætextu conetur ea tibi auferre, quæ secundum leges acquisisti? Tunc ille eorum inquit quæ habeo maxima pars, ab agnatis mihi relicta in domum peruenit, utor autem diuitijs non tanquam alienis, cum meæ sint, nec rursus ut omnino meis, nam bonis uiris libenter eas communico. Accusant autem me calumniatores, quòd non tyrannidis bono diuitias poßideam, cum mihi sint adiumento res nouas aduersus tyrannum moliendi, adduntq; non mihi solum, uerumetiam alijs, quos huius facinoris socios asciuerim, opes meas facultatem suppeditare. Comparatæ autem iam quædam aduersus nos accusationes, & primo quidem, quòd omnes diuitiæ, si mediocritatem excedant contumeliam pariunt, & ceruicem fu-

Hæc oĩa Græce significãtius.

pra multos eleuare faciunt,& animos erigunt,nec obtemperare legibus patiuntur:& magistratus qui ad gubernandas prouincias accedunt in caput diuitum prouocant, cum pecunijs maxime inseruiant, & se ab eiusmodi diuitibus propter diuitiarum magnitudinem contemni arbitrantur.Ego enim cum adhuc essem adolescens, antequam talentorum centum diuitias possiderem, omnia pro ridiculis habebã,parumq; pro his quæ tunc aderant metuebam. Postquam uero talenta quinquaginta uno die ex patrui morte mihi peruenerunt, ita mentem immutaui,quantum equorum domitores illos immutant,ex feris ac rudibus ad mansuetiores mores traducentes. Cumq; diuitiæ quotidie augescerent, multaq; à terra mariq; mihi afferrentur, propter timorem factus sum diuitiarum seruus, ut magnas pecunias pro custodiendis diuitijs erogarem,partim calumniatoribus tribuendo, quos talibus officijs lenire opus erat, partim magistratus gerentibus impartiendo, ut contra insidiatores munitus essem, partim agnatis affinibusq; largiendo,ne mihi diuitias inuiderent,quinetiam seruis nonnullis donabam, ne deteriores fierẽt,si negligi se penitus animaduerterent.Pascebam etiam greges amicorum præclaros, qui imminentia pericula præuidentes; partim illis occurrebant,partim mihi prænuntiabãt:at tamen cum hoc modo diuitias circumuallassem, easque tam tutis mœnibus sepsissem,earum causa in hoc discrimen adductus sum, neque satis adhuc exploratum nobis est,an incolumi corpore simus euasuri. Ad hæc Apollonius confide inquit, nam pro corpore fideiussores habes di-

bes diuitias, illarũ enim causa in carcere detineris, sed non ita multo post dimitteris, non solum his uinculis solutus & liber, uerumetiam labore ac solicitudine, quæ te seruos ac calumniatores diuitiarum metu colere cogebat. Cum uero alius propterea se accusatum quereretur quòd Tarenti, ubi dominabatur, sacrificãs publicis precibus non addiderat, Domitianum Palladis filium esse. At enim inquit arbitraris fortasse Palladem nõ peperisse, cum semper habita sit uirgo: ignorabas autem (ut opinor) deam ipsam draconem quandoq; Atheniensibus peperisse. Alius autem hac de causa in carcere tenebatur, habebat enim agellũ in Acarnania secus Acheloi fluminis ostia, ipse uero parua scapha nauigans insulas, quæ Echinades appellantur circumuehebatur, & ex ijs unam contemplatus, quæ continenti dudum coniuncta fuerat, arboribus, uitibúsque eam conseuit, domúmque habitationi sufficientem in ea construxit, aquam ex cõtinenti deducẽs, quæ affatim insulæ sufficeret, ex hoc itaque accusatus est, quasi non purus à furore esset Acarnan, quódque scelestorum operum sibi conscius ex alia terra, tanquam ab eo polluta secessisset, atque idem faceret, quod olim post interfectã matrem fecisset Alcmæon Amphiarai filius, qui etiã Acheloi ostia sibi delegit habitanda, & quanquam idem scelus non perpetrasset, conijci tamen facile posse, quædam non multum illi dissimilia ab eo commissa fuisse, ille autem nihil aliud quàm otij & quietis cupiditatem huius secessus causam fuisse dicebat, & inuidiam solam esse opinabatur, quæ accusationem contra se instituisset, & tũc

Domitianus Palladis fili⁹

in carcere detineret. Cum plurimi eorum qui erant in carcere ad Apollonium uenientes, calamitates suas deplorarent (erāt autem in eo carcere fermè quinquaginta) & eorum aliqui ægrotarent, alij mœrore prosternati iacerent, alij mortem expectare quererentur, quidam paruos filios, aut parentes, aut uxores ululando deflerent. O Damis inquit Apollonius, uidentur mihi homines isti medicamento indigere, cuius antea meminimus, siue igitur Aegyptium id sit, siue ubique terrarum nascatur sapientia, ex hortis suis ad id componendum radices euellentes, tentemus eius saltem particulā his miseris præbere, maxime nanq; uidētur indigere. Eis itaq; *in unum conuocatis Apollonius, ò uiri inquit huius habitaculi mecum participes, ego ualde misereor uestri, + quòd à uobismetipsis pereatis, nondum sciētes, an uos ipsa accusatio perditura sit. nam apparet prius uos à uobis interfici, quàm ab eo qui uos morte condemnaturus est, (ut putatis) neq; uero audere ubi timetis, aut timere ubi audetis rationi consentaneū arbitror. Sed Archilochi Parij sententiæ uos iubeo meminisse, qui tolerantiam in rebus aduersis patientiam nuncupans, deorum quoddam inuentum esse dicit, ad huiusmodi mala perferenda: ceu gubernatoris artem, per quam incumbente tempestate uenientium fluctuum impetus recipit. Nec existimetis hæc mala esse, ad quæ uos quidem inuiti, ego autem uolens accessi. Si enim causas conferre uoluerimus, magis lugenda est dies illa, qua + ratiocinatio ad iniusta crudeliaq; facinora impellēs uos fefellit. Sin uero tu Acheloi insulam, non ob eas causas quas accusator affert coluisse*

+ ὡς ὑφ' αὐτῶν ἀπόλλυσθε, id est quòd uestra ipsorum causa percatis.

Archilochi sententia de patientia.

+ λογισμὸς.

luisse te dicis, tu uero diuitias tuas nunq̃ insidias Regi *tetendisse affirmabis, neque tu consulto fecisse dices, ut principi auferres, quin* Palladis *filius haberetur: & omnes omnino falsa esse dicetis crimina, pro quibus in hoc discrimen adducti estis, petã à uobis quid pro rebus non ueris tanti gemitus sibi uelint. Quãto enim uobis propinquißimos magis acclamatis, tanto uos oportet esse robustiores: membra nanq; huius patientiæ sunt hæc, aut enim hic detineri & in carcere uiuere molestũ existimatis, aut principium eorum, quæ uos passuros arbitramini, aut hanc pœnam grauem putatis, etiam si nihil ultra patiamini.* Verum *ego qui rerum humanarum naturam agnosco, rationem uos docebo, medicorum cibarijs dißimilem, nam & corpori uires addet, & mori non sinet.* Nos *homines in carcere sumus omni tempore, quod nos uitam appellamus, ipsa enim anima corruptibili corpori alligata multa quidem perfert: omnibus autem seruit, quæcunq; in homines cadũt.* Et *qui primi domos inuenerunt, non animaduertiße uidentur, q̃ alio carcere seipsos circũdarent.* Nam *quicunq; regias habitant, ut in eis tuto degere poßint, hos magis uinctos esse censemus, quàm eos qui ab eisdem uinciuntur. Cumq; urbes & earum mœnia in memoriam redigo, uidentur hæ mihi communes carceres esse, in quibus clausi detineantur* Mercatores, Oratores, Spectatores, *& pompa rum ductores. Quinetiam* Scythas, *qui in curribus uitam degunt, nihil minus quàm nos inclusos arbitror.* Ister *enim &* Thermodon, *atq;* Tanais *ipsos circunsistunt flumina, haudquaquam facilia transitu: quàmuis in aper-*

in aperto habitent, & super carros domus ædificent, in quibus delitescentes feruntur. & nisi puerilis ualde ratio uideretur, dicerem Oceanum quasi quoddam uinculum terræ circũiectum esse. Accedite Poetæ, (uestra sunt enim quæ sum dicturus) atq; his mœrentibus decantate, Saturnum quoq; Iouis consilio fuisse ligatum, Martem etiam deorum omnium bellicosissimum in cœlo quidem à Vulcano, in terra ab Aloidis uinctum fuisse. Quòd si præterea cogitabimus, quàm multi sapiẽtes ac beati, aut ab insolentibus populis in carcerem detrusi fuerint, aut à crudelibus tyrãnis contumelijs affecti, sic ista perferremus, ut nihil his inferiores uideamur, q̃ hæc nõ sunt perpessi. His uerbis adeo immutauit eos q̃ erant in carcere, ut eorum pleriq; cibum caperent, & lachrymas fletusq; dimitterent, sperarentq; præsente Apollonio nihil male perpeti se posse, postridie quoq; in eandem sententiam permulta locutus est. Submissus fuerat à Domitiano quidam sermonum auscultator, qui habitu quidem tristis demissusq; apparebat, & in magno (ut aiebat) periculo constitutus. lingua uero non admodum expedita utebatur, uerba decem octóue calumniatorum more connectens. Sed cũ Apollonius fraudem percepisset, ea narrabat quæ sibi nunq̃ contigerãt. Flumina enim & montes prædicabat, tũ uero feras & arbores, quarum ratione cæteri quidem delectabãtur. Ille uero nihil perficiebat eorum quæ cõcupiuerat. Postquam ille ad obiurgationes tyranni deducere tentauit Apollonium, ò amice inquit tu quicquid libet audacter dicito, neq; enim ego te calumniabor. Ego autem quicquid

quid in Rege dignum accusatione iudicauerim, coram ipso proferam. Factum est aliud quoq; in carcere colloquium, partim ab his secum utcũq; sors tulerat locuti sunt, sed quoniam de rebus non magnis memoria digni sermones fuere, idcirco silentio prætereundum putaui. Damis autem (ut opinor) nihil eorum quæ dixerit, aut fecerit Apollonius prætermittere uolens, oĩa scripsit, ex quibus ego illa collegi, quæ digna memoratu iudicaui. Cũ iam quinq; dies in carcere inclusus fuisset Apollonius, & forte iam noctis principium esset, quidã græcæ linguæ peritus in carcerem ueniens, ubinam Tyanẽsis esset interrogauit, seorsum deinde ab alijs uocato, cras inquit tecũ loqui rex instituit: hoc enim ab Aeliano uidebatur audiuisse. Iam ego, hoc scio inquit Apollonius tanq̃ arcanũ, et neminẽ præter Aelianũ id scire intelligo, quis in carcere sim. Tũ ille & iã antea tibi prædictũ fuit ut peteres, si q̃d tibi expedire arbitraris. Vt benefaciatis inquit Apollonius, ego autem et hic & extra eodem modo uiuo: disputo nãq; de his quæ accidũt, nullius autem rei indigeo. An etiam inquit ille consiliario non eges Apolloni, qui te moneat quo pacto Regẽ alloqui te oporteat. Non sanè per Iouem inquit Apollonius, nisi forte ut adulator sim persuadere uelis. Quid si quis inquit ille cõsulat, ne superbe, neu quasi regem ipsum despiciẽs loquaris? Recte consuleret inquit Apollonius, quanquam id ipse mihi persuasi. Ego autem inquit ille huius rei gratia uenerã, gaudeo autẽ quòd te ad hæc iam modeste præparatũ conspiciã. Oportet autem ad Tyranni uocem, & oris eius deformitatem te

præpa

præpares, loquitur enim grauiter, etiam si placide mansueteq; loqui uoluerit, supercilia uero oculis superiacēt, genæ autem bili refertæ sunt, idq; in eo conspicuum maxime est. Verum hæc Tyance, non te perterreant: sunt enim naturæ uitia, semperq; eodem modo sese habentia. Ad hæc respondens Apollonius: Vlysses inquit antrum ingrediēs Polyphemi, cum antea, nec quantus esset, nec quibus cibis uesceretur audisset, ne qua uoce tonaret quicquam nouisset, tamen seipsum ipsemet confirmauit: & quàmuis ab initio formidans, antrum tamen egressus uir fortis existimatus est, mihi quoque extre à tyranno est animus, & meipsum sociosq; seruare, pro quibus in hoc periculum adductus sum. Hæc ad eum qui ab Aeliano missus fuerat cum dixisset, Damidi postmodum omnia serio narrauit, subinde somno correptus dormitauit. Circa crepusculum uero, quidam regiarum causarum scriptor adueniens, iubet inquit Rex Apollonius, ut quando forum populo refertum erit, ad se in regiam uenias, non de illatis criminibus facturus excusationem, sed quia te uidere qualis sis, & solus cum solo loqui cupit. Quid igitur inquit Apollonius hæc mihi loqueris? An uero inquit ille tu es Apollonius? Certè sum inquit, Tyanensis etiam. Cui nam igitur inquit ille hæc dicerem? ijs inquit Apollonius qui me ducturi sunt: opus est enim me tanquam ex carcere custoditum prodire. Tum ille hæc eadem inquit custodibus præcepi. Et ego inquit Apollonius in tempore adero, tu uero talia annuntians abi. Cúmque ille abisset, & iam noctis instaret principium, Apollonius in lectulo recumbens:

bens: Ego inquit ò Damis somno indigeo, grauis enim præterita nox mihi fuit, cum laborarem meminisse aliqua ex Phraote quondam audita. At uero Damis inquit uigilare magis oportuit, teq́; ad regis præceptum præparare, cum magnum tibi negotium immineat. Sed quonam pacto inquit præparare me possum, cum nesciã quibus de rebus sit interrogaturus? Tum Damis, de uita inquit decertans tam negligenter agere uideris. Certè inquit Apollonius negligenter, nam & ipsam uitam negligo: sed nunc quid ex Phraote audierim, tibi narrare uolo: erit enim sermo præsentibus rebus (ut arbitror) accommodatus. Leones quos mansuescere uolunt homines, iubebat Phraotes uerberibus non cædi, nam recrudescere uerberibus illos aiebat. Nec rursus blandicijs nimium leniendos putabat, quia sic nimium superbi euaderent: opinabatur itaque blandicias minis permixtas facilius ad mores optatos illos posse deducere: Id autem nos non per ferarum duntaxat mansuefactionem dixerimus, sed tyrãnis quasi frenum quoddam inijcimus, quo si utentur à mediocritate nunquam aberrabunt. Optime inquit Damis contra tyrannorum mores excogitata est ratio. Sed est etiam leo, nescio quis apud Aesopum, qui ægrotare simulans belluas omnes capiebat quæ ad uisendum accedebãt. Vulpes autem quid inquit huc ingrediens utilitatis capiam, ubi tuto manere nullus potest, exeuntium autem uestigium nullum uideo? At ego inquit Apollonius, sapientiorem utique uulpem iudicarem, si intus accedens capta non fuisset. Sed è spelunca regrediens, suamet ostendisset uestigia.

gia. Hæc locutus somnum cepit ualde breuem, deinde il lucescente die cum soli sacrificasset, sicut in carcere cõsueuit, omnibus qui aliquid interrogabant perbenigne respondit. Interea cum forũ populo repletũ esset, + librarius idem aduenit, iubens ut ad Regis portas accederet. Ille uero nihil aliud quàm eamus inqens alacriter processit, uadentem autem satellites quatuor sequebantur lõgius aliquando distantes q̃ ut custodiæ causa sequi uiderẽtur. Hærebat autem illi Damis timidus quidẽ, sed cogitabundo similis. Omnis autẽ populus Apollonium respiciebat. Cum propter habitus nouitatem, tum quod diuinus quidam stupor habitui esse uidebatur. periculũ quoque quod pro uiris amicis subibat, eo etiam qui sibi antea infensi fuerãt, tunc amicos benignosq; reddebat. Cum ante regias fores consisteret, uideretq; homines quosdam tanquam deos adorari, alios autem supplices uenerabundosq; coramq; illis adstare, tum ingrediẽtiũ et egredientium strepitum ingentem animaduerteret, ad Damidem conuersus, uidentur inquit hæc negotia balneis rectissime posse comparari. Nam eos qui extra sunt, uideo intus ingredi properãtes, qui uero intus cũ celeritate egredi animaduerto: ut hi quidẽ lauari uolẽtibus, illi autem iam lotis similes appareãt. Attamẽ sermonem hunc nemini patefacias uolo. Et hæc Apollonij acta in epistola quadam ab eodem scribuntur. Cum uidisset hominem iam senio confectum, magistratũ quendam studiosius affectare, atq; eius potiundi causa quasi hominẽ seruum sese regi summittere: huic inquit Apollonius ò Damis non persuasit Sophocles, ut agrestẽ dominũ

+ γραμματεύς.

31

dominũ & furiosum aufugeret. Idẽ et de nobis Apollo ni dici potest inquit Damis, q̃ nunc ante has fores cõsistimus. Tunc Apollonius uideris mihi inquit ò Damis arbitrari Eacum sicut in inferno dicitur, has fores custodire, mortuo nanque similis appares. Non mortuo Damis inquit, sed morituro. Tunc Apollonius abiecto inquit animo erga mortem esse mihi uideris ò Damis, quanquam ab adolescentia mecum sis continenter uersatus. Ego autem iam te ad ipsam præparasse arbitrabar, & quam ego aciem aduersus eã struxissem iam me cognoscere: sicut enim pugnaturis & iam armatis non audacia solum opus est, uerum etiam ordine quodam, qui pugnãdi opportunitatem illi demonstret: Pari modo philosophantibus meditanda sunt tẽpora in quibus mori possunt, ne imparati improuisiq́;, sed cum optima electione ad mortem ferantur. Quam autem optimo, et philosophiæ aptißimo tẽpore mori elegerim, si quis me uelit interficere, aliâs cum tu etiam adesses disputaui, ut te quoque ad idem confirmarẽ. sed de his satis. Postquam regi alloquendi Apollonium otium fuit, ij quibus mandatum fuerat in regiam ipsum introduxere, Damidem uero secum intrare non permiserunt, forte autem rex cũ Palladi nuper sacrificasset, uiridi ramo coronatus in Adonidis aula constiterat. Erat autem aula illa hortulis undiq; circũdata, & floribus abũdabat, quos Aßyrij in honorẽ Adonidis mysteriorũ causa domi plãtant. Cumq́; sacris adhuc intẽtus casu sese conuertisset, specie uiri stupefactus ò Aeliane clamauit, cur dæmonẽ ad me duxisti? At hoc sermone nihil territus Apollonius

Adonidis hortuli.

nius, quàmuis uerba optime percepisset, ego inquit ô rex, putabam Palladem perinde te purgauisse, atque olim apud Troiam Diomedem purgauit: nebulam enim propter quam deterius uidere homines solent, ab eius oculis abstergens, dedit illi ut deos atque homines agnosceret: te autem (ut uideo) nõdum dea purgauit, quã quam uehementer indigeres, ut ipsam Palladem, atque homines etiam intueri melius posses, néue homines inter dæmonũ species collocares. Tu autem ò philosophe inquit rex à tali nebula expurgatus unquã fuisti? Iandudũ inquit Apollonius, ex quo primũ philosophari cœpi. Quomodo igitur inquit Rex uiros mihi inimicissimos deos putasti? Imò uero inquit Apollonius quod nam tibi est bellum aduersus Indos, Iarcham & Phraotem, quos ego solus infra homines deos censeo, & tali dignos denominatione. Ne traducas nos ad Indos rex ait, neque enim de illis loquor, sed de amicissimo tibi Nerua, & ijs qui in eadem sunt causa responde. Visne igitur inquit Apollonius excusationem me reddere? ut libet inquit Rex, ipse enim mihi iam attulisse iniuriam conuictus est, tu uero consiliorum & sententiarum omnium illi conscius, quo pacto non iniuste contra me facias edóce. Si ea quorum ego sum eis conscius audire uis audi, quid enim ego quod uerum est cœlarem. Tum rex arcana quædam, & ad uirorum perniciem spectantia, auditurum se esse putans animum erexerat. Apollonius autem ubi suspenso animo regem animaduertit: Ego inquit Neruam uirorum omnium modestissimum & mansuetissimum, tibique beneuolum,

& omnis

& omnino principem optimum esse cognosco. elatio- nem uero & fastum in rebus agendis adeo perosum, ut honores etiam reformidet, eius quoque familiares (de quibus dicere te puto) Rufus & Orphitus, mode- sti quidem & ipsi, ac diuitiarum contemptores, & ad res agendas tardiores esse uidentur. Res autem no- uas contra te moliri, nec unquam ipsi cogitarunt, nec alteri cogitanti assensissent. His uerbis rex ad iracun- diam excitatus, calumniatorem igitur me contra ipsos uis redarguere, ut quos ego scelestißimos omnium, mi- hique inimicißimos agnoui, tu bonos benignósque, & ad agendum segniores affirmes? At qui puto, si quis eosdem de te interrogauerit fore, ut nequaquam di- cant incantatorem, ac præstigiatorem, aut impuden- tem, aut auarum, & legum contemptorem te esse, a- deo scelestißima capita ad malum inuicem concordatis: sed hæc omnia redarguet accusatio, cuncta enim qui- bus coniurastis, & pro quibus, & quando, & quæ pro hac re sacrificia fecistis, nihil minus scio, quàm qui eorundem participes interfuere. At ne his quidem uerbis territus Apollonius, turpe est inquit ò rex, & à legibus alienum de his iudicare, de quibus antea sis persuasus, aut de his ante persuaderi, de quibus iudi- cium sis laturus. Attamen si ita dispositus es, defensio- nis meæ principium accipere sinito. Ego rex de me ma le sentire te animaduerti, in quo plurimis iniurijs abs te afficior, uel potius à calumniatore, quæ enim probatu- rum se esse pollicitus est, tu anteq̃ audieris credidisti. Tu inquit rex defensionẽ undecũq; libet exordire. Nã

ego ubi consistere, & unde incipere conueniat iam constitui. Post hæc uirum contumeliose deludere cœpit, capillos, barbámque attondens, & inter sceleratos uinciri iubens. Ipse uero se tonderi uidens, oblitus inquit ô rex, fueram pro capillis periculum subiturum esse, de uinculis autem, si me inquit incantatorem esse arbitraris quo pacto uincies? Vinciam inquit rex, nec antea dimittam, quam te in aquam, aut feram quampiam, aut arborem conuerteris. Ego uero inquit Apollonius in nulla istorum, etiam si facere possem me conuertam, ne uiros prodam sine causa in capitis periculum adductos: sed qualis nunc sim, talem supplicijs omnibus me subijciam, quæ tibi in corpus hoc exercere libuerit, modo uiros quos nominaui defendam. Pro te autem inquit rex defensionem quis parabit? Tempus respondit ille, & deorum spiritus, & amor philosophiæ cui me penitus addixi. Præludium itaque defensionis priuatim coram Domitiano tale fuisse scribit Damis, qui autem inuidiose talia referunt, primo quidem sese defendisse Apollonium perhibent, posterius uero ligatum & detonsum fuisse. Epistolam quoque fingunt Ionice quidem conscriptam, longitudine autem fastidiosam, per quam dicunt Apollonium suppliciter admodum à Domitiano petisse, ut se uinculis liberaret. Apollonius uero testamentum quidem suũ Ionice scripsit, Epistolã autẽ eius Ionice cõpositã nullã inueni, q̃q̃ oẽs undecũq; potui epistolas suas collegerim: neque fuit unq̃ in scribẽdo prolixus, breues et Laconino more scriptæ sunt oẽs, præterea uictor causæ discessit ex foro. Cur autem

post

post latam sententiam detrusus in carcerem fuerit, posterius dicetur, sed prius quid in foro egerit, quidq; de tonsura disputauerit enarrauero. digna enim memoratu mihi talia uisa sunt. Cum iam biduo uinctus mãsisset Apollonius, quidam in carcere uenit, opis ferendæ causa uenire se dictitans, & de salute sua consilia afferre. Is erat genere Syracusius, Domitiani uero consiliorum omnium conscius, adeo, ut imperatoris lingua & mens appellaretur. Is iuxta Apollonium consedit, sicut antea alterũ quoq; fecisse diximus, à sermone autem probabiliore exorsus est, ille nanq; à remotioribus, hic autem à præsentibus rebus loquendi principium sumens: O dij inquit, quis unquam putasset Apollonium in carcere detentum iri? Cui Apollonius, idem inquit qui me detinet, nisi enim hoc putasset, nunquam uinxisset, ille autem sermonem prosequens, quis unquam ambrosias comas tonderi credidisset? ego inquit Apollonius, qui eas nutrieram. Quomodo autem hæc fers inquit ille? Cui Apollonius, fero inquit, ut decet eum qui nec uolens, nec inuitus ad hæc deuenerit. Crus autem inquit ille, quomodo hæc sustinet? nescio inquit Apollonius, mens enim alijs intenta est. Verum & ad dolendum solet esse mens, minime uero ait Apollonius, mens enim quæ in homine est, aut non dolebit, aut dolorem sedabit. Quid autem cogitat mens? hoc ipsum inquit Apollonius non cogitare talia. Cumque ille de comis abscissis iterum quæreret, & orationem rursus eò flecteret, maximum inquit Apollonius donum consecutus es ô adolescens, quod unus ex Achiuis non fuisti, qui quondam

dam ad Troiam expugnandam accessere, quàm grauiter enim tulisses Achillem Patrocli comas tondentem, si tamen totondit, quantóque dolore illarum causa fuisses affectus. Nam qui meas iam canas, & sordibus oblitas tantopere misereris, non uideo quo pacto tolerare potuisses, illas flauas & ornatas tonderi uidens. hoc autem ille insidiose obiecerat Apollonio, ut agnosceret pro quibus maxime doleret, & utrum conuitia in regem iactaret pro his quæ passus fuerat. Incertus etiam ad huc ob ea quæ audierat, de multis inquit apud regem accusatus es, maxime uero propter eos qui cum Nerua tanquam iniusta passi (ut dicitis) exulant: delatæ sunt insuper querelæ de sermonibus, quos in Ionia inimice aduersus eum loquutus es. Verum hæc omnia (ut aiunt) paruifacit, quoniam propter maiora tibi irascitur, quamuis hæc ipsa magnæ autoritatis uir detulerit. Qualem inquit Apollonius Olympionicem mihi narras, si ex eo gloriam quæris, quòd in afferendis calumnijs plurimum ualeat: agnosco autem hunc esse Euphratem, quem scio aduersus me omnia machinari. Sum autem ab eodem aliâs in rebus etiam grauioribus perpessus iniuriam, nam cum audisset quondam me in Aethiopiam ad Gymnosophistas profecturum, apud illos me calumniatus est, & nisi eius insidias præuidissem, sine talium uirorũ, & tam sapientum colloquio mihi fuerat discedendum. Hæc uerba Syracusius admirans, an tu inquit minoris existimas apud regem accusari, eidemq́; ex Euphratis uerbis minus probari, quàm si apud Gymnosophistas idem tibi cõtingat?

tingat? Certè per Iouem inquit Apollonius, illic enim discendi causa proficiscebar, huc autem docendi gratia uenio. Et *quid inquit est quod docere uis? me uirum bonum probúmque esse respondit Apollonius. hoc enim rex nondum sciuit. At uero inquit ille officium tuum est, quæ ad te pertinent bene disponere, ipsúmque ea docere, quæ si antea dixisses quàm huc accederes, nūquam profecto uinctus fuisses. Agnoscens autem Apollonius Syracusij uerba eodem quo regis sermones tendentia, qui putabat, si eum uinculis liberasset fore, ut aliquid cō tra Neruam eiúsque comites mentiretur:* O *uir optime inquit, si uera Domitiano loquens in carcere uinctus detineor, quid si eidē falsa dixero sum passurus: sibi enim ueritas digna carcere uidetur, mihi autem mendacium. His uerbis captus Syracusius, ualde illum amabat, & tanquam uere philosophantem admirabatur, idque sæpius uerbis significans è carcere discessit. Apollonius uero Damidē respiciēs, intellexisti ne inquit hunc Pythonē. Vidi inquit Damis ipsum tibi aßidentē, & uerbis (ut uidebatur) seducere te conantem, sed quid sibi uelit Pythonis nomen non intelligo. Fuit inquit Apollonius Bizantius quidam nomine Python, orator (ut aiunt) ad persuadendum aptißimus, is à Philippo Amyntæ filio, ad Græcos pro ipsorum seruitute legatus missus, cæteros quidem Græcos omisit, ad Athenienses autem quàm maxime poterat rhetorica arte & dicendi uehementia usus est: Philippum dicens iniuria ab illis affici, & peruerse facere Athenienses, qui Græciam asserere in libertatem tentarent. Hæc itaque & alia huiusmodi*

Python Bizantius.

aduersus Athenienses dicebat Pytho, sed Demosthenes Peanieus magno animo contradicens, se solum huius uehementiam tolerare ausum fuisse in suis orationibus iactat. Ego autē quòd eius oratione seductus non fuerim, quódque illi non assenserim, nunquam præmio dignum me iudicabo. asseram tamen ipsum eadem, quæ quondam Python esse conatum, quippe qui tyranni mercenarius ad me uenerit, absurda iniustáque persuadere adnitens. Et quidem Apollonius longo sermone narrauit, in hanc sententiam uerba dicens. Damis autem rebus præsentibus uehemēter se dubitasse refert, quòd earum exitum nullū uideret, nisi quem dij colentibus ipsos adorantibusq́;, ex rebus etiam grauioribus plerunq; dederunt. Paulum uero ante meridiem ipsum compellās Damis, ò Tyanensis inquit (gaudebat autem tali cognomine) quid nam passuri sumus? Illud idem inquit Apollonius quod hactenus passi sumus. Finis autē nobis hic futurus non est, neq; nos interficiet quisquam. Et quis inquit Damis adeo inuulnerabilis est, ut interfici nō possit? Ille autem sermonem prosequēs, liberabimur autem inquit, quod ad eum qui iudicaturus est hodie, quo ad me autem paulopost. atque hæc dicēs exemptum è compede crus Damidi ostendens ait: Ego futuræ libertatis indicium hoc tibi præmonstrare uolui, quapropter confide. Et tunc primum Damis ait indubitanter se cognouisse naturam Apollonij, quòd diuina quædam, et supra humanam esset conditionem. Nam neq; sacrificijs peractis (quomodo enim in carcere id facere potuisset?) non in precibus uotisq́; nuncupatis uincula deriserat, rursusq́;

ſuiſq; crure compedibus inſerto, itidem atq; cæteri uin-ſti permanebat. Hæc autem ſtolidiores homines ad incantationes referunt, quas ad plurimas rerum humanarum proficere opinantur. Nam Athletæ incantationes expetunt, & certatores omnes propter uincendi cupiditatem eaſdem colunt, quàmuis ad uictoriam conferre nihil poßint: ubi enim à fortuna quandoque uictoria prouenit, tunc infelices homines ab ea laudem auferentes, huic arti ipſam attribuunt: nec etiam ſuis cupiditatibus fraudati fidem adhibere eiſdem deſinunt, & ſecum ipſi excuſationes huiuſmodi meditantur, ſi hos autem uapores incendiſſem non caruiſſem profecto uictoria, atq; hæc & uerbis aſſerunt, & omnino ſic eſſe opinantur. Ad mercatorum etiam fores, hæc ipſa accedit incantationum opinio: Nam eorum pleroſque comperimus pecunias ex mercatura quæſitas cõputare, ut incantatoribus cõgruas partes impendant, & aduerſitates ſi quæ contingant, aut ex pecuniarum parſimonia, ſiue quòd non ut oportuit ſacrificarint euenire arbitrãtur. Maxime uero amatores attingere ars huiuſmodi uidetur, qui cum tam deceptibili morbo laborent, ut aniculis etiam pro eo leuando fidem adhibeant, mirandum non eſt, ſi ad huius artis profeſſores ſophiſtas accedentes eorundem præceptis obtemperent, qui & +baltheum ipſis ferendũ præbebunt, et lapillos, aut ex terræ uiſceribus defoſſos, aut ex aſtris lunáue (ut aiũt) direptos: aromata inſuper quæcunque in hortis Indorum naſcuntur, pecuniam grãdem horum cauſa afferri iubent, proſunt autem nihil. Si enim qui amantur, qua-

Ad quid faciant incantationes.

+ κέστον.

cunq; de causa erga amatores afficiantur, aut muneribus allecti eisdem obsequantur in amoribus, tunc ars ipsa laudatur tanquã ad omnia sufficiens, sin uero eos fefellerit experientia, in aliquod omissum culpa refer-
+θυμιάσαι. *tur.* Dicũt *enim talem+uaporationem, aut sacrificium*
+τήξαι. *+libationémue defuisse:horum autem quodcunq; magnum in utramq; partem momentum afferre.* Hos *igitur per quos diuina signa, & alia quæuis portenta procurant, quæq; latissime ab huius artis professoribus conscripta sunt, ego quoad fieri potest occulendos censui, nec inter adolescentes de ipsis quicquam esse loquendũ, ne illis etiam ludi causa assuescant.* Sed *iam digreßio finẽ habeat, quid enim amplius dicere attinet de ijs quæ natura simul & lex disci prohibet?* Cum *se talem* Damidi *monstrasset* Apollonius, *multaq; inter se fuissent locuti, circa meridiem adueniens quidam sic locutus est:* Rex *te huiusmodi uinculis liberat* Apolloni Aeliani *cõ filijs persuasus, & liberum tibi carcerem concedit habitandum, quoad tempus faciendæ defensionis adueniat, quæ (ut arbitror) post quinque dies erit facienda.* Quis *igitur ait* Apollonius *hinc me traducet? ego inquit ille, sequere modo.* Cum *ij qui in libero carcere erant* Apollonium *uiderent, læti atq; alacres complectebantur, utpote qui insperantibus ipsis ad se redisset.* Sicut *enim filij parentes desiderant, à quibus comiter doceri moneriq; consueuerunt, aut quæ ætate sua contigerint audire, sic illi desiderabant* Apollonium, *idq; mutua congratulatione significabant.* Ipse *uero boni aliquid eis consulere nunquam cessabat.* Postridie Damidem *uocans*

cans Apollonius, mihi quidem statuta die defensio erit facienda, tu uero Dicæarchiam pergas uolo, meliusq́; pedibus uade, atq; ubi Demetriū ibi cōueneris, ad mare te conuertere, ubi Calypsonis insula est, illic enim appa rere me uidebis. Viuentem ne inquit Damis, aut quo pa cto? Tunc ridens Apollonius uiuentem inquit, ut ego puto, ut autem tu existimas rediuiuum, & ille quidem (ut ait) inuitus abijt, nec de eius uita desperans omnino, nec rursus de incolumitate sua multum cōfidens. Cumq́; die tertia Dicæarchiam deuenisset, de tempestate quæ maxima diebus illis in mari fuerat audiuit. Nam uentus imbri commixtus uehementius maria perturbauerat, ita ut nauiū illic tendentium, alias demerserit, alias in Siculum usque fretum dispulerit. Quapropter tunc Da mis intellexit, cur pedibus uadere se iußisset APOLLONIVS. *Cætera autem quæ post hæc scribentur, ex Apollonio se audiuisse refert* Damis, *cum Demetrio si biq́; postmodum illa narraret. Adolescens quidam exi miæ pulchritudinis ex Messana, quæ est in* †*Achaia (ut diebat oriundus) Romam uenerat. Hunc permulti qui dem, sed præ cæteris omnibus Domitianus amabat. Cæ terum alij sic amabant, ut non admodum quòd ab eodē non amaretur timerent. uerum ipse adolescens formæ suæ & pudicitiæ parcens, cum modestia summa dege bat, itaq; q̃ aurum & pecunias cōtempserit, gemmasq́; & equos atq; alia, quibus adolescentes ut amatoribus indulgeant adduci solent, inter laudes non enumero, sic enim decet uirum esse dispositum, sed is maioribus præ mijs solicitatus q̃ omnes alij, quos unquam oculi regum*

† τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ, quæ ē in Arcadia.

conbus

concupiuerint, indignum se his quæ offerebantur respondebat, quapropter amatoris iussu in carcerem coniectus est, et ad Apollonium ueniens, dicere aliquid uelle uidebatur, sed ob pudorē loqui non audebat. quod cum animaduertisset Apollonius, quid causæ est inquit, cur tu nihil propter ætatem adhuc mali potens operari, perinde ac nos infelices in carcere detineris? Imò etiam moriar inquit ille, † temperātiam namq; leges ue- † σωφροσύνης.
stræ morte plectunt? Non nostræ solum inquit Apollonius, sed etiam quæ quondam apud Theseum fuere, Hippolytum namq; temperātiæ causa pater interemit. Me quoq; inquit ille pater itidem perdidit, nam Messanæ, quæ est in Arcadia natū, literas Græcas non docuit, sed huc misit, ut legitima iura perdiscerem, uenientem autē rex male me uidit. Tunc Apollonius, quasi non satis intelligens quid ille diceret, dic inquit ò adolescens, num te cœruleis oculis esse rex putauit, cum eosdē ut uideo nigros habeas: aut obtorto naso iudicauit, cum eundem rectum & bene compactum habeas, non secus atq; artificiose fabricata Mercurij simulachra: aut comam aliter se habere opinatus est, cum flaua sit, & recte discriminata: aut os forte tam egregie formatum, ut silentio pariterq; sermoni sit accommodatum, non sibi tale uisum est? Collum autem his omnibus ferendis idoneum, & uenustatem quandam præ se ferens aliter sese habere uisum est regi, ac propterea male ab ipso uisum te esse dicis? Imò uero hoc ipsum me perdidit, compulsus enim ad me amandum abstinere non patitur ab ijs quæ amat, sed meam pudicitiā uiolare nititur, perinde atq;

ij qui

ij qui mulieres amant. Admirans autem illum Apollonius, quàm obscœnum dormire cum amatore putaret, & utrum turpe an non id esse censeret, atque alia huiusmodi interrogare noluit, quoniam erubescere Arcadem, & ob pudorem submißius loqui animaduertit. Interrogauit autẽ an in Acardia seruos ullos poßideret. Certè per Iouem inquit ille & quidem plurimos. Quis igitur inquit Apollonius his te præfecit? leges inquit ille, nam per leges eorum dominus sum. Domitianus autẽ inquit Apollonius, quid à seruis expetit? nũ ut illi obtemperent, & non aduersentur ei, qui eorum corpori dominatur? Ille autem aduertens, quorsum facienda responsio tenderet: tyrannorum inquit uim insuperabilem immitemque esse audiui, propterea liberis imperare uolunt, mei autem corporis dominus ego sum, illúdque inuiolatũ seruabo. Et quo pacto inquit Apollonius, cum amatore negotium habens, qui gladio cõtra tuam pulchritudinem lasciuit? Ego inquit ille ceruicẽ potius præbebo, illam nanque gladius appetijt. Ipsum igitur collaudans Apollonius, Arcadem inquit te esse uideo. Huius autem adolescentis ipse in epistola quadam meminit, eúmque latius accuratiusq; describit, quàm ego hoc loco fecerim, atque eius temperantiam laudabiliter extollere dicit. Adolescens à tyranno non est interfectus, sed cum Romam non sine admiratione summa uidisset ad Maleã nauigauit, ab Arcadibus magis coli dignus, quàm qui propter plagarum tolerãtiam uictores apud Lacedæmonios prædicantur.

PHILO

STRATI DE VITA APOLLONII Tyanei liber Octauus.

†Δικαστήριον, quod paulo post ꝑtoriū.



VNC†AD TRIBVNAL *accedamus, audituri uirum de illatis criminibus se defendentem. Cum enim sol iam esset exortus, patefactus est nobilioribus uiris aditus in prætorium, & qui cum rege uersabantur, asserebant illum præterita die nihil oīno comedisse, cū examinaret accuratius ea quæ in accusatiōe cōtinerentur. Habebat enim in manibus libellū ubi scripta erat accusatio, & alia quidē cum iracundia quadam, alia placatiore animo legebat. Fingere debemus aīo uirū legibus inimicū, quoniā prætorij meminimus. Ex alia uero parte occurremus uiro qui se potius disputaturum, q̄ causam capitis dicturū arbitrabatur, quod satis concipi potest ex his quæ egit antea q̄ prætoriū ingrederetur. Cū enim ad tribunal accederet, interrogauit scribā, quò nam se duceret. Dumq; illū ad iudiciū ducere se respōdisset, cōtra quē inquit sum dicturus? cōtra accusatorē tuū inquit ille: & inter uos iudicabit rex. Inter me aūt & regē, quisnā iudicaturus est inquit Apollonius, demōstrabo nāq; ipsum philosophiæ iniuriā afferre. Et quæ inquit ille regi cum philosophia ratio est, ut iniuriam afferre ei poßit? Veruntamen philosophia de rege plurimū solicita est, ut iuste ac decen-*

ter imperet. Collaudans Apollonij sententiã scriba cum esset alioquin Apollonio beneuolus,ut in principio ostẽdit,+quãta inquit aqua tuã orationẽ metieris? hoc enĩ ante causam dicendã scire me oportet. Si quodcũq; inquit Apollonius causa exigit dicere me sinat,nõ ipse Tyberis ad metiendũ sufficiat.Sin ad ea tantũ quæ interrogabor dicturus sum, constat respondentis mensurã esse eũ qui interrogat. Contrarias inquit scriba uirtutes polliceris, cũ & breuiter & prolixe de ijsdẽ r bus te dicturũ ostendas. Minime uero contrarias inquit Apollonius,imò similes,qui enim alterũ sufficienter efficere potest,ad alterũ quoq; erit idoneus: & moderationem ex utroq; compositã,non utiq; tertiam dixerim,sed inter primas orationis uirtutes enumerãda uidetur. Ego *autem tacere in iudicio quartã esse uirtutẽ percepi.Inutilis ista est inquit ille,et tibi et omnibus qui in aliquo uersantur periculo.Verũ enimuero Socrati Athenienssi maxime profuit quãdo absolutus est.Et quonam pacto inquit, illi taciturnitas profuit,cũ mortuus sit. Nõ fuit mortuus inqt Apollonius,uerũ sic eẽ Atheniẽses putarũt:hoc pacto sese Apollonius aduersus tyrãni iniurias præparabat.cũ ad fores prætorij constitisset, accedens alius quidã scriba ò Tyanee inquit nudũ te prætoriũ intrare rex iubet. Tunc Apollonius,loturi ne,an dicturi causam huc accedimus. Tunc ille,nõ pro uestibus hæc tibi præcipiuntur, sed oĩno prohibet rex ne+fasciculũ*

+Ad aquę sĩ quidẽ mẽsurã loquebantur rei,hoc ẽ ad Clepsydrã,q̃d Gręce dicũt μετρᾶν ὕδωρ, ἤ πρὸς ὕδωρ λέγειν.

Eiusdem esse et copiose & breuiter dicere.

+Non fasciculum, sed amuletum potius. Græce est περίαπτον, quo nomine omnia quæcunq; superstitiose corpori adalligãtur, aut è collo suspendũtur,ad excantationem ueneficiorumq; omnium maleficia arcendum, quæ Latini ab amoliendo amuleta uocarunt.

ne

ne libellum, néue aliud ſcriptum omnino tecũ feras. An etiam nec † ſcuticã inquit Apollonius ad hos cædendos, qui ſibi tam ſtulta perſuaſerunt? Tunc exclamans accuſator, ò rex uerbera mihi minatur incantator iſte, quæ enim ego regi nũquam ſuaſi, tu illi me perſuaſiſſe dicis. Aderat enim cõuicianti accuſatori Euphratis libertus, quem dicebatur Euphrates delatorem miſiſſe diſputationũ, quas in Ionia fecerat Apollonius, & ſimul pecunias attuliſſe, quas Euphratis nomine accuſatori largiretur. Et hæc tanq̃ præludia accuſationis fuerunt, quæ uero in ipſa accuſatiõe acta ſint deinceps narrabimus. Erat pretorium tanquam in feſtiua celebritate exornatum, & inſignes uiri omnia certatim loca cõpleuerãt, idq́; iubente rege fecerant. Cupiebat enim coram pluribus Apolloniũ redarguere, tum etiam tot clarorum uirorũ præſentia terreri illum opinabatur. Ille uero adeo regem contemnebat, ut ne reſpicere quidem ipſum dignaretur. Cum increparet accuſator ſuperbiam eius, iuberetq́; omniũ hominum deum reſpicere, oculos ad culmen domus ſuſtulit Apollonius, Iouẽ ſe reſpicere demõſtrans, deterioremq́; exiſtimabat tam ſceleſtum adulatorem, quã eum, qui ſibi tales adulationes fieri ſuſtinebat. Clamabat inſuper accuſator metire aquã ò rex, ſi enim orationis prolixitatẽ illi conceſſeris, nos omnes decipiet. Habeo enim libellũ in quo accuſationis capita ſcripta ſunt, quibus ipſum oportet reſpõdere, & per ſingula defenſionem afferre. Imperator autem tanquam optimum conſiliarium laudans, iuſsit Apollonium iuxta calumniatoris conſilia defenſionẽ proferre. Et cætera quidem

† τάξιλλια.

dem accusationis capita, quasi indigna quæ in iudicium uenirent, omittens, tantum interrogauit, quorum dubia difficilisq; responsio uidebatur. Primo quidem quæ causa est inquit, Apolloni cur eodem quo alij uestitu nõ utaris, sed proprium quendam, & ab alijs diuisum habitũ inueneris. Ad hoc Apollonius, qa inquit terra, quæ me nutrit eadem quoq; uestire potest, et hoc pacto miseris animalibus molestiam non afferre. Rursus autem interrogauit accusator, cur te homines deum appellant? quoniam inquit ille uir omnis qui bonus existimatur, tali cognomine honoratur: hoc autem responsum ex qua deprompserit philosophia in sermonibus cum Indis habitis ostendimus. Tertio de peste interrogauit, quã Ephesi sedauerat, unde inquit agnoscens, aut unde coniectãs prædixisti Ephesijs causam morbi? Ego inquit ò rex utens uictu magis tenui, quàm cæteri homines primus morbi grauitatem sensi, quod si libet referam etiam pestiũ causas. Ille autem (ut opinor) timens ne iniustitiã et sceleratas nuptias, & cætera quæ præter rationem fecerat morborum causas esse diceret, non egeo inquit responso tali. Quartam uero interrogationem non statim protulit, sed plurimum temporis interponens, multaq; secum interea cogitans, & stupenti similis, tandẽ quod præter omnium opinionem fuit interrogauit. Opinabantur namq; omnes illum altiore uoce hominum fide implorata, grauiora quædam contra eius sacrificia clamaturũ, ipse uero submißius placidisq; uerbis sic interrogauit. Cum tu Apolloni die quadam domo egressus in agrũ uenisti, cuinã puerũ ut sacrificares mactasti? Tũc

 Apol

Apollonius quasi puerum quendam castigans, meliora inquit loquere. Si enim domo exiui in agro fui, & sacrificaui, si autem sacrificaui, etiam comedi, sed hæc dicat uelim, qui fide sunt digni. Talia dicente Apollonio, cum laudatorum assensus sublatus esset, maior etiam quàm regio foro congruere uideretur, Rex illius dictis attestari omnes arbitratus, & responsis eius aliquantum cõmotus, cum sui compos esse, & mentis aliquid habere uideretur, ego te inquit Apolloni de oblatis criminibus absoluo, et liberum esse iubeo. Permanebis autem quoad priuatim tecum colloquar. Ille autem animo confirmatus, tibi inquit rex habeo gratias, propter autem istos scelestißimos uiros urbes funditus pereunt, insulæ exulibus replentur, continens doloribus abundat, & exercitus formidine, senatus autẽ suspitionibus nunq̃ caret. Da igitur si uis & mihi locũ, sin autẽ minime, mitte qui meum corpus accipiat, animã namq; capere impoßibile est: quinetiam neq; corpus capere poteris,

οὐ γάρ με κτανέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι. hoc est,

Nec me etiam occides, quoniam tibi fata negarũt.

Atque hæc dicens è prætorio disparuit, præsentem opportunitatem egregie captans, quoniam tyrannus non boni alicuius causa, sed ob quandam curiositatem, nonnulla ab eo quæsiturus apparebat. Multum enim in hoc gloriabatur quòd eum non interfecisset, ne in tali re deciperetur. Apollonius autem bene sibi euenire opinabatur, si natura sua non ignoraretur, & si in omnibus notum esset se inuitum capi nequaquam posse: de timore etiam quem pro uiris amicis susceperat, bene suscipere

uideba

uidebatur. Cum enim de ipsis ne interrogasset quidẽ tyrannus, quomodo persuasione aliqua inductus eos interficeret ob crimina quæ in iudicium non uenissent. Hæc *autem sunt quæ in iudicio acta ab ipso. Sed quoniam oratio quædam ab ipso scripta est, quam uelut ad aquã narraturus composuit, cõsentaneum duxi eam huic operi inserere.* Neq; *uero sum nescius fore, ut qui+ scurrile quoddam genus laudant dicendi, suum hunc dicendi modum calumnientur, tanquam minus quàm deceat assentatorium (ut ipsi putant) uerbis autem & sententijs nimis se attollentem. Si quis autem ad uiri conditionem respexerit, non iudicabit sapientis moribus correspondere, si+ comparia & antitheta orationi interserat, & sibilantis more lingua supplodat.* Rhetoricæ *namque exercitationis ista sunt, quibus non semper uti opus est. +dicendi enim artificium, si in iudicijs manifestum sit, dicenti calumniam affert, tanquam decipere uolenti eos qui iudicaturi sunt. Sinautem occultum latensq; artificium, facilius quod uolet assequetur. Iudices enim latere, quòd quis eloquens sit, uera perfectaq; est eloquentia. Sapienti autem uiro sese defensuro (neq; in iudicio accusabit sapiens ea, quæ reprehendere palam potest) alius dicendi modus conuenit, & à forensibus oratoribus: ut oratio præparata quidem sit, dissimulet autem præparationẽ, & puram esse oportet, non tamen adeo nudam, ne superbiæ suspitionem aliquam afferat. Captãdæ autem misericordiæ ratio omnis abesto: Qui enim supplicari per se non permittit, quid is pro captanda misericordia dicere curabit? Talis ut arbitror, ea quam*

+βωμολόχους ἰδέας.

+πάρισα.

+δεινότης.

dixistimus ratio uidebitur his, qui non nimis molliter nes cari uirum sunt audituri. Compacta est autem ab ipso in hunc modum oratio. De maximis rebus hodierna die certamen tibi rex mihiq; propositum est. Tu pro his rebus periclitaris, pro qbus antea nullus imperator pe riclitatus est, quod philosophiam sine causa uidearis ca lumniari. Ego aũt horum causa uocor in iudiciũ, quorũ nunq̃ Athenis accusatus est Socrates, cuius accusatores uanum quid dæmones esse arbitrãtes, nec ipsum tali no mine appellarunt, neque dæmonem esse sunt arbitrati. Cum igitur utriq; nostrum tam graue periculum immi neat, non uerebor ea tibi consulere, quæ mihi ipsi iams dudum persuasi. Postquam enim in hoc certamen nos de duxit accusator, opinio falsa quidem apud omnes incre buit, te in hac auditione consultricem iracundiam adhi biturum esse, per quam. utcunq; in iudicio res euenerit me sis interfecturus. me autem putant iudicio quacunq; ratione poßim excessurum: & modo ò rex adesse mihi complures opinantur. Hæc itaq; cum audissem in iudi cium ueni, non ut mentem tuam rectámue sententiam peruerterem, sed legibus obtemperans rationi me subie ci, quod etiam me tibi cõsulere uolo. Iustum est enim te, neq; præiudicium facere, neq; in his permanere, quæ ti bi forsan aliquis de me persuasit; quod tibi sim inimi cus, quòd si quis regem Armenium, aut Babylonium, aut alium quemuis eorũ, qui in illis prouincijs regnant, quiq; militibus & equitatu, sagittarijs quoq;, & uiro rum multitudine, & pecuniarum multitudine abun dant, mali quippiam tibi allaturum, aut priuaturum te impe

Oratio Apollonij ad Domitianum.

imperio dixerit, scio non sine risu te posse talia dicentem audire. Quomodo igitur credere poteris, uirum sapientem & nudum, contra Romanum Imperatorem arma mouere? aut quomodo talibus uerbis aures præbere potes? præsertim Aegyptio calumniatore talia deferente, quæ profecto nunquam ex PALLADE audiuisti, quam de tuis rebus solicitam esse, atque ijsdem prouidere fateris: nisi forte assentandi calumniandique facultas eo usque in uiris sceleratis ducta est, ut deos de rebus paruis, aut †oculorū lippitudine, aut febricitatione, & de intestinorum tumore familiares tibi consiliarios esse dicant, téque medicorum instar attractare, & cuilibet morborum tuorum remedium afferre, de imperio autem, & de uita periclitanti, neque consulant, à quibus cauendum sit, nec moneant quibus armis contra eosdem sit utendum: sed permittant calumniatores, tanquam PALLADIS Aegidem, aut IOVIS manum tibi opitulari: cum de te scire profiteantur ea, quæ nec ipsi quidem dei sciunt. Iactant præterea de te excitando, aut ad somnum deducendum plurimum laborare. Si tamen somnum inducere est, malis mala semper accumulare, & tales (ut sic dicam) Iliades iugiter comminisci. Quod autem equos plurimos nutriant, & albis bigis per medium forum deuehantur, & in uasis argenteis, aut aureis conuiuentur: nuptiæ præterea puerorum duobus, aut tribus numorum milibus ad libidinem emptorum, mulierum insuper occulti concubitus, quoad illorum scelus latere potuit, atque earundem coniugia postquam in crimine deprehensi

†ὀφθαλμία

fuerint. Tum etiam ingentes plausus ob egregias uictorias habiti, quotiens philosophus, aut consularis uir nihil iniuste agens falso ab ipsis iudicio circumuentus abs te occiditur. Hæc inquam atque huiusmodi alia nefanda facinora scelestorum hominum delitijs concedantur, patiantur etiam ipsos reges neque hominum conspectum uereri. Quod autem supra homines tantum sapere se profiteantur, ut asserere audeant quæ deorum sunt sese prænoscere, ego quidem non laudo, & audire perhorresco, tu uero si talia admiseris, proculdubio futurum arbitror, ut te in iudicio accusent, tanquam de dijs male scientem. sperant enim etiam aduersus te accusationes componere, postquam eorum calumnijs nemo accusandus remanserit. Atqui sentio me hactenus accusatoris potius uel obiurgatoris, quàm defensoris personam gerere, sed hæc à me legum gratia dicta sunt, quas nisi dominas regi esse putaueris, ipse proculdubio non dominaberis. Quē igitur pro defensione mea patronum inuocabo? Si enim Iouis implorauerim auxilium, sub quo me uixisse non inficior, incantationibus uti me clamabunt accusatores, qui cœlestia terrestribus misceam. Disputabimus igitur de hoc ipso freti auxilio uiri, quem plerique mortuum esse putant, ego autem minime concedo. Is autem est pater tuus, qui me tanti faciebat, quanti tu illum facere prædicas: ipse enim te genuit, à me autem rex idem factus est. Is itaq; defensionis meæ patronus erit, qui res meas multo melius nouit quàm tu: uenit enim in Aegyptum antea quàm imperator esset, ut dijs Aegyptijs sacrificaret, & mecum de imperio

perio loqueretur. Cúmque me comatum inueniſſet, & eodem quo nunc ſum habitu amictum, ne uerbum quidem ullum de ueſtibus fecit, putans quæcumque in me eſſent bene ſe habere. Cúmque mei cauſa illuc ſe ueniſſe fateretur, magnis me laudibus extollens diſceßit, & mihi permulta narrauit, quæ nulli alij patefacere auſus fuerat. Plurima quoque ex me audiuit, quæ ex alio nemine potuiſſet audire. In ſententia uero quam habebat de imperio ualde per me confirmatus, cum alij prius ab eadem illum dimouere conati fuiſſent, & quidem non recte ſicut tibi quoque uideri non dubito: nam parenti tuo imperium ſuſcipere diſſuadebant, qui poſt illum eras imperaturus. Cum autem ego ſibi conſuluerim, ut imperium ultro (ut ita dixerim) ad forum ueniens ſuſciperet, uóſque eiuſdem relinquere hæredes, bene rectéque me ſentire aſſeruit, quapropter & ipſe ad ſummum dignitatis gradum euectus eſt, & uos pariter in eodem collocauit. Quòd ſi me incantatorem eſſe putaſſet, nunquam de grauiſſimis rebus conſilia mecum contuliſſet. neque enim de talibus mecum propterea locutus eſt, ut fatis neceßitatem afferrem, ſiue ut Iouem regnare illi monſtrarem, aut cœleſte aliquod prodigium ſibi falſo nuntiarem, oſtendens ſolem ab occidēte oriri, aut in oriēte occidentem: non enim imperio dignum ipſum iudicaſſem, ſi me putaſſet eiuſmodi portenta efficere poſſe, aut ſophiſmatibus quibuſdam uirtutem aucupari, quando eaſdem uirtutes exercendo acquirere opus eſt. Quinetiā de his ipſis rebus in templo palàm ſum locutus, incantatores uero deorum tēpla eui

tant, quæ sunt eiusmodi artibus inimica. Noctem enim & locorum obscuritatem sectantes, non sinunt dementes homines oculorum atq; aurium uti iudicio. Sum etiã priuatim cum tuo patre locutus, cum Dion & Euphrates colloquentibus nobis interessent, quorum alter mihi quidem inimicissimus est, alter autem amicissimus, nam Dionẽ inter amicos enumerare nũquam desinam. Quis igitur coram sapientibus uiris, aut saltem sapientiæ simulatoribus cũ incantatore loqui uellet, aut quis non tã coram amicis quã inimicis caueret, ne malus esse uideatur? Colloquia insuper erant incantatoribus aduersantia. Tu enim opinaris fortasse patrem tuum cum regnũ appeteret, incantatoribus magis quàm sibijpsi fuisse crediturum, aut ad deos illa referre, ut ex me illud ipsum inueniret: quod profecto aliter multo sese habet, nam prius quàm in Aegyptum ueniret, regnum se habiturum existimabat, sed postea de rebus maioribus mecum locutus est, ceu de legibus, de diuitijs iuste acquirendis, quo pacto dijs esset sacrificandum, quantaq; ab eisdem bona accedant ijs, qui secundum leges dominantur discere cupiebat, quibus omnibus incantatores maxime aduersantur: si enim hæc ualeant, nullius pretij ipsorum ars existimabitur. Oportet autem & hoc ipsum ò rex (ut ita dicam) considerare: omnium artiũ quæ ab omnibus inuentæ sunt, uariæ diuersæq; sunt operatiões, cunctæ uero comparandis diuitijs, hæ quidem paruis, illæ autem maioribus intendũt, nonnullæ etiam uictus dũta-
+βάναυσοι. *xat quærendi causa laborant. Neq; solũ +sordidæ artes*
+ὑποσόφοι. *hoc faciũt, sed aliæ quoq; tam sapiẽtes, q̃ +subsapiẽtes,*

præter

præter illam quæ uere est philosophia. Sapiẽtes autem artes appello, ceu Poesim, Musicam, Astronomiam, Sophistas, & Rhetores non circumforaneos. Subsapientes autem dico pingendi fingendique peritiam, insuper statuariam, gubernatoriam, agriculturam, quatenus aliquod agendi tempus & rationem obseruat. Hæ nanque artes non multum à sapientia distare uidentur. Sunt etiam artes quædam ò rex falso sapientes, & cogendis pecunijs tantum intentæ, inter quas diuinandi peritiam nolim enumeres, est enim plurimi facienda, si recte & cum ueritate procedat. Vtrum autem ars appellanda sit, nondum scio. Incãtatores autem omnes falso sapientes appello, quæ enim non sunt esse, quæ sunt tanquam non sint ostendere conantur: quàmuis hæc omnia quæ decipiunt imprudentiæ tribuo: quicquid enim sapientiæ huic arti uidetur inesse, id totum in eorum qui talia aspiciunt, quique ab illis falluntur dementia positum est. omnes enim pecuniarum amore tenentur, et ea in quibus se maxime iactant, mercedis causa ab illis inuenta sunt, qui pecuniarum abundantiam affectantes eorum sectatores, utcunque libet seducunt, quasi omnia quæ cupiunt præstare sufficientes. Quas igitur apud me diuitias aspiciens ò rex falsæ huiusmodi sapientiæ peritum me esse iudicare potes, cum præsertim pater me tuus pecuniæ contemptorem duceret. Quòd autẽ in hoc uera dicam ex epistola generosi, & diuini hominis patris tui licet intueri, qui me cum in alijs, tum in hoc quòd pauper sim maxime laudat. Est autem epistola talis. Sapientes artes.

IMPERATOR VESPASIANVS

Apollonio philosopho salutem.

SI omnes Apolloni secundum te philosopharentur, feliciter utiq; sese haberet Philosophia & paupertas, q. philosophia quidem incorrupta permaneret, paupertas uero sponte ab omnibus eligeretur. Vale.

Hæc patrem tuum pro defensione mea dixisse puta to, & philosophiæ incorruptibilitate, paupertatis uero electione spontanea me definisse. Meminerat enim eorum quæ in Aegypto contigerant, quando Euphrates et alij quidam philosophiæ simulatores pecunias ab eo non immanifeste petebant, ego autem non solum pecunias non petij, uerum etiam illos tanquam non idem facientes amoui. Quinetiam cum essem admodum adolescens pecunias contempsi. paternam enim hæreditatem admodum amplam, uno eodemq; die acceptam, & dimissam fratribus meis amicisq; concessi: partim etiam cognatis pauperibus distribui, hoc unum dumtaxat cogitans ut nullius indigerem. Omitto Babyloniam & Indos, trãs Caucasum & Hyphasim fluuium positos: quæ omnia loca peragrans, mihi semper similis permansi. Sed eorum quæ in istis regionibus à me acta sunt, quòd nunquam pecunijs acquirendis animum intenderim, hunc ipsum Aegyptium adhibebo testem, qui cum multa mala me fecisse, plura etiam peruerse consuluisse calumnietur, nunquam tamen pecuniæ causa ad hæc facinora impulsum fuisse me dicit, nec quid lucri sim meditatus ostendit: sed tam demẽtem esse me iudicat, ut cum ijsdem incantationibus utar, quibus alij pecuniarũ gratia uti

tia uti solent, pecunias tamen non exoptem, putatq; me quasi uendlem aliquam mercem proponentem clamare, accedite ò dementes, sum enim incătator egregius, idq; gratis & nullius mercedis causa exerceo: erit autē hoc lucrum, quòd uestrum quilibet eorum quæ expetit com pos factus abibit, ego autē accusationes periculaq; subi bo. Sed ne sermones insulsos, aut dementes efferamus, quæramus ab accusatore de quo primo dicere nos oporteat, q̃q̃ interrogatione non esse opus censeo: ipse enim à uestitu sumpsit accusationis exordium, & ab his quibus aut uescor, aut abstineo. Horum igitur pro me *causam dicito diuine* Pythagora, *pro his enim in iudicium uocor, quorum tu quidem inuentor, ego autē laudator sum & imitator.* Hominibus *ò rex terra cuncta necessaria producit, ita ut uolentibus pacifice cum cæteris animalibus uiuere nihil omnino desit: ex ipsa nanq; cōmuni omniū nutrice quædam metendo colligūtur, quædam arando extrahuntnr, & omnia suis temporibus apte congruunt. Sed quidam uelut illius munerum ignari, cibi uestitusq; parandi causa gladiū contra animalia nudarunt. Indi autem* Brachmanes, *nec ipsi talia laudauere, et Aegyptios gymnosophistas ne talia lauda rent edocuere. Ab his autem hæc instituta accipiēs Pythagoras Aegyptiorum disciplinam Græcorū moribus primus admiscuit, & animalia in terra degere permittens, quæ autem ex terra nascuntur munda puraq; esse putans, talibus ut uescerentur instituit, q̄ animæ corporiq; apte nutriendo congruerēt. Vestitū insuper, quem pleriq; ex morticina materia confectum gestant, impu*
rum

Pythagoras

rũ esse autumans, linteis amiciri constituit, & calceamẽta itidem ex arborum corticibus fieri mãdauit. Ex hac autem puritate mũdiciaq; fructus complures assecutus est, maxime uero q suam animam cognoscere meruit: Nam cum esset eo tempore natus, quo ob raptam Helenam Troia oppugnabatur, & filiorum Panthei pulcherrimus, & pulcherrime ornatus esset, adeo iuuenis interfectus est, ut Homero lugendi causam præbuerit, in multa deinde corpora trãsmigrans iuxta immobilẽ fatorum legem, quæ uarie multipliciterq; animas permutat, rursus in hominis formam redijt, et Mnesarchidæ filius fuit, sapiens ex barbaro, & ex Troiano factus Ionius, atq; ita immortalis, ut se fuisse Euphorbum non esset oblitus. Meæ igitur sapientiæ progenitorem quis fuerit enarraui, quodq; ipse horũ inuentor non fuerim, sed ab alijs uelut hæreditatem acceperim satis ostendi.

Atque ego delitijs deditos homines in iudicium nunq̃ uocaui propter + Phœnissas aues: aut à Phaside Meoniáue deuectas: quas conuiuiorũ gratia pinguefaciunt ij, qui omnia uentri indulgent, nec accusaui quemquam Piscium causa: quos maiore pretio emunt plerique, quã + Coppatias quondã emere præstãtes uiri cõsueuerũt: Nec purpureas Pamphyliasq; et molles uestes cuiquam inuideo: Asphodeli autem, ò dij immortales & terre-

+ φοινικτὶς ὄρνιθος. Non phœnissas aues, ne quisq̃ ita dictas putet, quòd in Phœnicia tãtum sint, cũ et in Italia non infrequẽs fuerit, sed à coloris qualitate Punica dicta est, & à rubedine pennarum Phœnicopterus. Fuisse autem in delitijs testatur Martialis epigramma in Xenijs:

Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis
Nostra sapit, quid si garrula lingua foret?

+ Coppatias autẽ equos uocabãt de præstantiore nota, quibus κ litera inusta erat, ut σαμφόρας quibus σ. de his Aristophanis interpres.

strium

strium fructuum, atq; olerum esus in me accusatur. nec uestis mea à furibus tuta est, sed ipsa quoq;, uelut incantatoribus nimis ornata spoliare me nititur accusator. Verum enimuero si quis animati, & inanimati rationē auferat, ob quæ purus quis aut impurus uideri potest, qd in se præclarius habet lintea quā lanea uestis? Hæc enim ex animali mansuetissimo nata est, circa quod etiam dij laborauerunt, quādoquidem pastores esse non sunt dedignati. Et certe aurea specie quandoque dignā lanam putauere siue dei, siue fabulæ aureum uellus alicubi fuisse dicentes. Linum uero seritur utcunque euenit, auri uero circa illud nullus est sermo, sed quoniam ab inanimato decerpitur, purum quidem Indis, purum etiam Aegyptijs esse uidetur, & propterea Pythagoræ prius, deinde etiam mihi hoc ipsum in uestem assumptum est, quam conuenire nobis putauimus, tam disputantibus, quàm orantibus, siue sacrificantibus. Purum quoq; arbitrati sumus in lintea ueste pernoctare, nam somnia manifestiores significationes ostendunt his, qui sicut ego uiuunt. Afferemus & excusationem de ea coma, quam olim gestare consueui. Vocet autem in iudicium Aegyptius non me, sed flauos comptosq; adolescētes, qui amatores aut amicas urunt, quarum gratia comas nutriunt. Et ipsi quidem beati putentur, & amabiles propter comam, & quod ab ipsa distillat unguentū. Me nanque ab omni onere abstinere delectat, & hoc ipsum amo, nihil amare. Dicere autem accusatoribus possum, ò infelices ne calumniemini Doricorum inuenta, nam comarum nutritio à Lacedæmonijs eo tempore orta Comæ nutritio.

orta est,quando habiti sunt bellicosissimi. Spartanorum
Leonidas. Rex Leonidas fortitudinis causa comam gestabat, quod amicis modestiorem, hostibus uero terribiliorem propter ipsam uideri se arbitrabatur. Hinc & Spartani oẽs nutrire comam cœpere, quòd non minus hunc regem,quàm Lycurgũ,aut Iphitum uenerarẽtur. Idcirco à sapientis uiri crinibus procul aberit ferrum, quod illuc admouere nõ decet,ubi sensuum omnium fons est,unde uisiones omnes,unde omnes preces & sapientiæ interpres sermo nascatur. Empedocles etiã purpurea uitta crines circundatus, Græcorum compita perambulabat,hymnos componens, quos diuinus afflatus eius menti inspirabat. Ego autem neglecta coma utẽs,nec adhuc ullis hymnis in eius honorem compositis,in iudicium accusatus adducor. Sed quid Empedoclẽ cõmemorare opus est,cui uel sua quadã felicitate,uel eorũ qui tũc erãt hominum bonitate licebat in libertate degere,nec ullam pro talibus rebus calumniã timere.Sed iam plura de crinibus dicere omittamus,qui iam abscissi sunt: ita ut accusationem inuidia præuenerit, quapropter alterius criminis defensionem afferre oportet. Est autẽ crimẽ profecto grauissimum,& quod non tibi solũ ò rex, uerũetiam ipsi Ioui terrorem poßit afferre. Dicit enim accusator homines opinari me deum esse, idque etiã nõnullos mei quodam stupore attonitos palã prædicare,quod ante iudicium fiendum demonstrare oportuit: quid ego disputans, quidue dicens,aut quod miraculum faciens homines ad me adorandũ compulerim. Non enim ex quo, aut in quem mutauerim, aut mutatus fuerim, apud

Empedocles

Græ

Græcos unquam disputaui: quàmuis scirem tales opiniones de me forsitan apud quosdam esse, neque responsa, aut oracula unquam ædidi, qualia canere nonnunquam solent, qui diuino numine abundant: neque ciuitatem aliquam noui, ubi congregati in unum ciues decreuerint Apollonio sacrificare, quamuis de multis bene meruerim, in ijs in quibus mea opera eguerunt: Petierunt enim non ægrotare, qui ægrotabant: alij ut sanctius initiarētur, sanctius sacrificarent postularunt: quidam uero ut iniurias prohiberem & leges confirmarem. Horum autem mihi præmium erat, ut illi seipsis meliores euaderent. In his autem omnibus tibi sum gratificatus: sicut enim boum curatores, dum prouident ne quid illis aduersi contingat, boum dominis gratificātur, & gregum pastores oues pinguefaciunt propter possidentium utilitatem, & morbos ab apibus arcent earum curatores ne domino examen pereat. Similiter ego ciuitatum uitia corrigens, tibi ciuitates direxi, etiam si me deum ciues putauissent, tibi lucro futurus esset illorum error, quo enim promptius & libētius me audissent, eo magis timerent ijs aduersari, quæ dijs non uiderentur. Verum ipsi de me nihil tale opinabantur. Quod autem sit hominibus cum deo quædam affinitas, per quam solum in omnibus animalibus deum cognoscit, & de propria natura philosophatur, & diuinæ uocis est particeps, formáque (ut aiunt) deo similis est, sicut pingendi, fingendiq; ars nobis ostendit: quodq; à deo uirtutes hominibus prouenire creditur, & illarum participes homines dijs proximos opinabamur, horū inquam om-

nium non Athenienses esse dicemus autores, quãquam illi iustorum, & Olympiorum, & huiusmodi cognominũ primi impositores extiterunt, quæ diuiniora fortasse uidentur, quàm ut omnibus conueniant, sed Apollonium Pythium inuentorem comperimus. Venit enim

Lycurgus. in eius templum Spartanus Lycurgus, qui nuperrime leges tulerat, quibus Lacedæmoniorum est cõstituta res publica. hunc igitur cum salutaret Apollo, in principio statim orationis quid de illo sentiret ostendit, dicens dubitare se, utrum hominem, an deum appellari illũ oporteat. Procedens autem eius oratio sententiam suam declarat, cum sibi diuinum cognomen manifeste decernit, tanquam uiro bono atq; omnium uirtute perfecto. Neq; tamen ob illud controuersia aut periculum ullum à Lacedæmouijs Lycurgo contigit: aut opinio quod esset immortalis futurus, quãuis ipse tali ab oraculo denominatus cognomine non obstupuisset: sed oraculo assenserẽ Lacedæmonij, cum etiam ante oraculum sibimet id ipsum persuasissent. Neque uero Indorum aut Aegyptiorum instituta referre necessarium arbitror, Aegyptij nanq; opiniones Indorum in multis calumniantur, sermonem uero quem illi de deo omnium rerum opifice afferunt, adeo laudant, ut alios etiam eũdem edocuerint, quàmuis ab Indis originẽ sumpserit. Est autem Indorũ ratio talis: Generatiõis & substantiæ rerum omniũ Deum opificem esse sciẽdum est: quod autem ipse talia pro

Viri boni diuini. ducere cogitauerit, causa est bonitas eius: quoniam igitur cognata sunt hæc, rationem ita concludo, ut asseram uiros bonos dei particulam quandam habere. Mũ

dum

dum autem qui opifici deo adiacet, omnia quæ in cœlo terráq; & mari sunt existimare debemus, cuius etiam homines præter fortunæ rationem sunt participes. E*st autem in bono uiro mundus quidam patientiæ mensuram non excedens, quem tu etiam ô rex fateberis indigere uiro qui deo sit similis.* V*erum huius mundi figuram inordinatæ animæ furiosius attingẽtes omnia perturbant, et uarias leges sibijpsis fingentes, temperantiã minime seruant: quapropter deos meritis honoribus nõ uenerantur, & garrulam loquacitatem, & uiuendi delitias sectantur, ex quibus otium nascitur cuiuslibet operis peruersus consiliarius, animæ autem quasi ebriæ factæ ad multa nefanda prosiliunt, nec illarum compescere lasciuiam aliquid potest, etiam si omnes potiones ebibant, quæcunque uelut mandragora somno inducendo putãtur accommodatæ, sed uiro opus est, qui gubernet eum, quem circa ipsas diximus esse mundum.* Hunc au*tem à sapientia quasi deum factum esse oportet, is itaq; sufficiens erit ab amoribus reuocare, ad quos impetuosius feruntur, quàm communis consuetudo patiatur. ab auaritia quoq; deterrebit, ob quam satis se habere nunquam dicunt, & affluentibus diuitijs os nunquam occludunt, cohibere etiam ne se cædibus inquinent, tali uiro forsitan impòßibile nõ erit. purgare autem ab ipsis atque expiare, neque mihi impoßibile est, nec omnium rerum opifici deo.* E*st autem in accusatione posita ô rex* Ephe*sus à peste liberata, in quo uelim ita me iudicet* Ae*gyptius sicut accusationi conuenit.* E*st enim accusatio fermè talis quædam:* A*pud* C*eltas, aut* S*cythas fluuio-*

Otium.

orum Istri, seu Rheni accolas ciuitas quædam posita est, nihil minor Epheso, quæ est in Ionia, hanc barbarorum receptaculum, & hominum imperio tuo non obtemperantium pestis inuasit, liberauit autem Apollonius. Est autem sapienti uiro talis etiam accusationis defensio quædam, si dixerit regem suos hostes non peste, sed armis uelle delere: quāquam nec abs te Rex, nec à me sit usquam ciuitas ulla deleta: neque te exoptare puto ciuitati cupiam pestem, ob quam uideas ægrotos ante tēpla expositos iacere. Sed utcunq; sit omittantur quæ ad barbaros attinent, nec illis remedia curemus afferre, dum immanes & implacabiles sint, & nostro generi inimicissimi. Ephesum uero quis negabit liberari oportuisse, quæ generis principium ab Attica purissima ducens, supra omnes Ioniæ Lydiæue ciuitates adaucta est, prominet autem mari quod terram ambit, in qua ipsa posita est. abundat autem + bonarū artium studijs, et philosophis, oratoribúsque redundat: ut uere dici poßit eam ciuitatem non equitum robore, sed clariorum hominum milibus cæteras superare, & in ea plurimum uigere sapientiam. Quis igitur pro talis urbis salute discrimen quodcumque subire non aude ret, præsertim cum animaduerterit Democritum Abde ritas quondam à peste liberasse, & Athenienſem Sopho clem meminerit, qui uentos demisisse fertur, non oppor tuno tempore regionem perflātes: aut illa audierit quæ de Empedocle prædicantur, qui nebulæ in Acragantinos diffusæ + medietatem compescuit. Verum hoc loco me urget accusator. Audisti enim ò rex quandoque dicē

dicentem, quòd non propterea me accusat quia salutem Ephesijs attulerim, sed quia pestem ipsos inuasurã esse prædixerim. Hoc enim admirabile quid esse & omnium excedere sapientiam dicit: adeo ut nisi incantator essem præcipuus, huc attingere ueritatis nõ potuerim. Quid igitur hoc loco Socrates dicet de his, quæ à dæmone prædiscere se dicebat? Quid Iones duo Thales, & Anaxagoras, quorum ille quidem olearũ abundantiam, alter cœlestium portentorum multa prædixit, nũ incantationibus eos talia præsciße dicemus? Verum enimuero ij, quos diximus, ob crimina in iudicium à calumniatoribus uocati fuerunt: nusquam tamen in accusationibus dictum reperitur incantatores ipsos esse. Ridiculum enim id esse uidebatur, & ne in Thessalia quidem credibile, ut à sapientibus uiris tale aliquid diceretur, quamuis illic mulierculis dicant probro dari, quod Lunam è cœlo detraxerint. Vnde igitur Ephesiorum incommoda præsensisti, dicet quispiam. Huius autẽ rei facilis & in promptu est excusatio: cum ex accusatore nuper ò rex audieris, quòd non eodem cum alijs uictu utar, & me paulo ante dicere animaduertisti, quàm leuibus, quãq; tenuibus cibarijs uescerer, quæ mihi longe sunt iucundiora, quàm lautæ et apparatissimæ aliorum dapes. Hoc igitur ò rex admirabilem quãdam, et arcanã perspicacitatẽ sensibus tribuit, nec turbidum quicq̃ aut obscurũ circa ipsos manere patitur: facitq; ut tanq̃ in speculi claritate cũcta perspiciãt, tã facta, q̃ etiã futura. Neq̃ enim expectat sapiẽs euaporantẽ terrã, aut aerẽ corruptũ, aut graue aliquid desuper

Socrates. Thales. Anaxagoras.

Thessalæ ueneficæ.

aduenicns respiciens, sed hæc omnia intelligit, quàmuis adhuc in foribus (ut aiunt) existētia, posterius certe quàm dij, citius tamen quàm plerique hominum. Dei nanque futura, homines dum fiunt, sapientes uero cum accedunt aliqua sentiunt. Pestis autem causas ò rex si forte scire uolueris, seorsum interrogabis. Sunt enim sapientiæ profundioris, quàm ut proferri in uulgus mereantur. Hæc autem uictus frugalitas, & sobrietas, non modo sensuum perspicacitatem gignit, sed uim quandam ad res maximas percipiendas. Videre autem quod dico licet, cum ex alijs multis, tum ex his quæ Ephesi circa imminentem morbum, & morbi speciem agnoscendam peregi. Mendico nanque seni simile erat monstrum illud, id autem ego uidi, & uidens patefeci, neque sedaui morbum, sed funditus abstuli. Quem uero deorū ut opem afferret sim precatus, declarat templum Ephesi huius rei gratia, + auersori Herculi dedicatum. Ipsum nanque auxiliatorem elegi, qui cum fortis esset, ac sapiens, Elidem quandoque morbo liberauerat, euaporationes obstruens quæ à terra prouenie-bant, contra Augiā irrumpens dominantē. Quis igitur incantationū amator tibi uisus est unquam, qui deo tribuat quod ipse fecerit: aut quæ artis miracula quærit is, qui si quid admirabile factum sit, à deo fatetur processisse? Quis autem incantator Herculem inuocasset? Talia nanq; infelices homines sacra in terræ barathris faciūt, et terrestribus Dijs sacrificāt, in quorū numero Herculē poneret nemo. Fuit enim purus, et hominū generi beneuolus. Eundem quoq; & in Peloponneso sum preca-

+ ἀποτρόπαιος. Hercules.

precatus, ubi penes Corinthū lamia obuersabatur, formosiores adolescētulos deuorās. Ego *tamen certamē suscepi, nō magna admirandáue munera poscēs, sed placētas duntaxat atq; thura: cum id omnium maxime expeterem, ut bonum aliquod pro salute hominū operarer.* Illud *enim iuxta* Euristei *sententiam, maximum præmium laborū esse cēsebam.* Nec *enim moleste feras uelim ò* Rex *de rebus* Herculis *aliquid audire.* Pallas *enim de ipso curam habebat, quoniam benignus, & hominibus salutaris habitus est.* Sed *quoniam me iubes de sacrificio defensionē afferre, quod etiam manu significasti, ueramq; defensionem audi.* Ego *cum omnia pro uirorum, quos dico salute fecerim, nunquam tamen pro ipsis sacrificaui, neq; sacrificarem omnino, aut templum attingerem, ubi sanguinem effusum aspexerim, nec unquam sum deos precatus cultrum respiciens, aut tale aliquid sacrificium, quale mihi obijcit accusator.* Non *enim* Scytham *me putaueris ò rex, nec ex aliqua patria natū extra cōmune hominū consortium posita.* Neq; *cum* Massagetis, *aut* Tauricis *unquam sum uersatus, ut eorum sacrificandi mores assumpserim.* Nec *etiam adeò sum demens, ut cum multa de uaticinandi facultate disputauerim, & quid ipsa posßit, aut non posßit differuerim, atq; idē ipse optime omnium hominū sciā deos immortales cōsilia sua sanctis et sapiētibus uatibus aperire, ego cædes et uiscera in sacris attractare auderem: præsertim cum nunq̃ antea sanguine consueuerim sacrificare, neq; dijs gratum id esse putauerim.* In *quibus etiā dæmonis uox me deseruisset, quòd impurus essem, atque pollutus.*

At uero si quis sacrificij odio sublato accusatorem interroget ea quæ de me paulo ante dixit, comperiet ipsum suismet uerbis tali crimine me absoluere. Quem enim nullo peracto sacrificio dixit futuram pestem Ephesijs *prædixisse, quid illi iugulatione ulla opus erat ad ea prænoscenda, quæ fabulãdo etiam sine sacrificio præno scere poteram? aut quid omnino uaticinio indigebam pro his, quæ mihi ipsi iam pridem atque alijs persuaseram? Si enim propter* Neruam *& eius familiares accusor, rursus eadem dicam quæ aliâs dixi, cum de talibus interrogabar. Ego* Neruam *omni imperio omnique laude dignũ iudico, posse autem eum multis curis negotiisue animum intendere nequaquam puto. corpus enim morbo dissolutum, mentem quoq; angoris plenam reddit, ita ut quæ domi sunt agenda curare non poßit. Te autem & à corpore & à mente laudat, et iure quidem (ut opinor) quanquam promptior est humana natura ad ea laudanda, quæ efficere non poteſt. Eſt autẽ mihi uehementer affectus optimus* Nerua, *neque coram me ridentem illum unquam uidi. Nec ullatenus ludentem, sicut inter amicos fieri consueuit, sed mecum uelut adolescentuli cum parentibus præceptoribúsue cum pudore quodam, & reuerentia loquens erubescit. Cumq; sciat honestatem probitatemq; à me præter cætera laudari, tam exacte in utraq; sese exercet, ut supra modũ humilis esse mihi uideatur. Quõ igitur credibile cuiq̃ uidebitur* Neruã *imperiũ affectare, qui bene secũ agi putaret, si domũ suã gubernare posset. Aut quis mecũ res magnas cõmunicare arbitrabitur eũ, qui & de paruis*

mecũ

mecum loqui non audeat. Vel quis unquam extimaret ipſum tentare, ut his rebus mentem meam commoueat, quibus nec alium quenq̃ ſi de me cogitaret mouere nite retur? aut quomodo ego ſapiẽs homini aſſentirer, ne ua ticinijs fidem adhiberem, ſapiẽtiæ autem non crederẽ? Orfitum autem ac Rufum, uiros iuſtos ac temperatos, ad res autem agẽdas ſegniores (ut percepi) ſi quis impe rium occupaturos calumniaretur neſcio an magis quã in Nerua aberret. Sin conſultores ſuaſoréſque Neruæ fuiſſe ad occupandum imperium quiſpiam dixerit, cogi tare ſecũ debet, quid mihi uolens aduuerim eos qui res nouas moliri tentarent. Nunquam enim pecunias me ab illis accepiſſe, aut muneribus corruptum talia feciſſe quiſquam criminabitur. Videamus autem utrũ magna quædam præmia ab illis expectans, eorum beneficia in id tempus diſtulerim, quo illi ſe potituros imperio arbi trabantur, tunc enim magna ab illis petere, & maiora etiam cõſequi potuiſſem. Quomodo igitur oſtendes un quam tale me fuiſſe meditatum. Reminiſcere ò rex tei pſum, & qui ante te imperatores fuerunt, fratrẽ uide- licet tuum atq; patrẽ, et præter hos Neronẽ etiam, ſub his enim præcipue imperatoribus in aperto uixi, cum antea ad Indos peregrinatus eſſem. His igitur triginta & octo annis (tantũ enim quod dixi ſpaciũ fuit) ad re- gias fores nunq̃ acceſſi, præterq̃ in Aegypto, ubi cũ pa- tre tuo ſum uerſatus: quanquam ipſe tunc rex adhuc non erat, & mei conueniendi cauſa illuc ſe ueniſſe fate- batur. Nec illiberale quicquam cum regibus ſum locu- tus, niſi populorum cauſa qui regum ditioni ſuberant.

Nec unquam ob epiſtolas ſum gloriatus, quas aut mihi reges, aut ego regibus ſcripſerim, nec munerum cauſa regibus adulatus à meipſo, aut grauitate mea diſceſsi. Si igitur pauperes diuiteſque conſiderans me interroges utriſnam eorum me connumerem, inter ditiſsimos proculdubio me adſcribam: nullis enim rebus indigere pluris facio, quàm Lydiæ Pactolique diuitias omnes. Quomodo igitur nondum regnantium dona in id tempus diſtuliſſem, quo ipſos regnaturos eſſe putarem, qui nec à uobis accipere quicquam uolui, quibus firmum ſtabileque imperium eſſe animaduerto: aut quomodo regni permutationes meditarer, qui conſtitutum imperium non magnifacio. Veruntamen omnia quæ contingere poſſunt Philoſopho, qui potentioribus aduletur in Euphrate manifeſte conſpicio, hic enim ſibi diuitias parauit: quid autem diuitias dixi, imò uero fontes diuitiarum: iam enim inter fœneratorum menſas nuncupatur caupo, + quæſtuarius, fœnerator, publicanus, nummularius, & ad omnia uenalia, & pretio comparabilia ſe conuertit, potentiorúmque foribus magis eſt affixus, quàm proprij earundem ianitores, expellitur etiam inde plerunque non ſecus ac guloſi canes depelli ſolēt: Philoſopho autem ne drachmam quidem impartit. Cúmque ſuas diuitias quo ad cæteros obſtruſas habeat, hunc tamē unum Aegyptium pecunijs paſcit, ut in me linguam amputari digniſsimā acuat. Euphratem igitur tibi iudicandum relinquo, niſi enim adulatoribus ualde faues, inuenies hominem longe deteriorem, quàm à me ſit narratum. Tu uero quod reliquum eſt accuſationis

+ ὑποκάπηλος

ex me

ex me audi, ut de quibus accuser intelligas. Auditus est quidam ò rex in media accusatione fletus Arcadis pueri, quem me noctu in partes concidisse dicunt, an uero somnium aliquod hoc fuerit non satis scio. Narrant autem hunc puerum honestis parentibus ortum fuisse, forma uero qua squalidi & macilenti Arcades pulchri putantur. Hunc aiunt supplicantem plorantemq; à me fuisse iugulatum, deinde sanguine pueri me cõspersum pro ueritate agnoscenda dijs uota fecisse, & mei quidẽ hactenus protenditur accusatio. Nam quod reliquum est ad ipsos deos spectare uidetur: aiunt enim illos me ita precantẽ exaudisse, ut de cœlo signa mihi dederint præclara, ac si nihil impium ob eiusmodi cædem perpetrassem. Quàm fœdum igitur, impurumq; sit ò rex de talibus audire dicereúe non me latet, attamen huius criminis est afferenda defensio. Primum igitur ex te quæro accusator, quisnam is Arcas puer fuerit, si parentibus non obscuris, & forma (ut ais) non seruili fuit, congruũ fuerat te interrogasse, quódnam parentibus eius nomẽ, quáue familia natus, & in qua Arcadiæ ciuitate fuerit educatus, & quibus ab altaribus ad sacrificium huc deductus fuerat. horum autem abs te nihil profertur, quã uis in mentiendo sis uehementißimus. Pro seruo igitur aliquo in iudicium uocor, cuius enim nec nomen habetur, nec quibus sit ortus parentibus constat, nec in qua ciuitate natus aut educatus esset inueniebatur, cuius præterea nullus extat hæres, nónne hunc seruorum loco habẽdum omnes putarent. Illi enim innominati sunt, quòd si seruum fuisse fateberis, dicas rursus oportet,

quis cum mango adduxerit, quis illum Arcas emerit. Si enim genus hoc puerorum uaticinationibus est accommodatum, multis pecunijs emptum fuisse credendũ est. Præterea necesse fuit aliquẽ in Peloponẽsum nauigasse, ut illinc puerũ Arcadẽ nobis abduceret: Põticos enim, aut Lydios seruos, aut Phrygios gregatim huc aduectos inuenire licet. hæ nanque gentes, & cæteri barbari semper alijs obedire consueti, nequaquam turpem existimant seruitutem. Phrygibus autem familiare est proprios etiam filios uendere, & si captiui in seruitutem ducãtur, ne ad eos quidem respiciendos sese conuertũt. Græci autem libertatis amatores adhuc sunt, nec Græcus quisquam citra mortem in seruitutem uenditus est. Quapropter nec seruorum prædonibus, nec eorundem mercatoribus apud ipsos locus permittitur. Hoc autem in Arcadia magis contigit. Ipsi enim non solum in libertate degunt omnes, sed multitudine ingenti seruorum egent. Est enim Arcadiæ magna pars syluestris, nec montes solum, uerumetiam campestria loca, egent igitur multis agricolis, multis caprarum, ouium, armentorúmque pastoribus, qui partim boues, partim equos curent: lignatoribus insuper quàmplurimis indiget regio, atque in his à pueritia exercentur. Quòd si Arcades ita non essent, sed ut cæteri seruos suos uenderent, quid ad diuulgatam sapientiam conferret, esse ex Arcadia quod mactetur. Non enim cæteris Græcis sapientiores sunt Arcades, ut aliquid plus quàm alij in extis ostendant: imò uero rudes sunt, atque agrestes et suibus simillimi, + cum ob alia multa, tum quòd arborũ

Lydij serui. Phrygij. Pontici.

+ τά τ' ἄλλα

fructibus ut plurimum turgent. Sed uereor ne defensio ne artificiosa nimium uidear uti, qui mores Arcadum *exprimēs in* Peloponnesum *oratione migrauerim, cum abunde sufficiēs mihique accommodatior defensio fuisset huiusmodi. Ego nunquam sacrificij causa quicquam mactaui, aut macto: neque sanguinem tango, etiam si in altari sit positus.* Hoc *enim modo* Pythagoras *sensit, & cæteri qui eum secuti sunt.* Idipsum *etiam qui in* Aegypto *sunt* Gymnosophystæ, *&* Indorum *sapientes, à quibus eius quam* Pythagoras *est secutus sapientiæ principia manarunt.* Qui *autem secundum hæc instituta sacrificant, nulla à dijs iniuria afficiuntur, sed eos senescere dij permittunt, & rectis sanisque corporibus uti, sempérque fieri sapientiores, nec* Tyranni *unquam euadunt, nec rebus ullis indigent.* Nec *absurdum profecto uidetur illos à dijs immortalibus bona impetrare, qui pure mundéque, idem quod ego, de sacrificijs sentire dei uidentur. qui thuriferam terram in parte mundi purißima constituerunt, ut uel illinc sacrificiorum materiam capiamus, nec ferrum templis inferamus, aut aras sanguine maculemus.* Ego *autem, ut accusatori uidetur, deorum oblitus ita sacrificaui, sicut nec aliàs unquam sacrificare consueui, nec hominum quisquam omnino sacrificat.* Sed *hoc me crimine facile tempus absoluit, quo à me facta hæc fuisse dicit accusator.* Eo *nanque die quo à me factum id fuisse calumniatur, si in agro fui sacrificaui, si uero sacrificaui, etiam comedi.* Soles *autem ò rex me interrogare an eo tempore* Romæ *fuerim, quod profecto non inficior,*

ἢ τὸ γαστρίζεσθαι τῶν δρυῶν, id est, cũ ob alia, tũ etiã ꝙ glandibus uẽtrẽ saburrẽt. Notañt aũt Arcades ꝙ glandibus uescebant, et ob hoc agrestiores habiti semp.

inficior, & te quoq; tunc Romæ fuiſſe dico, non tamen talia te ſacrificaſſe diceres, nec etiam ipſe calumniator dicere auderet. Non enim *ſequitur homicidium feciſſe aliquem, propterea quod* Romæ *fuerit uerſatus: multa namq; milia hominum tunc* Romæ *fuerunt, quibus exulare multo melius eſt, quàm capitis iudicio ſubijci, propter hanc unam dumtaxat coniecturam, quòd tunc* Romæ *fuerint.* Quinimo *hoc ipſum quòd* Romam *uenerim ſuſpitionem omnem criminis uidetur auferre, quódque res nouas moliri non tentauerim.* Quis *enim talis criminis conſcius, uellet in ciuitate uiuere, ubi omnes oculi, innumerabiles exploratores, & non modo eorũ quæ ſunt, ſed eorum etiam quæ non ſunt indagatores acerrimi, non ſinunt quenquam res nouas meditari: niſi qui forte mortis nimium cupidus fuerit. cauti enim tẽperatiq; uiri tardius etiam ad illa deducuntur, quæ facere ſibi licet.* Quid *igitur inquiet calumniator ea nocte egiſti? quòd ſi me quaſi ſeipſum interrogat, dicam me controuerſias accuſationesq; contra bonos uiros paraſſe, ut etiam nihil iniuſte agentes perderem: idq; regi perſuaderem nihil ueritatis ad eum loquens: ut ego ab ipſo prober, alius autem in ſuſpitionem adducatur.*

Democritus *Sin tanquam philoſophum interrogat,* Democriti *riſum laudabam, quo in res omnes humanas utebatur: quòd ſi reuera ex me reſponſum quærit, ut ſeſe res habuit enarrabo.*

Philiſcus Melienſis. *Philiſcus* Melienſis*, qui mecum annos quatuor philoſophatus fuerat, tunc ægrotabat, propterea apud ipſum pernoctabam: tam grauiter enim laborabat, ut non multo poſt ex tali morbo interierit:*

quam-

quamuis pro eius incolumitate multa sim precatus. & certe quicunq; sunt ab Orpheo cantus pro mortuis cōpositi, eos me fateor non ignorare: quinetiam sub terrā eius causa profectus essem, si quis ad ea loca pateret accessus, adeo me sibi caritate deuinxerat ob illa quæ ex animi mei sententia, & ex philosophiæ præceptis fuerat operatus. Hoc *ipsum ò rex audire ex Telesino potes, nam & ipse Philisco inseruiens, ea nocte nobiscum permansit.* Quòd *si Telesino minus adhibes fidei, quoniam ipse inter philosophantes muneratur, medicos ipsos testes adducam. Sunt aūt Seleucus Cyzicenus, & Stratocles Sydonius: ex his an uera dicam perquire. sequebantur autem quos dixi medicos discipuli circiter triginta, qui huius rei testimonium afferre possunt. q̧ si Philisci propinquos ad testimonium reddendum uocari dicerem, clamaret accusator iudicij dilationem à me quæri.* Nam *illi cadauer in patriā portantes quāprimū abiere. Vos igitur quos inuocaui testes accedite. Nā afferendi testimonij causa uobis huc accedere datum est. Quid igitur ueritatis contineat accusatio, horū testimonia declarant, non enim in suburbano, sed in urbe: nō extra muros, sed domi: nō pro Nerua, sed pro Philisco: non iugulans, sed pro uita precans: non pro regno, sed pro philosophia: non aduersus te res nouas moliens, sed hominem mihi similem seruare nitens eo tempore sum inuentus.* Quid *igitur hic puer Arcas? quid de iugulatione fabulæ afferuntur? quid talia persuadere tentat? sic enim nō minus quod factum est nunq̄ quàm quod est factum in iudicium trahetur: huius autem sacrificij incredi-*

Orphei carmina pro mortuis.

credibilitatem ubi collocabis ô rex? Fuerunt enim priscis temporibus uates permulti, qui peractis cædibus uaticinabantur, quiq; in arte sua peritissimi & digni memoria sunt habiti. Ceu Megistias Acarnan, Aristander Lycius, Silianus Ambraciota. Sacrificabãt autem & uaticinabãtur, Acarnan quidem Leonidæ Spartano regi, Lycius aũt Alexandro Macedoni, Silianus uero Cyro, qui regnum affectabat. Hi si quid hominum extis manifestius, aut sapientius aut promptius insidere putassent, tali sacrificio uti facillime poterãt, cum ipsi apud reges uersarentur, qui captiuos multos & seruos complures habebant, nullum autem iudicij periculum, nullusq; metus accusationis impendebat, si aliquem occidissent. Sed eadem quæ mihi talibus uiris opinio inerat, quòd ratione carentia animalia consentaneum est, cum in discrimen mortis deducũtur, nihil omnino turbare intestina, cum quid passura sint non intelligant. Homo autem si nondum instante morte timorem eius animo conceperit, uehementius perturbatur. Quomodo igitur consentaneum est ipsa præsente, atque ante oculos posita posse per exta uaticiniũ ostendere, aut aliquid omnino suo ordine dispositum habere? Quod autem uere, & secundum naturam talia exquisierim, hoc modo considerari potest. Epar, in quo uaticinij sedem esse dicunt eius artis periti, ex non puro sanguine constat, totũ enim syncerum, purumq; sanguinem continet cor, eumq; per uenas in uniuersum corpus diffundit. Choleram autem in epate iacentem iracundia excitat, timor autem in concauas epatis partes eãdem subducit: quòd si quis ipsam irrita

Megistias Acarnan. Aristander Lycius. Silianus Ambraciota.

Epar.

Cor.

Iracundia bilem excitat.

irritauerit, adeo efferuet, ut suo uase cõtineri impotẽs supino epati superfundatur, atq; ita partes omnes epatis occupet, quæ antea politæ erant, & aliquid portendere idoneæ. in animalibus uero, quæ timore terrefiunt subsidens cholera, simul contrahit quicquid lenibus epatis partibus luminis inerat. Tunc enim introrsum cedit purioris sanguinis pars, qua epar illustrabatur, cum natura pelliculam, quæ circa ipsum est prætendat, & qui turbulentus inest sanguis supernatet. Quid igitur hominis iugulatione opus est ò rex, si nihil ueri portendere potest eiusmodi sacrificium: quod autem nihil portendere poßit ab humana natura prouenit, quæ imminentem mortem agnoscit, ipsi etiam qui morituri sunt uarietatem plurimam intestinis afferunt, qui enim animosiores sunt, cum quadam iracundia moriuntur, qui uero molliores sunt cum timore. hinc est quod ars huiusmodi apud imperitos, etiam barbaros hœdos, aut agnos mactari laudat, quoniam amentia sunt eiusmodi animalia, nec multum ab insensatis distantia. Gallos autem Gallinaceos, & sues, ac tauros quoniam animo abundãt, suis arcanis non admittunt. Animaduerto aũt ò rex accusatorẽ à me irritari, quoniam te sapientiorẽ efficio, uiderisq; libenter orationi meæ aures præbere: ꝗ si quid horum obscurius à me dictũ uidetur, concedo tibi ut arbitratu tuo me interroges. Ego enim ad ea quæ mihi ab accusatore obiecta fuerũt satis iã dixisse uideor: & quoniam Euphratis calumnias contẽnere decet, tu rex iam iudicare potes, uter nostrum uerius philosophetur, ipse enim de me falsa dicere laborat, at ego falsum dicere

indi-

indignor: ipse tibi gladium contra me dedit, ego contra eum minime. Sed pro quibus ipse me calumniatur, sermones sunt quos in Ionia sum loquutus, ipse enim contra te dixisse me talia calumniatur. Ego *autem de fatis tunc, & necessitate loquens, regum ac principum afferebã exempla, quia res uestræ in omnium hominũ oculis maxime uersantur.* Et *de fatorum ui philosophatus dixi illorum legem adeo immutabilem esse, ut si cui alienum regnum, aut imperium fata decreuerint, isq; ob suspitionem ab eo qui regnum tenet interficiatur, fore ut mortuus etiam suscitetur ab inferis, quo fatorum decreta effectum sortiantur: iuuat autem excessu quodam orationis uti propter eos, qui probabilibus rationibus assentiri nolunt.* Dicebam *quoq; si cui fata destinauerint, ut faber lignarius euaderet, si manus is amputaret sibi, fore nihilominus ut sit faber.* Eodem *etiam modo si cui in* Olympijs *currendi uictoria à fatis decreta sit, hunc etiam si crux perfregerit, uictoria potiturum: & cui in arte sagittandi præstantiam fata adnuerint, is ne si oculos quidem abiecerit, à signo aberrabit.* De *rebus autem loquebar ad Acrisium, Laium, Astyagemq; Medũ, & alios multos respiciens: qui regno suo bene cauisse opinabantur, cum alij filios, alij nepotes interfecisse putarẽtur, à quibus postea regno spoliati fuerunt, cum ex abditis fatorum opera in lucem repente editi essent.* Q*uòd si adulationem sectari uellem, dicerem fata etiam de tuis rebus cogitasse, quando huc* Vi*tellio missus fuisti,* Iouisq; *templum in oculis ciuitatis combustum est.* Ille *autem bene se rem habere dixit, si ab ipso*

crus

ipso non aufugeres, quanquam adolescens admodum tunc esses. Sed quoniam fatis aliter uisum fuerat, ille quidem interfectus est, tu autem quæ illius erant nunc posides. Sed quoniam adulatoria harmonia me offendit, quod male sonora incompactaq; uideatur, amputabis à me tales chordas: nec existimes uelim de tuis rebus quicquam me cogitasse, sed de fatis tantum necessitateq; disseruisse, quæ calumniator contra te dicta fuisse criminatur, quamuis huiusmodi quædam de se dici etiam dij patiantur. Nec indignatur Iuppiter poëtas audiens in Lycijs narrationibus talia dicere. Heu mihi ubi Sarpedon: & alia quædam in ipsum decantari, quibus filio se orbatum à fatis conqueritur. Et cum alibi inducunt eundem Iouem+animo anxium taliter se consolari, quod Minoën Sarpedonis fratrem mortuum aureo sceptro decorauerit, instituerité; inferorum foro ius dicere, ubi fata euitare non potuit. Tu igitur rex, cur eos sermones moleste feras quos dij approbant, qui bus omnia parent, nec poëtas talia dicentes interimũt. Oportet enim fata sequi, & rerum permutationes patienter perferre, in quo Sophocli credendum est sapienter dicenti:

+ἐν+ψυχεισα- σία.

Μόνοισιν ȣ̓ γίγνεται
Θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ μὴν θανεῖν ποτε.
τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος. **Id est,**

Deis senescere
Solis negatur, & mori extremum diem.
Ast cuncta miscet alia tempus fortiter.

Volubiles enim sunt prosperitates humanæ, & diur-

na pene ò rex diuitiarum duratio, & ille meas, & iste alterius opes habens, non habet. Talia tecum ò rex cogitans, siste exilia, siste cædes, & philosophia quacunq; libet utere, hæc enim impaßibilis, & uerax existens lachrymas ab omnibus aufert: quæ nunc ut ex me audire potes, partim ex mari, partim ex continenti accedunt, & earum quælibet congruum sibi fœtum plorant: quæ autem mala hinc oriuntur plura sunt, quã ut calumniatorum linguis poßint enumerari, qui cum omnia apud te calumnientur, omnibus te calumniabilem reddunt. Talia sunt quæ dicere præmeditatus fuerat Apollonius. In fine autem orationis inueni, quæ in priore sermone ultimo loco posita fuisse retulimus his uerbis.

οὐ γάρ με κτανέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι. hoc est,

Non me interficies, nam non dant hoc tibi Parcæ.

Postquam autem ex prætorio disceßit, diuino quodam & inenarrabili modo, haudquaquam sicut pleriq; forsitan putabãt commotus est Tyrannus. Opinabantur autem alij fore, ut clamore sublato iuberet satellites uirũ persequi, palamq; per omnes regni partes ediceret, ne quis eum suscipere auderet, nec illum usquam, cõsistere pateretur. Ipse autem nihil horum fecit, siue ut opinionem multorum falleret, siue quod agnosceret sibi nihil reliqui esse, quod aduersum talem uirum sufficeret. Vtrum autem illum contempserit, ex his quæ mox dicentur conijcere poterimus: uidebatur enim potius eius discessu fuisse conturbatus, quàm eundem neglexisse, aut contempsisse. Agebatur apud ipsum causa, ubi ciuitas quædam cum homine priuato de testamento quodam

dam litigabat. Fugerant autem ipsum non modo litigantium nomina, sed ipsius etiam causæ materia, idq; præterea facile apparuit, quod impertinentia quædam interrogabat, & multa respõdebat, quæ nihil omnino ad causam attinerent: quæ omnia arguebant ipsum stupefactum hæsitare: atq; eo magis quo ab assentatoribus audiebat se nihil eẽ oblitũ. Hoc igitur modo Tyrannũ *affectum linquens* Apollonius, *& suæ philosophiæ quasi ludum quendam ostendens, omnibus Græcis* Barbarisq; *terribilem, ante meridiem è prætorio discessit, non multum uero post auroram* Dicæarchiam Demetrio, Damidiq; *apparuit. Hæc enim causa fuerat, cur* Damidi *præciperet, ut non expectata defensionis die* Dicæarchiam *proficisceretur: nam quid facere instituisset non prædicebat, sed quod sibi commodissimum esset facere illum iussit.* Damis *uero, licet non intellecta causa, quæ mandauerat* Apollonius *exequebatur. Aduenerat autem pridie* Damis Dicæarchiam, *& quæ ad accusationem pertinebant cum* Demetrio *contulerat, qui tardius quàm* Apollonij *auditorem deceret credebat ea, quæ à* Damide *dicebantur. itaq; postridie eadem causa ex* Damide *rursus quærebat, amboq; deambulabant secus mare, ubi contigisse feruntur ea quæ de* Calypsone *narrantur in fabulis. Diffidebat autem omnino illum unquam esse euasurum, quòd omnibus nota esset sæuitia* Tyranni. *Quæ tamen præceperat* Apollonius *propter hominis uenerationẽ peragebat. Ambulando autem utriq; iã defessi in templo* Nympharum *cõsederunt, ubi quondã uaticinia quædam responderi solita fuerant. Est autẽ templum al-* Nympharũ templum.

bo lapide constructum, & in eo fons est aquæ nunquã summa labra fontis excedentis, nec rursus quantacunque illinc aqua exhausta decrescentis. De natura igitur eius aquæ disputabant non admodum studiose propter mœrorem, quem ex Apollonij absentia conceperant. Itaq; sæpius orationem reuocabant, ad ea quæ ante iudicium facta fuerant. Cum igitur ingemisceret Damis, & lachrymans talia diceret. O dij nunquam ne uidebimus probum & honestum amicum? Apollonius, qui & ipse superueniens ad Nympharum templum accesserat, uidebitis inquit, uel potius iam uidetis. Viuentem an inquit Demetrius an mortuum? nunquam enim te clamando uocare cessauimus. Portendens itaq; manum Apollonius, cape me inquit, & si manus tuas effugero, idôlum me esse arbitrator, ex+cæde noua huc adueniens, quale terrestres dij ostendere plerunq; solent hominibus, qui mœrori nimis indulgent. Sin uero tangẽti resistam, persuadeto tibi atq; huic etiam Damidi, me adhuc uiuere, neq; corpus deposuisse. quibus uerbis effecit, ut amplius illi nihil dubitarent. Assurgentes igitur, atq; illum complexi, cum salutauissent, quo pacto erga defensionem se se res habuisset interrogabãt. Demetrius enim nulla peracta defensione, et omnino indicta causa interfectum eũ fuisse opinabatur. Damis autem peroratam quidem ab eo causam, sed breuius forsitan quàm constituisset arbitrabatur, neq; enim existimabat ea die tã multa ab eo dici potuisse. Quibus respondens Apollonius. Ego me inquit in iudicio defendi, & aduersarium uici, & hoc ipso die me defendens oraui, & sermonem à diei fermè

+τὴν περσεφάττης ex Proserpinæ domo, Interpres uidetur aliud de σφάττειν intellexisse.

princi

principio in meridiem usque protraxi dicēdo. Quomodo igitur inquit Demetrius tam longum iter breui diei parte peregisti? Cui APOLLONIVS, sine Ariete inquit, & alis cera conglutinatis æstimare potes deum quendam huic transmißioni præstitisse auxiliū. Ego uero inquit Demetrius operibus, sermonibusq; tuis omnibus deum aliquem intercsse non dubito, cuius auxilio prospere succedunt, & bene habent res tuæ. Rogo autem ut nobis dicas, quæ in accusatione contiznebātur, & quis iudicantis mos, quis habitus fuerit, qd dixerit, aut cui de te cōsilia cōmunicauerit? Hæc enim omnia scire percupio, ut ea Telesino referā, is enim de te per nuntios interrogare nunquam desinit. Quinetiā diebus ab hinc fere quindecim in conuiuio mecum accubans in ipsa mensa dormitauit: Cumq; dimidium ferè calicem ebibisset, somnium uidit eiusmodi. Videbatur ignis terram inuadens, hominum alios comprehēdere, alios fugientes præuenire, cum perinde atq; aqua passim fluens omnia inundaret: tu autem (ut aicbat) non sicut cæteri ab igne pati uidebaris, nam tuo spiritu scindebatur ignis: tali igitur somnio uiso cum dijs bene consulētibus libauisset, bono animo de te esse me iußit. Tūc Apollonius, ego inquit Telesinum profunde dormire non miror, iamdudum enim ualde pro me uigilauit. Quæ uero in iudicio acta sunt audietis quidem, non autem hic, iam enim crepusculum instat, & in urbem redeundi hora est. Iucundius enim ambulabimus, si nos confabulationes aliquæ deduxerint. Pergamus igitur de his colloquentes quæ me interrogastis. Dicam aūtē,

De ariete Phryxco & Dedali pēnis loquitur

BB iij que

quæ hodie in iudicio acta sunt: Nam quæ ante iudicium egerimus ambo nostis, cum tu quidem Damis interfueris, tu autem non semel (ut arbitror) sed iterum atque iterum ex ipso audieris, nisi forte Demetrij sum oblitus. Quæ igitur adhuc nescitis enarrabo. Atque ita incipiens à præfatione qua usus fuerat, & quo pacto nudus intrare prætorium iussus fuerat, ac singula deinceps exposuit, usq; ad id, quod ultimo loco dixerat, non me interficies, & cætera. & tandem, quomodo ex prætorio discessit. Tunc exclamans Demetrius: Ego inquit iudicio absolutum ad nos deuenisse te arbitrabar. Video autem hoc periculorum principium esse tibi. Tyrannus enim postquam ubi sis ei denuntiatum fuerit, te comprehendet, & omni uinculorum genere coercebit. Verum Apollonius timorem omittere iubens, utinam inquit uos non facilius quàm ego possetis capi. Ego autem quo pacto sese nunc habeat Tyrannus agno sco. Cum enim assentatorum sermones iugiter audire consueuerit, nunc obstupescentium uerba audit, atque ob tales sermones disrumpitur excandescitq; Tyranni natura, sed mihi nunc quiete opus est. Nam postquam ex iudicio discessi, nunquam propter quietem capiendam flexi genua. Tum Damus inquit Demetri, ita erga hunc uirum sum affectus, ut ab instituto in quo nunc etiam perseuerat auertere ipsum tentauerim, præsertim cum tu idem mihi consuluisses, ne sponte ad grauiora manifestaq; pericula accederet. Sed postquam ego uinctū ipsum uidi: mihiq; de salute sua grauius aliquid cogitanti dixit, sui esse arbitrij ut solueretur, & exemptum

plum compede crus ostendit:tum primum animaduerti diuinum quendam uirum ipsum esse, & nostram hanc communem sapientiam excedere, itaq; licet difficillimis circumuentum periculis eum uiderem, non uererer grauissima quæq; pro illo subire. Sed quoniam multum iam noctis processit in diuersorium pergamus, ut uirũ curemus. Tunc Apollonius, *ego inquit somno dumtaxat indigeo. Nã reliqua omnia adsint ne, an absint iuxta existimo.* Post *hæc* Apollonius *& soli uotis peractis domũ ingressus est, ubi* Demetrius *habitabat, lotisq; pedibus cum* Damidis *socios, aliosq; familiæ domus cœnare iussisset, q diutius iam tolerasse ieiunium uidebantur, in lectulo procubuit:* Homeriq; *uersu somnum laudans dormitauit: ostendens nõ nimiũ oportere de periculis, quæ illi imminere dicebant esse solicitum.* Postridie *adueniente aurora cum* DEMETRIVS *eum interrogaret, ubi nam sibi manendum censeret, cum iam strepitus equitum aures percutere uideretur, quos ad eum insectandum à* Tyranno *missos opinabatur.* Respondit Apollonius, *Nec ipse, nec alius quisquam me persequetur, ego tamen in* Græciam *nauigabo.* Et *quidem tuto inquit* Demetrius *illius consilium deridens, apertissima namq; est ea regio, quem in occulto etiam manens non fugisti, quomodo in aperto degens latebis?* Mihi *latitatione non est opus inquit* Apollonius. *Si enim, ut tu censes,* Tyranni *est uniuersa terra, melius cum his agi putandum est, qui in aperto moriuntur, quàm cum his qui in occultis latebris uiuunt, & ad* DAMIDEM *conuersus, audisti ne inquit, in portu nauim esse ullam,*

quæ in Siciliam sit nauigatura? Cunq; ille se audiuisse diceret, iam antea cum apud mare secum esset præconem id clamantem, tum uero paratam iam ad nauigandum, ut ex nautarum uocibus conijcere poterat, qui tollendis anchoris incumberent, conscendamus inquit hãc nauim Apollonius, & nunc quidem in Siciliam, postea uero in Peloponnesum nauigabimus. Assentior inquit Damis, inde salutato Demetrio, cum iuberent illum bono animo esse, tanquam uirum cæteris præstantiorem, secundo uento in Siciliam nauigarunt, Messanamq; prætervecti, tertio die Taurominiũ peruenere, deinde Syracusas delati in Peloponnesum transierunt, autumni principio iam instãte: percursoq; pelago sexta die Alphei fluminis ostia intrauerunt, ubi fluuius ille Adriatico Siculoq; pelago dulcis, & potabilis immiscetur. Ibi cum è naui descendissent, ante omnia dignum putauerunt ad IOVIS templum, quod in Olympijs est diuertere. Et iam fama celerrime per omnem Græciam diuulgauerat, uiuere Apollonium, & in Olympia deuenisse: & primo quidem parum fidei sermonibus habebatur, quòd nulla de ipso tanquam homine spes esse poterat. Alij nanq; ligatum, & uiuentem fuisse combustum audierant: alij quidem relictum, sed ceruicem clauis præfixam fuisse prædicabant: alij in barathrum, alij in
+βυθόν. +puteum dimersum fuisse asserebant. Postquam uero ipsum aduenisse constantior fama uulgauit, nulla unquã Olympiade tã frequens totius Græciæ concursus, quàm tunc hoĩs uisendi causa ab uniuersis factus est, cõuenerũt itaq; ab Elide, & Sparta, et Corintho, et ab Isthmi

monti-

+ montibus homines innumeri. Athenienses, licet extra + ἱερῶν.
Peloponnesum cõstituti frequẽtes eodem uenere: ex nulla uero finitimarum urbium populus defuit, sed præcipue Atheniensium iuuenum innumerabilis penè multitudo concurrit. Megarenses etiam aliquot, qui tum forte in Olympijs uersabantur interfuere: multi præterea Boetiorum, & Argiuorũ. Quicquid insuper apud Phocenses, Thessalosq; nobilitatis fuit eodem confluxit: quorum alij quidem Apollonium iam antea nouerant, alij cum antea non uidissent, indignum putabant uirum talem ignorare. Ipse autem, interrogantibus quo pacto ex Tyranni manibus euasisset, nihil gloriose de se iactans respondebat, sed tantum defensione dicta liberatum iudicio se dicebat. Veniebant autem ex Italia complures, qui eius res actas in iudicio prædicabant: Quapropter non multum abfuit, quo minus ipsum Græcia tanquam deum adoraret, propterea maxime illum admirantes, quòd ob ea quæ gesserat, nihil supra cæteros elatus uidebatur. Cum adolescens quidam ex ijs, qui Athenis uenerant maxime beneuolam Domitiano Palladem esse diceret. Desine inquit Apollonius in Olympijs talia prædicare, deamq; coram patre calumniari. Cumq; ille uerbosius idem assereret, & iuste facere deam affirmaret, quoniam rex cognominatum ab Atheniẽsibus magistratum gerit, utinam inquit Apollonius & Panathenæis sacris interesset, talibusq; uerbis adolescentis garrulitatem coercuit. Et priore quidem responso quasi male de deis sentientem redarguit, cum beneuolos tyrannis eos esse diceret. Altero autem ostendebat ipsum Athenien-

sibus minime conuenientia loqui, nam illi statuas in foro decreuerant Harmodio *& Aristogitoni, ob ea quæ in* Panathenæorum *celebritate fecerant. Ipse autem tyrannis gratificans uerbis suis, quasi comfirmare tyrannidem uidebatur. Cum* Damis *de pecunijs* Apollonium *consuleret, diceretque uiatici parum admodum superesse, cras inquit* Apollonius *id curabimus. Itaque postri die in templum ueniens:* Da *mihi inquit ò sacerdos ex pecunijs* Iouis *mille drachmas, nisi moleste* Iouem *hoc laturum putas, tum sacerdos minime uero pro his indignabitur* Iupiter*, sed potius quòd non plures acceperis.*

Isagoras. *Cum* Thessalus *quidam* Isagoras *nomine ad eum alloquendum in* Olympia *uenisset, dic mihi ò* Isagora *inquit* Apollonius, *Putas ne aliquid esse panegyricam celebritatem? Certe per* Iouem *inquit ille, imò uero rem iucundissimam, & eorum quæ ab hominibus fiant dijs immortalibus gratissimam.* Quæ *igitur celebritatis huius est materia: dico aũt, ceu si de huius statuæ materia interrogarem responderes. Credo aurum & ebur statuæ materiam esse, quoniam ex ijs statua sit composita.* Quæ *autem inquit* Isagoras *incorporeæ rei potest esse materia? Maxima inquit* Apollonius, *multúmque uaria: nam in panegyris templa sunt, & deorum cellæ, & stadia ad currendum, tum uero scenæ, & gentes plurimæ, partim ex finitimis, partim ex transmarinis regionibus uenientes: ex multis insuper artibus & sophismatibus panegyris, ex uera quoque sapientia et poetica, ex consultatiuis etiam, & disputatiuis orationibus, & musicis cantibus. Videtur igitur* Isagoras *non solum*

solum corporea esse panegyris, sed ex admirabiliore materia constare, quàm ciuitates: studiosorum enim studiosissima quæque, & elegantium elegantissima in unum cogit & cumulat panegyris. An igitur ò Isagora, sicut plerique muros aut naues existimant, ita nos homines extimabimus? an aliud quid de ipsis opinabimur? Perfecta inquit ille ò Tyanesis isthæc est opinio, & hanc sequi iustum est. Imò uero imperfecta inquit Apollonius, si quis perinde atque ego de ipsa considerauerit. Videtur enim mihi naues hominibus, & homines nauibus indigere, nec fuisse unquam censeo, ut homines de mari aliquid cogitarent, nisi naues essent: pari modo etiam dicere possum muros ab hominibus conseruari, & homines rursus à muris. Eadem itaque ratione panegyrin dico esse quidem uirorum conuentum, Panegyris *etiam esse locum ipsum, ubi illos conuenire necesse est: atque eo magis quo muri quidem & naues factæ non fuissent, nisi propter hominum utilitatem. Hi autem agri manibus hominum non facti, sed potius corrupti sunt, naturali qualitate propter culturam ipsis ablatam. Et quæ bene à natura perducebãtur, conuentus fiendi causa remota sunt, porticus nãq;, et fontes, et gymnasia humana arte fabricata sunt, ceu menia atq; naues. Alpheus autem iste, et stadia, atq; hippodromi, tum etiã luci ante homines in his locis fuerunt, et his quidem potum lauacrúmque suppeditat: latitudo autem planiciei ad equorum certamen est idonea, puluerulentus autem ager cursoribus, & athletis spacia subministrat. Cum terminum quendam, & metas idoneas longitudo*
uallis

uallis præbeat, luci autem frondes exhibent, quibus ui-ctores coronentur, præbeat etiam congruum locũ ubi Athletæ currendo se exerceant. Hæc igitur quondam *meditatus* Hercules, *& naturalem* Olympiæ *pulchritudinem amans, locum ipsum dignum ludis, qui hic etiam hodie celebrantur, & aptißimum esse iudicauit.* Cũ *iam dies quadraginta fuisset in* Olympijs *uersatus* Apollonius, *ibique multa sapienter disputasset in ciuitatibus* Græcis, *inquit, ò uiri uobiscum loquar in festis, in pompis, in mysterijs, in sacrificijs, in libationibus.* Hæc *enim urbano uiro indigent.* Nunc *autem in* Lebadeam *descendere mihi necesse est, quia* Trophonium *adhuc non sum affatus, licet aliquando illius templum intrauerim.* His *dictis in* Arcadiam *profectus est, neminem relinquens eorum, qui se admirabantur.* Lebadeæ *autem angustiæ* Trophonio Apollinis *filio sacratæ sunt, ad quas his solum qui oracula petunt aditus patet.* Posita *autem est illius statua non in templo, sed in tumulo, qui paulum templo supereminet, quem ferrei obelisci undique claudunt: descensus autem adeo angustus, ut non aliter quàm sedendo ingredi quis poßit.* Demittuntur *autem eò, qui intrare uolunt albis uestibus induti, & mellitas placentas manibus portantes, quibus reptilia demulceant, quæ intrantibus obuiam serpunt.* Emittit *autem terra, hos quidem longe, illos uero lõgißime: quidam & ultra* Locros Phocẽcesq; *emittũtur, pleriq; etiã ad* Bœoticorum *fines.* Ingressus *igitur templum* Apollonius, *uolo inquit ad oraculi interiora penetrare: id cum*

Lebadea.
Trophoni⁹.

cum prohiberent sacerdotes, & populo palam dicerēt, se nunquam incantatori homini cōcessuros, ut oraculū pollu at, ipsi Apollonio inualidas quasdā afferēbant excusationes. Quapropter eo die Apollonius ab ingressu se continuit, atq; secus Ernynium fontem considens, de causa modoq; orandi disputauit, causas afferēs cur ille solūmodo petētibus responderet. Noctis aūt principio, ad speluncæ fauces ueniens, plurimis adolescentibus comitatus, quatuor obeliscos, quæ speluncæ adytum claudebant reuellens sub terram penetrauit, & cum Trophonio locutus est: quod ipsi deo tam ualde gratum fuit, ut sacerdotibus postmodum in somnis apparens, illos in admirationem uiri conuerterit, eisque præceperit ut ipsum in Aulidem prosequerentur, quòd illic miranda quædam signa esset ostensurus: permisit autem ut ibidem permaneret dies septem, quod alij nunquam eorum qui ad oraculum intrassent concessum fuerat. Detulit antem Apollonius libellum, ubi ea, quæ interrogauerat ab oraculo perscripsit. Cum enim ingrederetur, sic deū ille allocutus est. Quamnā ò Trophoni ueram uirtutem & purissimam philosophiam esse putas? Continebat autem libellus ille opiniones Pythagoræ; quas illius oraculi consensu probatas esse monstrare uoluit. Est autem is libellus Antij suspensus, & ob eam maxime causam is locus celebratur. Est autem Antium ciuitas Italiæ secus mare posita. Antium. *Hæc autē quæ de Trophonio scripsi multos eorum qui Lebeadam incolebant audisse scio. De libello autem hoc mihi relatum est, fuisse libellum hunc post mortem*

Apol-

Apollonij delatum ad imperatorem Adrianum, & simul Apollonij epistolas aliquot. Non enim omnes colligere potuit, atque hæc omnia Adrianus in regia, quam Antij habebat collocauit. Nam præter cæteras Italiæ ciuitates Antio maxime delectabatur Adrianus. Venerũt autem illuc ex Ionia familiares omnes Apollonij, quos Apollonienses philosophi. *Apollonienses philosophos Græci uocabãt: ibi locorum indigenis permixti iuuentutem effecerunt, cum numero, tum amore studioq; erga philosophiã admirabilem. negligebant autẽ penitus oratoriã facultatẽ, & eius disciplinæ professores aspernabantur, q linguam dumtaxat, non autem mentem redderent eruditiorem. Properabant igitur undiq; uiri ad eius philosophiam perdiscendam.* Gyges. Crœsus. *Ipse autem (sicut de Gyge quondã, & Crœso perhibetur apertas habuisse thesaurorũ suorum fores, ut egentibus omnibus inde liceret accipere) sic omnibus uolentibus suam impartiebatur sapientiam. Cum se quidam calumniarentur, q principum familiaritates uitaret, & auditores à rebus agendis ad nimiam quietem abduceret: redarguerent etiam, q uenietibus ad se mercatoribus discipulos tanq̃ pecudes abigeret, planè inquit, ita facio, ne fortè lupi gregem inuadant: quid autẽ hæc uerba uoluerint ostẽdam. Cum uideret mercatores à pluribus cum admiratione quadam aspici, q ex pauperibus diuites euasissent, odiúmque ab ijsdem adeo contemni, ut lucri causa ab omnibus odio haberi paruifacerent, adolescentes ab eorum congressu abducebat: & si qui ad eum alloquendum uenissent, grauibus uerbis castigabat,* + ἀπλώνων *+ ut inustam illis maculã deleret: aliâs enim in*

eos

eos grauiter fuerat inuectus. De carcere uero ubi Romæ inclusus fuerat, & de ijs qui secũ una, partim uincti, partim autẽ necati ita sentiebat, ut calumniatorũ, & eorum qui dicendi facundia possent id opus magis quàm tyranni esse opinaretur. Dum in Græcia studijs intentus degebat Apollonius, in cœlo tale quoddam + prodigium apparuit. Corona quædã iridi similis solem circundedit, quæ radios eius ac lumen obscurabat. Putabant igitur omnes tali signo rerum nouitatẽ aliquam portendi. Græciæ uero præfectus Athenis in Boetiam Apollonium accersens. Audiui inquit Apolloni te dæmonum quadam sapientia præditum esse. An etiam inquit Apollonius, humana me scire audiuisti? Audiui inquit ille, & auditis assentior. Quoniam igitur quod dixi confiteris, inquit Apollonius, noli de consilijs deorum esse curiosus: hoc enim ipsum humana laudat sapiẽtia. Sed cum ille mitioribus uerbis Apollonium placasset, & quæ cogitarat proferre ausus esset, uereor inquit, ne cuncta uertãtur in noctem. Cui Apollonius con fide inquit, nam hac nocte lumen aliquod prodibit. Post hæc Apollonius ubi recte disposuisse censuit, cũcta quæ in Græcia componenda uidebãtur, & illic biennio mansisset in Ioniam nauigauit, eúmque socij & familiares omnes sunt secuti. Diutius autem apud Smyrnas & Ephesum philosophatus est, quàmuis & alias Ioniæ ciuitates peragrauerit, & ab omnibus cum summa lætitia uoluptateq; susceptus est. Nam omnes magno illius desiderio tenebantur, itaq; permultũ lucri fecisse putabantur q̃ ad eos diuertisset. Extrudebant dei tunc tẽporis

Σαφῶς ἀπέπτ.

+ Διοσημία.

Domi-

Domitianum ab hominum imperio, eiusq; mortis causa in hunc maxime modum exorta est: Interfecerat Domitianus Clementem uirum consularem, cui propriam sororem matrimonio desponderat, palàm etiam dixerat, post tertiam quartámue diem ipsam quoque ad uirum esse profecturã. Stephanus igitur mulieris libertus, cuius nomen figurã uisit pridẽ in cœlo portẽti significabat (nam corona Græce ϛέφανος *dicitur) siue de interfecto Clemente cogitans, siue omnium Romanorũ ciuium seditionem miseratus, Tyrannum interficere perinde aggressus est, atq; olim Atheniensiũ liberrimi fecerant. Is igitur breuem gladium in sinistræ manus brachio collocans, manum tanquam fractam multis fascijs circumligauit, inde tyranno à foro, ubi ius dixerat redeunti obuiam procedens, opus mihi est inquit ò rex, secreto quædam tibi referre, audies autẽ ex me res magnas atque mirabiles. Cumq; Tyrannus colloquium nõ abnueret, in porticum, quæ regiæ adiacebat illum deduxit. Tunc Stephanus non est inquit mortuus, ut arbitraris inimicißimus tibi Clemens, sed uiuit adhuc, egoq; id optime scio, & ipse est qui nunc aduersus te irruit. Clamantis autem Regis, & ob ea quæ audierat perturbati, Stephanus ab alligato brachio gladiũ educens fœmur perfodit, uulnere quidem ad subitam mortem afferendam non sufficienti, sed quod diutius cruciatum extinguere tandem posset, cum nullis medicamentis esset curabile. Ille uero & alioquin robusto corpore, & annos ætatis quinque supra quadraginta natus, propter uulnus minime deiectus est, apprehẽsoq; Stephano superincumbẽs,*

erucre

eruere oculos nitebatur, & faciem aureo calice (qui forte sacrorum causa astabat) pertundens, Palladem ut sibi ferret auxilium inuocabat. Audientes autem clamo rem corporis custodes, aliquo modo illum opprimi co gnouerunt, uniuersi igitur accurrentes, cum iam pene exanimatum offendissent, aliquot illatis uulneribus in terfecere. Et haec quidem Romae agebantur. Ephesi au tem Apollonius eadem ipsa quasi ante oculos posita cō spexit. Dum enim haec Romae in regia agerentur, ipse forte in xysti lucis meridie disputabat, et primo quidē uelut repentino pauore perculsus uocem demisit, dein de concise magis q̃ consueuerat uerba proferre cœpit: ut facere solent, quibus in media oratione nouum ali quid & incredibile occurrit. Tandem uero quasi eorū quae dicere uellet oblitus, conticuit, toruis oculis in ter ram aspiciens: tres inde aut quatuor passus è loco ubi constiterat progressus, percute Tyrannum, percute cla mabat: non ut qui è speculo ueritatis imaginē traheret, sed qui res ipsas ante ipsas fieri uideret, & auxiliū af ferre conaretur. Cum stuperent Ephesij qui frequentes aderant, subsistēs Apollonius, sicut facere solent, qui rē aliquam dum fit uidentes, quo tandem euasura sit expe ctant, tandem confidite inquit ò uiri, Tyrannus nanq; occisus est hodie: quid autē dixi, imò potius hoc ipso tēporis momento, ita me Pallas adiuuet. Id enim eoipso tēpore gestum est, quo me conticentē uidistis. Cumq; in sanire illum putarent Ephesij, cuperent tamen uera esse quae diceret, sed propter periculi magnitudinē talibus uerbis aures praebere metuerēt, nō miror inquit Apol

lonius uos mihi non adhibere fidem, iam nunc ea narrãti apud uos, quæ nondum omnes qui Romæ sunt cognouere. Sed iam ecce cognoscunt. Concurrũt enim undiq; & fidem adhibẽt, multiq; iam ob gaudium saliunt, imò uero populus uniuersus exultat, nec ita multo post nuntius hoc ipsum significans aderit, propterea sacra facere uos eo usq; differte, quoad certiores hac de re facti fueritis. Ego autem pro his, quæ uidi deos adoratũ proficiscor. Cum adhuc illi quæ dicebantur non satis crederent, festinantes tabellarij cum literis talia significantibus superuenere, quæ etiam Apollonij sapientiam testabantur. Nam Tyranni interfectio quo die facta fuerat, & qua diei parte meridie scilicet, & ab interfectoribus, quos ille fuerat adhortatus, ita facta fuisse nunciabatur, sicut disputanti Apollonio dij præmonstrauerãt.

Nerua Augustus.

Post dies triginta à Nerua literas accepit, nuntiantes se Romanorum imperio potitum esse. Idq; cum deorum numini, tum Apollonij consilijs acceptum referre: Sperare autem se facilius illud gubernaturum, si consiliario Apollonio uti posßit. Ad eum igitur Apollonius hoc ænigma rescripsit. Nos quidem ò rex, & quidem diu simul erimus, ubi neque nos alijs, neque alij nobis imperabunt. Iam enim ut arbitror agnoscebat sibi cito è uita migrandum esse, & NERVAM breui tempore imperare debere. Annum enim & menses quatuor duntaxat imperauit, cum optimus rex & modestißimus haberetur. Post hæc autem ne dilectißimum amicum præsertim in imperio constitutum negligere uideretur, epistolam ad eum scripsit, nonnulla monentem eorum,

quæ

quæ in imperio acturus esset. Tum Damidem ad se uocans, tuam inquit operam res præsentes exposcũt, cum enim arcana quædam in epistola contineantur: tum alia quædam sunt, quæ meo nomine regi nuntiari abs te uelim. Sero autem uiri calliditatem se percepisse scribit Damis. Epistolam enim optime compositam, & res maximas continuisse refert, potuisse tamen ab alio etiam deferri: quæ igitur hac in re uiri calliditas fuerit osten dam. Consueuerat enim in omni uita Apollonius frequẽter hãc sententiã proferre, late cum uixeris, sin minus id potes, late cum sis è uita discessurus. Vt igitur à se Damidem amoueret: & ne coram testibus moreretur, occasionem epistolæ meditatus est qua illum Romã mitteret. Et Damis quidẽ cum ab eo discederet, uehementer se turbatum dicit, quãuis futurorum ignarus esset. Apollonius aũt quãuis optime sciret, quid euenturũ esset, nihil tamen abeunti dixit, quale dicere solẽt, qui se nunq̃ amplius mutuo sint uisuri, adeo persuadendi cupidus erat se semper esse uicturũ. Discedentẽ tamen his uerbis admonuit. O Damis quanquam satis in te ipso habeas philosophiæ, me tamen respice. Et de Apollonio quidem Tyanensi hactenus ab Assyrio Damide scriptum est. Nam de mortis genere, si modo mortuus est, nihil est à Damide scriptum. Sermones autem multi uarijq; circunferuntur, quos ego penitus omittendos non putaui, ut congruum finem nostra contineret oratio. Nam quo tempore ætatis mortuus fuerit, nihil à Damide scribitur. Aliorum uero quidam octogesimũ, alij nonagesimum, pleriq; etiam centesimũ ætatis annũ

λάθε βιώσας, εἰ δὲ μὴ δύνα, λάθε ἀποβιώσας.

Appollenij discessus è uita.

excessisse perhibent, & corpus habuisse senio quidem confectum, rectum tamen, & ad omnes uitæ usus idoneum, ita ut aspectu pene iucundior esset q̃ in iuuenta fuerat. Inest enim, & senibus propter reuerentiam pulchritudo sua, quæ in illo maxime uigebat, idq; ex eius imaginibus quæ Tyanæ in templo constitutæ sunt licet intueri. Hoc ipsum & orationes à quibusdam æditæ ostendunt, quæ Apollonij senectam laudabiliorem adolescentia Alcibiadis fuisse testantur. Traditur autẽ à quibusdam ipsum Ephesi decessisse, ubi duarum ancillarum ministerio utens degebat, ut illi dicunt. Iam enim liberti eius omnes, de quibus in principio diximus decesserãt. Cumq; ipse alteram ancillarum libertate donasset, accusatur ab altera quòd non se quoq; sicuti comitem iuberet liberã esse. Cui Apollonius ne me perturbes inquit, tibi enim magis expedit illi seruire, quàm libera fieri: illinc enim bonorum quæ habitura es, principiũ tibi proueniet. Mortuo igitur Apollonio: cum illa quæ in seruitute relicta fuerat alteri seruiret, ob paruam quandam indignationem mercatori cuidam uendita fuit, & quãuis formosa nimium non esset, ab ipso uehementius amabatur. Cumq; diuitijs abundaret mercator, uxorem sibi illam asciuit, & ex illa filios procreauit. Alij in Lyndo mortuum asserunt Apollonium, cum Palladis templum ingressus repente ex hominum conspectu disparuisset. Alij in Creta mirabiliori etiam modo interisse narrant. Manere autem tunc temporis in Creta Apolloniũ magis quàm antea consueuerit ualde miror. Ferunt autem ipsum in Dictææ matris templum intempestiuis horis

quibuſdam uenire conſueuiſſe, ubi templi cuſtodes propter maximas quæ illic erant diuitias, canum uigilias complures præfecerant, qui ut à Cretenſibus fertur, urſos etiam, & eiuſmodi alias beluas facile uincerent. Venienti tamen Apollonio nõ adlatrabant, ſed demiſſa cauda, accedentes illi blandiebantur, magis etiam q̃ ijs quibus dudum iam erant aſſuefacti. Templi igitur antiſtites, tanquam incantatorem ſacrilegũ comprehenſum ligauerunt, accuſantes quòd canibus placandis eſcam aliquam obieciſſet. Ipſe uero media fere nocte ſeſe uinculis eximens, cuſtodibus qui eum uinxerant nominatim appellatis, ne diſcedẽs uelle latere uideretur, ad templi fores acceßit, quæ ſibi ultro patuerunt. Cunq; ipſe templum intraſſet, fores iterum, ut erant antea ſeſe clauſerunt, & uox quaſi cantantium uirginum in templo eſt audita. Erant uero cantantium uerba huiuſmodi, ςᾶχε γᾶς ςᾶχε ἐς οὐρανὸν, ςᾶχε, hoc eſt, Veni à terra, ueni in cœlũ, ueni, quaſi diceret, aſcende de terra ſurſum. De anima uero q̃ ſit immortalis, uiſus eſt etiam poſt mortem philoſophari, & dicere uera eſſe: quæ de illius immortalitate tradantur, cum tamen non ſineret homines curioſius de re tam magna perſcrutari. Venit enim Tyanam adoleſcẽs quidam in diſputãdo acutißimus, & qui non facile ueritati etiam cederet. Cunq; iam è uita migraſſet Apollonius, magna erat opinionis eius facta mutatio. Et licet aperte contradicere nemo auderet, aut mortalem animam eſſe palam aſſerere, uarij tamen ſermones habebantur. Multi nanq; illic iuuenes erant ſapiẽtiæ ſtudijs dediti. Adoleſcẽs itaq; opiniõi de immor

talitate animæ non consentiens. Ego, *inquit, ó uiri* Tya*nei mensem iam decimum sum precatus* Apollonium, *ut mihi quid esset de anima sentiendum reuelaret, ipse uero usq; adeo mortuus mihi uidetur, ut orantium uoces non audiat, nedum immortalẽ esse animam persuadeat.* Hæc *quidem coram populo adolescens est locutus.* Post *quintũ uero diem, cum apud populum identidẽ philosopharetur in eodem loco, ubi disputans cõstiterat obdormiuit.* Cæteri *uero iuuenes, qui studia literarum sectabantur, partim libris legendis incumbebãt, partim* Geo*metricas quasdam figuras designabant in puluere: ille uero tanq̃ furore quodam correptus exiliens, multoq; sudore manans clamabat, ego tibi fidem adhibeo* Apol*loni: cumq; astantes interrogarẽt quidnã passus ita exclamaret?* Nonne *uidetis, inquit, sapientem* Apolloniũ *uobis superstare, et omnia quæ dicuntur audire, cũ ipse etiam rationes admirabiles de anima proferat. Cumq; illi ubi nam esset interrogarent, à nullo enim ipsorũ conspiciebatur, quanq̃ id multo magis optare se dicerent, q̃ omnium hominum bonis potiri, mihi soli, inquit, uisibilis aduenit adolescens, de his mecum locuturus, quæ antea non credebam. Audite igitur quæ tanq̃ oraculum quoddam mecum diuinitus est locutus.*

Ἀθάνατος ψυχὴ, κοὐ χρῆμα σὸν, ἀλλὰ προνοίης,
ἣ μετὰ σῶμα μαρανθὲν ἅτ᾽ ἐκ δεσμῶν θοὸς ἵππος
ῥηϊδίως προθοροῦσα κεράννυται ἠέρι κούφῳ.
δεινὴν καὶ πολύτλητον ἀποστέρξασα λατρείην.
σοὶ δὲ τί τῶνδ᾽ ὄφελος, ὁπότ᾽ οὐκέτι δόξεις.
ὃ ἢ μετὰ ζωοῖσιν ἐὼν, περὶ τῶνδε ματεύεις.

Hoc

Hoc eſt.

Eſt anima immortalis, & incorrupta manebit,
Non tua res, uerum quæ prouidet omnia Diuæ,
Quæ uelut acer equus corrupto corpore uinclis
Proſilit & tenui miſcetur flamine cœli,
Cui graue ſeruitium eſt atq; intolerabile uiſum.
At tibi quid nã operæ eſt pretiũ hæc cognoſcere q̃
Talibus haud quaq̃ credas dũ corpore uiuis. (tum

Sic manifeſte Apollonij oraculum arcana protu-ſlit de ipſa anima, ut periti homines ſuam naturam cognoſcentes, eo proficiſcantur quo fata iubent. Sepulchrum autem tanti uiri, aut Sepulchrale nuſquam uidi, quamuis magnam habitabilis terræ partem peragrauerim. Omnium autem ſermonibus tanquam Deus colitur, at Tyanenſes regijs illum honoribus proſequũtur. Nec immerito, neque enim reges dedignati ſunt ijſdem honoribus illum honorare, quibus ſeipſos dignos eſſe arbitrabantur. ψευδοταφία.

FINIS.

EPISTOLA

Zenobius Acciolus Laurentio Medices Petri
Filio. S. D.

NON sine dei cõsilio factum arbitror Laurenti, quod in Eusebij Cæsariensis episcopi uolumẽ nuper inciderim, quo Philostrati libri octo, de Apollonij Tyanei uita, & moribus refutantur: quanquam enim suspicari uix licet ex Philostrati lectione bonum uirũ desipere, grauemq; posse, cum sit ille doctiorum consensu maximus fabulator, eiusq; Tyaneum non Diuus modo Hieronymus, ac nostrorum pleriq; magũ appellẽt: sed Lucianus Rhetor in Alexandro, cum tota eum familia detestetur, quia tamen non omnes æque prudentes sumus, & in ea tempora incidisse uidemur, quibus studio si adolescentes iuxta Pauli sententiam, non inuiti ad fabulas conuertuntur, uotis est omnibus expetendum, ne qua detur occasio cuiquam id agendi, quod Alexander olim Mammææ filius imperator, & Hierocles Philosophus factitarunt, quorum alter suo in larario Tyaneũ Christo Abrahæq; adiũxit, quem pro deo ueneraretur, Alter uero ex Philostrati monimẽtis rem multo nequiorem aggressus, philalethem in Christianos librum conscripsit: nihil aliud in eo struens, quàm ut Apollonium Tyaneum Iesu Christo cõferret. Probe igitur Eusebius noster ille quidem pro nobis semper acerrimus propugnator nõ quibus alios strauit armis cõtentus, propria se in Hieroclem rhomphæa, iaculoq; armauit, particulari scis-

ri scilicet libro ad utriusq; leuitatem tollendam maxi-me facto: qui si ad manus olim Alemanni Rinuccini ue-nisset, utriusque linguæ studiosi ciuis nostri, qui tem-poribus his Philostratum latinum effecit, puto equidem in hoc potius uertendo laboraturum fuisse, aut illi saltē moderatorem hunc fuisse, correctoremq; adiuncturum, ut sicut ibi officiosus uir doctis auribus multarum rerū cognitionem, & cosmographiæ notitiam comparabat, ita facem quoq; ad euitandos scopulos prætulisset. Ve-rum illi quidem, quod pro rei argumento nullo malo cō silio profuit, laus est danda, neq; uero cæteris, siqua ma ioris boni datur occasio relinquenda. Cum itaq; librum hunc in bibliotheca gentis uestræ multa uetustate quasi abolitū reperissem, meas esse partes existimaui, per me ut latine loquens prodiret, qui nuper in Sacrum diui Dominici ordinē ascitus essem, pro tuenda Christianæ fidei ueritate modis oībus excubantē, atq; his ceu reli-gionis nostræ primitijs, bonis iuuenibus, studiosisq; pro dessem. Neq; enim uerendum, quin si nō inscitiā quidē meā, sed disputantem Eusebiū contēplentur, Philostra-tum sumere tuto in manus possint, cū per Eusebij librū hūc exarmatus iā sit ille, atq; extinctus. Præcipua uero mihi ratio illa fuit uni tibi potissimū nuncupandi, quia cum tu me & fraterne habendo, & in bonis literis ad-iuuando, magnos diu feceris sumptus, ita mea tibi oīa deberi intellego, ut siqua etiam posthac sim cæteris di-caturus, tui tamen illa quoq; futura sint iuris. Cape igi-tur humanitatis erga me tuæ fructus aliquos Laurenti, quos tibi & nostra necessitudo, & Eusebij autoritas

dulces scio, gratosq; præstabūt. Sed et tu perge semper aliquid de deo Opt. Max. meditari: ut sicut hic charitate magna uincimur, ita bonis operibus incumbendo, dei misericordiam prouocantes, simul quoq; cœlesti patria perfruamur.

EVSEBII

CAESARIENSIS EPISCOPI

liber contra Hieroclem, qui ex Philostrati historia comparauit Apollonium Tyaneum saluatori nostro Iesu Christo.



EN AMICE ILLA QVO que suspicere dignum est, quæ modo hic Hierocles Paradoxa iactabat magistro, ac Saluatori nostro Tyaneum componens? Nam si reliqua ipsius philalethis deliria cōtemplemur (pulchre enim ueritatis inscriptione cessurū putat suis contrà nos libris) haud ita magnum operæ nūc pretium fuerit, in eo duntaxat uersari me, ut ostendam quæ illius feruntur scripta, non esse quidem sua ipsius, sed ex aliorum non sententijs modo, uerum dictionibus quoq; ipsis, ac penè syllabis impudenter subducta, non indigna nimirū quæ et ipsa sua quādoq; refutatione damnentur. Tametsi re quidem ipsa iampridem, licet non

destinato contrà se stilo, satis illa euersa uideantur, uoluminibus octo ab Origine conscriptis in Celsi orationē, quæ uera inscribitur, uel philalethe ipso arrogātiorem multo iactantioremq́; ibi enim rationes ille omnis abunde complexus, quicquid in eam rem cuiquam uel dissertum est unquam, uel dissereretur omnino, quasi præoccupatione dissoluit: eò nos igitur ablegātes, siqui paulo maiore studio detinentur nostra ex fide noscēdi, age solum hoc tempore contemplemur, ex philalethe ipso dominum nostrum IESVM CHRISTVM *Apollonio comparatum, inutilem prorsus operam deputantes, si de ijs cum eo digladiemur, quæ aliunde is compilauit. Merito enim quæ ad Apollonium spectant primā à nobis, ac totam operam postulare uidentur. Quod unus hic omnino, præter cæteros omnis qui contra nos stili aciem distrinxerunt, singulare malum inuexit, impuri scilicet hominis ad Saluatorem nostrum commißionem. Admiratur ergo hic et penitus confitetur Apollonium Tyaneū, nō ueneficijs quidē ullis, magicisue præstigijs, sed arcana quadam sapiētia diuinarū rerum, mirabiliū operum effectorem: temeraria quadam fide, nulla tamē demonstratione in hanc sententiam demersus & confirmatus. Audi uero quibus instrepat uerbis. Susq; deq; nugantur inquit Iesum tollentes, ut qui cæcis uidendi reddiderit facultatem, & alia id genus admiranda præstiterit. Tum & paulo mox ita rationibus colligit. Videndum porro ne dijs gratißimi hominis facta latere Christiani contendant. Hæc ipsius* Hieroclis *uerba sunt in oratione contra nos scripta, cui titulus philalethes.*

Damis

Damis igitur qui cum Tyaneo plurimum uixit peregre eum de Assyria comitatus, ubi & illi primum congressus est, ex illo cœptam inter se amicitiam in historiam confert. Nam Maximus quidem particularia quædam hominis huius facta parce admodum, breuiterq; perstringit. Athenienfis uero Philostratus, & utrunq; complexus, & aliorum quoq; se scripta collegisse affirmans, exactißimam sanè ab incunabulis inde orsus obitu quoq; tenus historiam texit: si quando igitur licet nostram quæso (ut isti) aiunt leuem simplicitatem, contraq; Philalethis acre illud comparandis rebus omnibus, firmumq; iudicium disquiramus. Non id quidem hoc loco inspicientes, uter maiorem præstet diuinitatē, pluráue miracula, & illustriora effecerit, neq; quod de uno tantum redemptore nostro, ac domino Iesu Christo in humanitatem uenturo diuinitus inspirati prophetæ à seculo uetustatis Hebraicæ prædixerunt, non quod multo plures idem Iesus cœlestis doctrinæ uerbo ad se conuertit, non quod ingenuis, ac legitimis discipulis clare paratis ultro pro illius doctrina mortē subierit, nō quod frugalis uitæ ludum solus aperuit futuris quoq; seculis fructuosum, non quod uirtute suæ diuinitatis orbi terrarum salutaris affulsit, hodieq; multa hominum millia undiq; ad haustū diuinæ sapientiæ suæ trahit, non quod unus ab omni hominum genere tot iam seculis oppugnatus, contra tamen hostiliter impellentes, siue illi gentium reges, siue subiecti, inuictus, ac inexpugnabilis durat, robore quodam diuinitatis occulto sacræ reluctantibus doctrinæ sese insinuans. Quam uero semel ipse uerbi

uerbi ſapientiam pectoribus inſeuit, atq; transfudit, per immenſa ſecula terræ ambitus ditione magna conſeruans, non deniq; quod uirtutis entheæ uim nunc quoq; plane teſtatur impuros dæmonas uel corporibus hominum uel animis inſidentes ſacroſancta duntaxat noīs ſui compellatione extrudēs: hæc enim ſecum de Apollonio cogitare ſummæ cuiuſdam ſit, nedum alios ſciſcitari, dementiæ. Quæ nos omnia poſthabentes, unam modo Philoſtrati penſitemus hiſtoriam: ex hac enim certis rationibus conuincemus Apollonium non inter philoſophos locum, ac ne inter mediocris quidē, ac uſitatæ probitatis uiros dignum ſortiri, nedum ſit ille Saluatori noſtro ratione aliqua conferendus: quatenus inquam colligere eſt de ipſo philalethis autore eruditione quidem magna referto, ueritatem uero ipſam probro afficiente: huius enim notæ PHILOSTRATUS ipſe eſt cum alijs omnibus apud illum ſcriptoribus. Ex quo nobis planè conſtare poteſt, cæteros quoq; quos ille autores habet, cognitione quidem multa rerum magnaq; fuiſſe, minus tamen in eo laboraſſe, ut Apollonij uitam fideli hiſtoriæ commendarent: his itaq; ad diſquiſitionem collectis ſatis puto conſtabit, & philaletis huius indicia ſimul cuncta, teſtimoniaq; complexi, acre illud in Chriſtianos, rerumq; omnium, ut de ſe ipſe ait, iudicium conſultiſſimum, noſtraq; uiciſſim quos ille pro tardis, ac deceptis habet (ut eiuſdē uerbis utar) inepta leuitas, et ſtoliditas pateſiat. Neq; uero me latet aliū quidē audacter ſtatim à maledictis ſcribendi initium fuiſſe ſumpturū, uelut hoſti inſultantem, cōtra quem ſcripturū ſe noſſet.

Ego uero amice alia mihi ratione agẽdum censeo. Nam Tyaneum quidem magna olim rerum humanarum sapientia fuisse hominem credidi. Velimq́; nunc etiam modo liceat eadem in sententia permanere. Denique si de Tyaneo quid sentiam plane me rogas, ego sic statuo. Si quis hunc in philosophorum albo repositum uelit, ita sane ut fabularum figmentis æquos naturæ fines minus conturbet, nullam fore à nobis inuidiam, quin magnifice de illo & sentiat & loquatur. Sin uero quis terminos euagari, supraq́; philosophiam se ferre ausit, siue ille assyrius DAMIS, *Atheniensisue* Philostratus, *siue historicus, oratórue ille sit, uerbis quidem uenesicia diffitens, re tamen ipsa magis hominem deprimens quàm oratione attollat, hic sane uelut egregie personatus* Pythagoræ *disciplinam fronte effingens, se quidem nobis philosophum ostentabit, asinus tamẽ erit leonis pellem superindutus, neq; aliud plane quàm ciuitatũ spectabilis circulator, ac clamosus sophista, magusq́; pro philosopho, ac ueneficus deprehendetur. Vnde uero in hanc sententiam ducar, quæso attende. Naturales termini quidam sunt substantiæ uniuersæ principia medium finesq́; circumplexi, modos scilicet rerum omniũ, legesq́;, quibus ex rebus quantacunq; hæc mundi machina & structura perficitur: hi uero termini solidis legibus disponuntur. Nexibusq́; firmißimis cohærẽtes, prouidentiæ gubernantis, sapientißima decreta custodiunt & asseruãt. Haud igitur unquam temere loco moueat, ordinemq́; commutet eorum quicquam, quæ ita semel disposita atq; instituta sunt: omnis enim, quem cupido*

paulo

paulo audentior subit, ultra naturæ leges se ferre, quo minus id facere possit, iisdem legibus coercetur. Neq; enim est aquatilem piscem degere in terras tralatum, neq; terris innutritum animal sic urinabit, ut assiduam sub aquis diligat moram: non exultim ita solo tolletur, ut cœlo pensilis (quãquam id ualde appetat) queat aquilis interesse. Cum tamen uolatilium sit ad terram descẽsus, alarum præpetem illam uim cursumq́; sistentium: ita enim diuinis legibus sanctum est, ut summa imis per descensum communicent, nõ tamen quod humile, ac terrenum est in sublime continuo sese tollat. Eadem ratione mortalis homo cum sit ex anima & corpore constitutus, iisdem quoq; terminis coercetur, ita ut nec aerẽ graui corpore peragrare quisquam contendat: ceu terrestres semitas aspernatus, quin ad terram cõtinuo deuolutus meritas insaniæ pœnas exoluat, neq; uana opinione mentem suffectus, inaccessas uias animo peragrabit, nisi qui atræ bilis morbo corripiatur. Sapientius ergo fecerit, ac modestius multo, si congruentibus uestigiis terra incedat, animumq́; doctrina, ac philosophia subnixus, uotis exposcat, de supernis domiciliis adiutorem sibi aliquem, columemq́; adesse, à quo de cœlesti felicitate instrui edoceriq́; possit, ut enim exẽplo iam constat, pár est ægrotis medicum adhiberi, præceptoremq́; disciplina sua imbutis præsto esse discipulis. Neq; minus eos qui supernas incolunt sedes, congressus hominum quamuis infimorum non dedignari, uicissim uero fieri nullo modo. Ex quo intelligi nobis datur rationem nullam aduersari, quin natura ipsa diuina cum benefica sa

lutarisq́;

salutarisq; sit, rerum præsertim omnium curam gerẽs, in commercium sese hominum, familiaritatemq; demittat, diuinæ prouidentiæ lege ita maxime permittente. Bonus est enim deus ut inquit Plato, bonũ uero nulla rei cuiusquam subit aliquando inuidia. Non igitur bonus ille cum sit rerum omnium gubernator, ac Pater, unius modo corporis curam geret, quin multo & animarum magis, utpote quibus æternitatis munus, ac liberæ uoluntatis arbitrium cõtulit. hic inquam uniuersæ dispositionis autor & magister, habiles suapte natura animas conspicatus ad ea bona percipienda, quorum ipse bonorum uim illis gratificatur, eisdem quasi luminis sui radios ubertim infundet. Angelum quempiam de maxime sibi adiunctis ad eorum qui in terris degunt, salutem quandoq;, usumq; demittens. Quod si quẽ tanto munere fortunari contingat, tam ille mentem animumq; purgatus, mortalitatis labe omni depulsa diuinitati facile transcribetur, ac ueluti magni cuiusdam imaginem dei anima circumplexus, tantus iam erit, ut uniuersum hominum genus in se moueat & conuertat, mundumq; sole ipso splendidius illustrabit, monimenta sibi insitæ diuinitatis posteris quoq; suis de se relinquens, neq; minus opificijs ullis quæ ex inanimi materia constãt, entheæ naturæ præferet argumentum: atque hac demum ratione particeps homo fiet naturæ sublimioris. Secus uero imbutum nequaquam fas sit metas finesq; trãsire: non inuolucri inq̃ corpore uias auium affectare, neque humanæ conditionis oblitum, quæ ad dæmonas spectãt curiosius indagari. Quæ cum ita se habeant, quid tantopere

topere nobis Apollonium circunducis ſcriptor egregie? Siquidem hunc diuinum cenſeri fas eſt: philoſophoq; maiorem, & ut ſemel dicatur excellentis cuiuſdam ſupra hominem facultatis, inſpiciatur ſane totius quæ de illo ſcribitur, hiſtoriæ argumẽtum. Tum ſiquod ex illo ſupereſt opus diuinitatis, age depromito. An nõ quæſo abſurdum maxime eſt, architectorum quidem opera & fabrorũ uel ijs ipſis uita perfunctis in longinquum ſane tempus extare, unde illorũ nomẽ æternitatẽ mandetur, diuinam uero naturam inter homines ſplendeſcentẽ, ita anguſti tẽporis interuallo obſcuram euanuiſſe, neq; in ſeculũ uirtutis ſuæ monimenta teſtari, nõ Damidis quidẽ neſcio cuius, aliorumq; breui dilabentiũ hoĩm teſtimonia mendicantẽ, ſed utilitate ipſa in multa hoĩm millia, neq; horum modo, à quibus dignoſceretur, ſed ad poſteros pertinere, lõge lateq; diffuſam? hoc procul dubio pacto conſtat ueteres ſapientes, uirtutis ſuæ imitatores q̃ plurimos, ſucceſſoreſq; reliquiſſe, ſtabili ad bene uiuendũ tradita illis norma. Quod ſi hominem hunc mortalitati aſcribis caue ne plus illi ad gratiã tribuens q̃ par ſit, pœnas uiolatæ rationis expendas. Atq; diuinus quidã homo à Philoſtrato nobis adducitur ſub ipſius genituræ die marini Dæmonis figurã faciemq; indutus. Matri enim adhuc uentrem ferenti ſpecies marini dei eſt arte oculos obuerſata. Proteus ipſe ſcilicet uerſilis apud Homerũ in figuras omnigenas Deus: ea uero nihil perterrita, q̃d paritura eſſet eũ interrogauit. Me ipſum paries inquit ille. Quis tu autem? Proteus ille inquit Aegyptius ſum. Tũ florido in prato cycnos

ait nescio quos parienti illi pro obstetricibus affuisse. Nullo tamen unde hoc hausit, citato autore. Neq; enim puto fabulæ huius narratorem scribet Assyrium Damin. Tametsi haud multo post eadem in historia scribat Apollonium quasi diuinitate iam præditum sese Damidi adiunxisse, his fermè uerbis illi congressum. Ego amice uocum omnium & linguarum cōscius sum, licet nullas didicerim: quóque minus mirere, potis ego sum latentes cogitatus, captusq; deprehendere. Cultum quoque Apollonium scribit in Aesculapij templo, deo id maxime approbante, neque uero doctum fuisse, sed ab infantia præditum naturali quadam rerum præsensione. Deniq; ab ipsa protinus genitura Apollonium sine artis impendio uelut homine potiorem tota historia nobis effingit. Sed tum præcipue cum in custodia aliquando detentus, se sua sponte pedicis exoluisset, plane se aduertisse Damis affirmat Apollonium supra cōmunem hominum sortem diuinitate quadam præditum esse. Neq; enim tunc sacrorum ministerio ullo adiutum (Quomodo id enim in custodia potuisset?) sed ne supplicantem quidem aut immurmurantem, uincula tamen & compedes pro ridiculo habuisse. Cum uero de illius extremo die mentionem facit, nusquam gentium scribit ac locorum sepulchrum eius aliquod, uestigiumq; extare: sed uiuentem ad superos ascendisse non sine choris hymnisq; nympharum. Merito igitur talem ac tantum uirum affirmare potest, multo quàm Pythagoras & Empedocles ac Plato fuerit, ex philosophia diuiniorem effectū. Reponatur itaq; ex tam claris operibus inter
deos

deos. Neq; inuidia prosequamur illam uocum omnium & linguarum naturalem, ac sine præceptoris opera cognitionem. Sed enim cur illum quæso ad præceptoris ludum adducit illius partes attenuans, quem nullam paulo ante didicisse uocem ostendit, quasi Atticam eloquentiam non natura quidem duce, sed usu magistro, ac exercitatione perceperit? inquit enim cum primum ad ætatem processit literarum in illo profectus, memoriæ quoq; uis, ac exercitationis studiũ uiguit, lingua uero Attica utebatur. Natus porro annos quatuordecim à parente Tarsos deductus est ad Euthydemum Phœnicem, qui præcellens ætatis illius rhetor eum in eloquentia erudiret: fuit itaque apud hunc dicendi artificem Tyaneus. Vnaq; cum illo philosophiæ uacabant Platonis & Chrysippi sectatores, Peripateticiq́; nonnulli: fuit etiam & Epicurei dogmatis auditor, neque enim penitus ab illius secta abhorruit. Nam Pythagoricam quidem ineffabili quadam mentis ui comprehendit: hæc itaq; omnia per magistros edoctus est ille, qui creditur uocem nullam unquam didicisse, tacitosq́; hominum conceptus solitus præsentire. Cæterum Philostratus quasi per interualla respirans in admirationem rursus erumpit, sapientiam laudans Tyanei uel in ipsis animantium uocibus dignoscendis: ait ergo ad scientiam quoq; Apollonius uenit qua brutorum intelligeret animalium uoces: id uero ipsum didicit, cum per Arabiæ populos iter faceret, interpretationis huius, sicuti re ipsa uidere est, bene consultos. Etenim ex cycnis Arabes auibusq́; cæteris diuinationem ut ex oraculis

DD ij collis

colligunt, brutorumq́; callere sensa existimantur hepar draconum, siue ut alij putant cor ipsum depasti. Ergo Pythagoræ *sectatorem illum ab esu carnium penitus abhorrentem, nec dijs quidem ipsis per cædem, ac sanguinem litare ausum, uesci draconum corde, hepateúe oportuit, ut per hæc* Arabum *sapientiæ particeps fieret? Cum enim sub ijs magistris hanc doceretur, qua nã alia ratione proficere potuisset, nisi eorum præceptis institutisq́; paruisset?* Ergo ad enumeratos Apollonij *præceptores* Arabum *quoq́; sapientes in augurandi facultate accedent: ex hac enim fertur passerem subinde intellexisse, crebro pipillatu reliquas suæ speciei aues ad pastum concire, magnãq́; ea de re admirationem astantibus præbuisse.* Eadem ratione *cum in Assyriam proficiscẽs moribundam media in uia leænam offendisset, catulis simul octo iuxta porrectis, ilico ex disciplina cõiectans spatium temporis intellexit, quo sibi apud* Persas *commorandum esset. Sed &* Philostratus *idem narrat, quædam illum in* Perside *aggressum, nõ multũ sane ab ijs dissidentia, quæ in* Arabia *prius effecerat.* Nam *cum* Damis *accessurum se ad magos negaret, quĩ unus alioqui* Discipulus *illi erat comesq́; fidissimus, ad eos tamen incomitatus se contulit, ne magicæ mysteria facultatis aspernanti ea socio patefierent. Magis itaq́;* Tyaneus *die medio, ac nocte intempesta operam dabat.* Bardani *uero* Babyloniorum *regi congressus, his ferè uerbis usus perhibetur.* Samij Pythagoræ *sapientia mihi est. Is me deum colendorum ritus edocuit, & quinam sint ex ijs uisibiles, inuisibilesq́; cognoscere, neque*

minus

minus eorum colloquijs perfrui. Sed enim quis hoc illi concedat? Cum Pythagoras hac de re nullum prorsus reliquerit monimentum, non abstruse quidem, mysticeq; conscriptum, cuius iste doctrinam sequi potuerit: ad hæc qui illum in Pythagoricis erudiuit, nihil ab Epicureis dissidebat, ut Philostratus ipse meminit: præceptorem enim in Pythagoricis inquit habuit, hominem parum sane officiosum, minimumq; re ipsa philosophantem, utpote qui gulæ, ac ueneri deseruiret, magisq; ad Epicuri uitam formatus esset: is porro Euxenus erat ab Heraclia Pōti ciuitate, Pythagoræ dogmata non secus tenens quàm sciunt aues ea referre, quæ ab hominibus didicerunt, ò rem fatuam & insulsam Tyaneum dicere ab eiusmodi præceptore deos alloquendi rationem edoctum. Sed concedamus ab alijs ea præceptoribus accepisse, tametsi noster historicus hoc ne innuit quidem. Sed quis horum promissi tam grandis autor extabit, ut & ipse deorum uisibilium & qui inuisibiles sunt congressum, uelut à Pythagora edoctus tenere se dicat, & facultate præditus sit, rem eandem cæteros edocendi? Neq; enim puto clarissimus ille hominum Plato, qui Pythagoricæ præter cæteros omnis disciplinæ particeps factus est, neq; Tarentinus Architas, neque qui Pythagoræ dogma Philolaus conscripsit, neque si qui alij sunt ex eadem secta illustres, qui sensa illius, opinionesq; literarum monimentis mandarunt, tali unquam sapientia uiguere. Apollonius ergo noster aliunde quidem, non autem ab ipso Pythagora hæc edoctus, nomen tamen titulumq; Pythagoræ ad autoritatis speciem sibi ascribit.

bit. Vt autem manifestarium quis illi mendacium pro uero concedat, haud tamen scio quo pacto hæc de Samio præceptore acceperit, cum Pythagoram constet infinitis ante annis uita perfunctum. Ergo ad Arabas Apollonij præceptores Samius ne quæso Pythagoras ipse accedet, unde scientiam hauserit diuinarum rerum? Atqui si is diuino præditus ingenio fuit, historia de magistris plane mentitur. Sin historia uerax est, falluntur sane qui de illius diuinitate & loquuntur & scribunt. Neque uero mihi est animus diligentius nunc quicquam de Proteo indagari, ullámue super hoc portento quæstionem habere, neq; ad cycnorum cantus cōprobandos, quos ridicule nimium parienti Philostratum matri obstetricatos affirmat. Multoq; magis etiā indignum puto super fabulam demissi cœlo fulminis eodemq; regressi, citare testes: Neq; enim Damis ut ante dixi, harum se rerum conscium dixerit, longo post tempore ex quo hæc acta dicuntur in Nino Assyriæ urbe Tyaneo adiunctus. Equidem modo certa signa non desint, unde probabilis fiat fides, plane adducar, ut pro ueris admittam, si qua etiam per excessum paulo maiora in boni uiri laudem dicantur, monstris tamen exemptis, & quæ scatentia nugis deprehenduntur. Non igitur inuidebo, si prodat historicus genus esse Apollonij nobile & antiquum & quod in conditores patriæ referatur. Diuitem fuisse concedam supra incolas regionis suæ. Ab adolescentia eruditū fatebor sub ijs præceptoribus, quos antea memoraui, neq; hoc tantum, sed magistrum alijs ipsum præceptoremq; fuisse: esto autē

in his

in his omnibus acer plurimum ſagaxq́; fuerit. Ita ſane ut eum qui ad Aeſculapij curandus acceſſerat per prudentiæ ſuæ uim ægritudine liberarit. Fertur enim aqua intercute laboranti ſalubrem continentiæ normam indixiſſe, eumq́; ita in ſanitatem priſtinam reuocaſſe. Tanta uero prudentia adoleſcentem fuiſſe planè admitti poteſt: tum & inhibuiſſe diuitem quendam ne luxurioſè nimium atq; affluenter ſacrificaret, utpote minus Aeſculapio litaturū qui ex formoſa uita turpiſſimus haberetur: huius autem mores Apollonium latere non poterant, quod erat homo regionis illius maxime diues maximeq́; conſpicuus. Caſtitatis quoque laude Tyaneum ornari inuidia nulla ſit, quodq́; pulchritudinis ſuæ nephariū amatorem grauiter obiurgatum repulerit, ſeq́; à muliebri contagione impollutum uſq; ſeruarit. Credatur quoq; ex Pythagoræ diſciplina luſtro illum perpetuo tacuiſſe, neq; merita laude fraudentur quæcunq; opera per ſilientij tempus effecit: hæc enim, & quæ huiuſmodi ſunt, humana omnia, & ut uere dicam, neq; à philoſophia, neq; ab ipſa porro ueritate ſeiuncta, quæq́; ego non inuitus admiſerim, magni ſane quicquid ingenue, ac uere ſcribitur faciendum putans. At uero humanitate ſublimius quenquam efferre, argumentiq́; prioris oblitum ſibi penitus non conſtare, hæc qui faciat ſcriptor, meritam puto eum & ſibi ipſi & multo illi magis, de quo ſcribat, calumniam comparare. Atque hæc ferme ſunt, quæ uolumine primo refellenda occurrunt.

CONFVTATIO LIBRI II.

AGE VERO *secundum quoq; aggrediamur. Iter enim Apollonij de Perside in Indiam usque factum narrat historicus: hoc autem in itinere insolens sibi quiddam paradoxumq; contigit, dæmonis scilicet occursus quam empusam uocant. Quam tamen multis conuitijs impetitam procul à se & Apollonius et comites abegerunt. Tum uero permisisse Damidi fertur, ac reliquo comitatu appositis ut carnibus uescerentur. Neq; enim uidere se ait, quid nã illis prodesset carnibus abstinere: Sibi uero profore hoc aiebat ob eam quam uel à pueris profiteretur philosophiam. Sed quis hoc loco non iure optimo admiretur, cum Apollonium uideat ne illi quidem, quem unum imitatorem sui delegerat, Pythagoricisq; decretis imbuendum susceperat, damnatas Pythagoræ animalium carnes ut dilectißimo inhibere, tum nescio quàm sanis rationibus colligentem, sibi quidem uesci animatis fore perniciosum, non tamen se uidere quare ijs & comitibus quoq; suis interdictum oporteat. Sed uide quæso quæ præterea ueritatis exempla nobis Philostratus prodat. Ille inquam Philostratus, quem philalethes studiosum ueritatis appellat. Apollonium siquidem scribit, cum iam in Indiam penetrasset, interpretem sibi hominem asciuisse, per quem Phraotem Indiæ regem alloqueretur: hoc enim is nomine uocabatur. Ergo quem paulo superius linguarum omnium conscium facit, eundem interpretis indigum nunc ostendit, & qui mentes hominum quasi Deus illis insitus deprehendebat, surdi concipiens animum, pariterq; tacentis,*

nunc

nunc per interpretem sciscitatur, quæ nam sit regis Phraotæ uita. Ducemq; inde sibi aliquem petit ad Brachmanas dari. Rex uero ipse, licet in Barbaria summa natus, interprete summoto Græce Apollonium compellauit, multum doctrinæ, scientiæq; testatus. At uero noster hic non modo se Indicæ linguæ minus ignarum fuisse (quod oportuit) non ostendit, sed & INDO Græce loquente obstupuit, ut PHILOSTRATVS ipse testatur, qui pulchre sibi hoc pacto per historiam constat: unde enim tantopere stupuisset, nisi antea Barbarum lingua regē opinatus esset? eundemq; Græce mox scire præter expectationem percepisset? ideoq; ueluti noui quidpiam rex afferret, obstupuit. Causam præterea nondum tenens, unde ait rex Græce didicisti? Vnde uero & hoc sapientiæ tibi est? Neq; enim puto hanc magistris acceptam refers, cum nullos Indi magistros sapientiæ habeatis. Dignæ nimirum uoces, quæ ab homine proferantur præsensionem rerum omnium profitente, Cui rex & habuisse præceptores se ait, & qui nā illi fuissent, aperuit, & de rebus Indicis particulatim edocuit. Cumq; idem rex de thesauro in agro quodam reperto sententiam laturus esset, utri scilicet adiudicandus, emptorine, an uenditori prius, hic philosophus ille rerum omnium solers, ac dijs ipsis homo gratissimus, sententiam interrogatus thesaurum emptori addixit, ratione hac usus, quod nequaquā dij uenditorem ipsum, & agri possessione & thesauro priuatum pariter uoluissent, nisi homo flagitiosus, ac nequam esset, neq; rursus emptori boni tantum impensuros fuisse, nisi uenden

te meliorem sciuissent. Vt ex illius uerbis colligi poßit, qui cæteros diuitijs præstant, quanquam fœdißimis moribus ijdem sint, habere se eos tamen pro maxime beatis, deoq; dilectißimis, infelices autem eos esse duntaxat, qui pauperrimi sunt. Vel si Socratem, ac Diogenē, ipsumq; etiam Pythagoram in his esse contingat, quem piámue eorum, qui frugalißimi uiri, & egregiæ probitatis censentur. hanc qui sequatur rationem, paulatim eo deducetur, ut dicat, deos quidem ipsos egenis illis, sed claris tamen uirtute, ac sapientia uiris nequaquam uel necessaria quandoq; ad uictum adempturos fuisse, nisi eosdem flagitijs obrutos iudicassent: Neq; fuisse licentiosis, ac perditis hominibus superflua congesturos, nisi prioribus meliores sciuissent. Quā insulsam esse, ac fatuam deductionē facile constare omnibus potest. His de secūdo libro ad examen deprōptis, tertiū quoq; uersemus, in eo de celeberrimis Brachmanibus inspecturi.

CONFVTATIO LIBRI III.

PRIMVM quidem sic statuo, si quæ de Thyle insula præter fidem narrantur, quæq; multa portentorum plena, poetæ nobis finxerunt, his prodigijs comparētur: iam quasi pro certißimis habeantur, harum magnitudine, ac splendore nugarum uelut obducta penitus euanescent. Quibus sane adhibenda mens est, ut insolentia præsertim philalethis eluceat. Quando hic nobis fatuam ubiq; leuitatem obiectat, sibi uero,, ac suis mentis sanitatem uendicat diligensq; iudicium. Vide igitur qua sibi rerum nouitate hic placeat: præponit enim Philostratum sa-

cris

cris euangelistis, ut qui non eruditionis modo plus habeat, sed ueritatis maiore studio teneatur. Ac primum quidem APOLLONIO iter ad Brachmanas faciente mulierem colore spectabilem Philostratus inducit, à summo uertice ilium tenus albentem, reliquũ uero corpus nigerrimam. Tum eadem uia magis progreßi montes inuenerunt piper ferentes, cuius ueluti custodes, atque agricolæ, simiæ sunt, Draconesq; magnitudine immensa terribiles, quorum de capitibus ignei fulgores scintillant: hos si quis dracones perimat, admirandos in eorum capite inueniat calculos, qualis Gygæ illius fuisse lapis narratur, de quo Gyge Plato mentionem facit. Et hæc quidem ante, quàm ad Brachmanum tumulum peruenirent. Vt uero & hunc attigerunt, sandaracinus illis puteus est oblatus, qui aquam uisu mirabilem contineret. Iuxta uero puteum uorago ignem eructans, ex qua plumbei coloris flamma emitteretur. Tum et dolia duo lapidis nigricant, alterum imbrium, alterumq; uentorum, unde Brachmanes indigenis amicis suis uentos, ac pluuiam impertirent. Statuas præterea scribit apud eosdem esse Poliadis Mineruæ, Pythij APOLLINIS, & BACCHI Delij, aliorumq; quorundam deorum, quos GRAECI colũt: ibi qui omnium magister esset IARCHAM dici, cuius residentis species satrapæ magis esset, quàm philosophi. Altißimus illi thronus ex ære nigro, quem aureæ statuæ exornabant, quales fabrorum more par est sapientes BRACHMANAS igni, ferroq; excudere, aut præstigiatorũ ritu sponte sua, ac repẽte consummata ostendere. Cæ-

re.Cæ

re. Cæterorum item Brachmanum sedes æreæ quoque erant, signis tamen carentes, minusq; elatæ: oportuit enim sacræ philosophiæ magistrum tyrannico quodam habitu, statuarum scilicet prærogatiua, atque auro insi gniri. Sed Iarcham Philostratus inquit, ubi Apollonium primum conspexit, nominatim ac Græce illum salutasse. Petijsseq; reddi sibi epistolam, quam de Phraote afferret, mira quadam præsensione rem omnem edoctum, qua scire etiã potuerit epistolæ scriptionẽ literæ unius defectu hoc est d. peccare. In primo autem statim congressu fastose nimium ac insolenter Iarchas, ut facere diuitiarum ostentatores solent, diuinationis suæ uim patefecit, utrunq; Apollonij parentem nominans, & eiusdem genus: educationem, disciplinamq; recensens, tum peregrinationum tempora & euentus, ac postremo illius ad se profecti sermones per uiam habitos, factaq; omnia: refert etiam egregius scriptor Brachmanas cũ Tyaneo, pharmaco prius helectrino delibutos, lotosq;, in orbem ac chorum constitisse, terram ipsam scipionibus succussantes, eam uero ad huiusmodi ictus in gibbũ resilientẽ, Brachmanas altitudine bicubita uanum in aerem extulisse: pensilesq; eos aliquandiu uisos esse. Sed illos quoq; affirmat ignem sibi de solis orbe utcunq; libitum sit, non reluctantem subducere. Ad quæ portenta & alia cõplura fabulator adducit, ut scilicet Pythij tripodes quatuor sponte sua mouentes in medium processerint, quos Homericis persimiles esse ait. Pincernas insuper æreos quatuor, qui pocula ministrarent. Terram uero sponte sua discumbentibus gramina substrauisse.

uisse. Nam tripodes quidem duo, uina fundebant, reliqui duo aquam, Gelidam scilicet alter, alter uero calidam: ex quibus ærei pincernæ uinũ conuiuis, aquamq; sumebant, sed & calices actos in gyrum quasi uorticoso flumine impellebant. Hæc sunt quæ Hierocles *pro ueris habet ille solertissimus in iudicijs supra adductis ac undecunq; in nos legendis excussor, cui facilitas* Christiana *seu leuitatem dici hanc mauult, quàm maxime aspernabilis est. Is itaq;* Philostrato *fidem habens, uerbis huiusmodi sese iactat.* Videamus *inquit quanto nos melius hæc atq; prudentius admutamus, & quæ de præclaris uirtute uiris sentẽtia nostra sit.* Tam *celebri itaq; conuiuio narrat* Philostratus *interfuisse* Indiæ *regem, ipsisq;* Brachmanibus *compotasse, sed contumelijs, ac furore uinolento in philosophiam inuectum, meroq; apud eos large incaluisse, ac insolentia magna, uel in ipsum quoq;* Solem *insurrexisse.* Apollonium *uero per interpretem quædam ab eodem rege accepisse, quẽ ipse contra allocutus sit* Iarcha *uicem interpretis exhibente.* Quis *autem non admiretur, hoc à* Philostrato *ut cõcinne factum admitti, ut iniurius homo, maximeq; insulsus inter tantos uiros mentem uino alienarit, quem ne philosophorum quidem, nedum &* Semideum *conuiuio interesse oportuit?* Quo *enim pertinet semideos appellare, si dignitatem magis onere quàm honore afficias?* Etenim Tyaneo *interrogante quos nã seipsos esse dicerent:* Dij *sumus* Iarchas *inquit.* Idem *uero conuiuijs præsidens non digno quidem philosophis ritu, multoq; dijs magis indigno, quorum se in numerum reponebat*

Phiala concrepans, compotationem incepit. Phiala uero ipsa sicut historicus narrat, ubi cunctis Brachmanibus potum satis exhibuit, mirabilium fontium more aquam haurientibus iugem sufficiebat: deinceps uero sermones inter se habiti, serieq; philosophorum disputationes narrantur, docente Iarcha quo pacto sua ipsius anima fuerit aliud quandoq; regiæ fortunæ corpus induta, quæq; tunc opera demum egerit explicante Apollonio se nauis Aegyptiæ gubernatorem fuisse, neq; minus & ipso illius temporis facta narrante. Cum uero multi utrinq; interrogatus, responsaq; fuerint, dignũ est tam sapientium dictorum memoriam nõ extingui. Interrogasse ergo Apolloniũ refert, aurea ne apud Indos aqua inueniretur, ô admirabilem, ô plenam sapiẽtiæ quæstionem: tum de Troglodytis & pygmæis quæsisse, deq; ijs hominibus qui umbripedes appellantur. Nunquid etiã apud eos Mantichora quadrupes animal nasceretur, quod humano esset capite, corpore leonino, caudamq; haberet cubitalibus spinosis setis horrentem, quas ueluti sagittas in uenantes iacularetur. Ad hæc Apollonij quæsita respondit Iarchas: Pygmæos quidem subterraneas specus inhabitare ad Gangen fluuium, cætera uero, quæ ille quæsisset, irrita prorsus, ac nulla esse. Sed lanam tamen Philostratus narrat terra apud illos prouenire, quæ sit uestibus cõficiendis accommoda, ipsis sibi philosophis telam inde ad uestiendi usum concinantibus: neq; enim muliebrem sexum admittunt. Nisi iam & lanam dicat sponte sua transformari in uestes, atq; transire. Scipionem uero singulis refert, anulumq;

lumq́;uirtutis occultæ,atq; admirandæ gestari: narrat etiam Brachmanis Iarchæ miracula, qui dæmone malo correptum missa ad eum epistola liberarit, claudoq́; cuidam, solo attactu luxatam uertebram confirmarit, captum oculis uidere fecerit, ualentem alij manum pro torpida reposuerit. Ingentia uero bona scriptori egregio comprecemur, qui nos ista commentus magno ambiguitatis nodo exoluit. Quis enim dubitet quantæ ueritatis & illa sint, quæ præterea multa affert? Nam qui fulmina & uentos scribit apud Brachmanas in dolijs asseruari, tripodesq́; lapideos sponte sua motantes, & ab æreis pincernis calices in gyrum agi, satis puto ex ijs, quæ ut uerissima recēsentur, cæterarum quoque rerum nobis ipse arguit, ac patefecit figmēta. Idem scribit Philostratus Damin testari se quidem minus admisso Tyaneum cum Iarcha secreto philosophatum esse, munusq́; ab eo tulisse anulos septem, totidem planetarum nominibus dictos, quos singulos gestaret per subiectos planetis dies. Hæc modo cum PHILOSTRATVS dicat, ille apud philalethen ueritatis assertor, paulo tamen post, ut qui magicen Brachmanum non probet, statuatq́; hoc crimine APOLLONIVM liberare, hæc ipsa uerba subnectit, uidens itaque APOLLONIVS tripodas apud Indos, pincernasq́; illos, & quæ præterea sponte sua mouentia discernimus, neq; interrogauit, neq; edoceri dignum duxit, quibus illa præstigijs fierent. Laudauit hæc inquit; sed tamen æmulari duxit indignum. Sed heus tu, quō hæc scire contempsit? qui Damide excluso fecit magni

cum

cũ Brachmanibus diuersari? An qui fidißimum sibi hominem cælandum putauit, non & illa fecit permagni? cum & anulos inde planetarios tulerit religione quadam astrictus, singulatim eos dum uiueret per planetarum dies gestandi: & erant illi quidem, ut scribis, arcanæ cuiusdam reconditæq; uirtutis. Quod si tibi conceditur, non illa Tyaneum imitanda duxisse, nimirũ non imitatum dicam, quia miseros esse cognouit. Quomodo igitur eosdem laudauit, aut si tanquam diuina operantes laudauit, qui non & imitatu, quos & laude dignos existimauit? Sed enim post factam apud Indos moram, narrat Philostratus reuertentem Apollonium cum comitatu omni ad Oritarum regionẽ uenisse, quibus æreæ petræ, arena ærea: Fluuij quoq; ipsi ramenta æris deuoluerent. Hæc de uolumine tertio sumpta sunt. Nos autem quo cœpimus ordine ad reliqua inspicienda pergamus.

CONFVTATIO LIBRI IIII.

REGRESSVM ab Indis in Græciam refert quasi deorum consortem quendam uel ipsorum testimonio declaratum. Varijs enim morbis affectos illi curandos potißimum destinabant. Iamq; ut augustum ac diuinũ hominẽ deq; Arabia, deq; magis, deq; Indis uenientẽ nobis ostensurus, nouis quoq; miraculis scatentem historiam exorditur: hic autem recte quis illud obijciat, si diuiniore hic natura, supraq; humanam præditus erat, multo ante quàm ab alijs doceretur, mirabilia per se ag

gressum oportuit. Superflua enim diuino homini fuerit illa Arabum, Magorumq́; & Indorum magno studio conquisita doctrina. Quod si erat huic aliqua prius tantarum rerum cognitio, pro ut tota in historia traditur, philalethe tamen autore, non nisi tot exhaustis magistris sapientiam patefecit. Ac primo quidem ueluti qui augurandi uim ex Arabia detulisset, astantibus multis exposuit pipillantem passerculum cæteras sui generis aues ad pastum concire. Tum uero cum appetentem pestilentiam præsentiret, ciuibus illa Ephesijs ante prædixit, huiusq́; præsensionis causam, mox ipsemet apud Domitianum reus, sua in apologia exposuit. Rogante enim Domitiano, unde is pestilētiam præsensisset, Diæta inquit magis tenui, magisq́; sobria quàm cæteri mortales usus: ita primus omnium qualitatem aeris uitiumq́; deprehendi. Tertium porro miraculum narrat remedium fuisse, quo is pestem Ephesijs cauit. Quod factum tametsi minus exponit Philostratus in fine ipso accusationis, cum tamen exponi maxime oportuerit, quia fortasse non sibi potis uidebatur tantum criminis apologia purgare, nos tamen ipsi factum hoc explicantes iudicio hominum proponamus, ad rectæ rationis examen sicut reliqua reuocantes. Si cui enim minus constet figmentum hic quoq́; imposturæ plenum adduci, magicisq́; nimirum obductum præstigijs, ipsa totius facti ratio, modusq́; manifeste ostendet. Pestilentiam narrat in figura mendici senis, laceri, ac pannosi se spectabilem præbuisse. Quem quidem senem cum Tyaneus iussisset lapidibus cædi, primum ait pestilenti obtutu flam-

mam luminibus eiaculatum tum uero, coniectis obrutum saxis in effigiem obscœni canis se transformasse; cui etiam rabidorum more, tetræ circa rictum spumæ undarent: de hoc autem sene intelligere Apollonium sua apud Domitianũ apologia scribit Philostratus. Pestilentia enim inqt, sub habitu mendici senis EPHESVM peragrabat, hanc ego conspicatus, comprehendi, luem ciuitati non modo sistens, uerum penitus tollens. Quis non igitur libere cachinnetur ad præstigiatoris huius miracula? cum pestilentiæ uim, quæ ut tradit ratio medicinæ, plane nihil aliud est, quàm corruptio circunfusi aeris, uitiumq; ex putrido uaporatu in morbosam qualitatem uergentis, nunc tamen audiat oculis intuentium, ac saxorum iactibus obnoxiam esse, protritamq; mortalium manu, spumas etiam rictu effundere? Alio quoque argumento monstrum hoc magicumq; præstigium discuti ac perpendi poterit. Quoniam scilicet unam modo Ephesiorum urbem non autem & finitimas ab eo pestilentia affectas narrat historia. Quod nequaquam ita cessisset: Si circunfusus aer ac proximus uitium contraxisset, neque enim lues illa angustis ita spatijs coarctata, solis Ephesijs incubuisset. Quartum porro miraculum est Achillis umbra, cubitorum primo quinq;, mox & duodecim suo de busto chlamidata assurgens. Quæ continuo Thessalos accusauit, quod sibi assoliti ritus sacra facere ac iusta desiuissent. Videbaturq; etiam tunc ira in Teucros efferuere ob ea, quæ in se admiserant. Quinq; uero tantummodo quæstionum APOLLONIO facultatem præbuit ex sua uidelicet,

tet, parcarúmque sententia. Hic Tyaneus ille rerum omniũ solers, & in futurorum præsensione se iactans, ignorare deprehenditur, funeratus ne sepulchro Achilles fuerit, Musæue illi, ac Nereides lamenta profuderint: Deq; his illum rebus percunctatur, neq; minus an Polyxena illius ad tumulum cæsa fuerit, Troiámue Helena adnauigarit. Sunt enim eiusmodi quæstiones sane quàm graues, ad philosophi instituta maxime pertinentes, dignæ studio ac diligentia singulari. Admiratur præterea, quî tot numero Græci heroes ætate eadem esse potuerint. Sciscitaturq; num simul cum ijs Troiam Palamedes annauigarit. Haccine ignorare hominem, qui deorum colloquio uisibilium fruatur, inuisibiliumq;? De ijsdem uero etiam rebus interrogare, quomodo non turpissimum censeatur? Nisi forte, quia res illi cum mortuis esset, idcirco frigere eius quæsita, ac ineptire Philostratus facit, ut hac commoditate suspitioni occurrat, quæ oriri merito poterat, illum scilicet ultra licitum bono uiro superstitiosum uideri. Cum eundem faciat in Apologia contra se affirmantem, nullа se ad ACHILLIS congressum necromantiæ opera usum esse. Neq; enim inquit Vlyssis more scrobe defossa, aut cæsis agnis ACHILLEM euocans, in eius colloquiũ ueniat Tyaneus, sed ea precatus, quæ Indi cẽsent precari heroas oportere, & in huiusmodi cerimonijs Damidi sese iactat, qui Philostrato autore nihil ab Indis penitus didicisse, paruiq; eorũ sapiẽtiã fecisse credẽdus est. Sed heus paucis ego te. Nisi in hoc Achillis cõgressu, praua inesset ac detestabilis superstitio, cur tu

in participatum mirabilis huius spectaculi ac sermonis, ne fidissimum quidem tibi comitem illum legitimumq; uel solum DAMIDEM *asciuisti? Cur uero non & interdiu factum hoc licuit. Sed nocte intempesta, sed abs te solo? Cur ad ipsos etiam Gallorum cantus Achillis umbra euanuit? Abijt Achilles inquit modice fulgurans: iam enim galli primos dederant cantus.* Erit itaq; *hæc hora malo dæmoni ad nefarios sermones euocando conueniens magis, quàm heroinæ animæ.* Illam *siquidem ut immunem crassæ huius corporeæq; compagis, candidam prorsus esse & liuore omni carere oportuit. At uero dæmon hic, qui* Tyaneo *se obtulit, inuidus iracundusq; describitur, cæterisq; uilissimis eius generis morbis obnoxius. An non enim talis habendus sit, qui* Antisthenem *officiosum adolescentem sese* Apollonio *ut philosopho adiungere cogitantem, quo minus id faceret, impediuit? cuius rei causam adducens, iussit inquit* Apollonio *ne* Antisthenem *in participatum suæ disciplinæ admitteret, propterea quod is quasi* Priamides *foret, à canendo* Hectore *nunquam cessabat.* Sed *cur non etiam iracundi ac pusilli ingenij conuincatur, qui* Thessalis *suis succenset non sibi legitime operatis, & qui ne tot quidem annorum spatio deuoluto,* Troianis *odiũ belli, offensarumq; remisit, quanquam libantibus illis & ad eius tumulum rem diuinam continue facientibus? Contra uero* Palamedis *sepulchrum, una cum illius statua negligenter disiectum, reponi instaurariq; mandarit? Quintum porro sextúmque miraculum haud ita magna opera indigebunt, ad*

facul-

facultatem, quæ effecta sunt, arguendam. Pellebat enim dæmonas (uti ferunt) alio alium. Nam ex adolescente lasciuo dæmonem pepulit, alium quoq; fugauit muliebri forma effigiatum, quem lamiam & empusam sapientissimus autor appellat. Nam quod præterea puellam Romæ defunctam ab obitu reuocarit, cum sit factum hoc uel ipsi Philostrato incredibile, nos quoq; à nobis penitus excludamus. Ratiocinatur enim dubitando Philostratus, num uitalis auræ scintilla intra puellam compressa medicos delituerit, quæ mox pluuia ingruente reuiuiscens atq; excitata, in uultu respirantis puellæ prodita sit: aiunt enim cum puella ad se rediret, cœlo pluuio leniter irrorasse. Neque enim si uere puellam hanc Apollonius uitæ restituisset, tam egregium facinus non imperatori primum ipsi innotuisset, alijsq; subinde primoribus apud illum diuersantibus uiris: Præsertim uero philosopho Euphrati qui ea tempestate Romæ agebat, moxq; Apollonio infensus, eundem magiæ accusasse narratur. Quin etiam factum hoc si modo plane constitisset, cæteris quoq; calumnijs, quibus Apollonium urgebant, proculdubio adiunxissent accusatores, & hæc quidem dicere occurrebat, quæ particulatim Apollonio, speciatimq; gesta sunt. Infinita uero & alia erant, quæ ad prædictiones rerum diuinationesq; pertinent. Fertur enim, Athenis quondam initiaturus Eleusinijs sacris à Cereris sacerdote prohibitus, affirmãte nefas initiari magum hominem, patereq; illi Eleusinia sacra qui dæmonum consortio impurus esset, quiq; Romæ inhonestus circulator uenali uoce Ne

ronis carmina ad lyram decantasset, eiusdemq; Neroñis metu, sodalibus cæteris dare pretium suaderet, qui eo-dem canendi studio tenerentur. Atq; hæc quidem sunt, quæ uolumine quarto Philostrati continentur.

CONFVTATIO LIBRI V.

QVINTO *autem libro, ubi quædam de Tyanei præsumptionibus attulit in admirationem hominis uersus, ita fermè concludit: Præsensisse autem hæc Apollonium diuina quadam uirtute, pla neq; falli eos qui magum fuisse illum opinantur, satis arbitror cõstat per ea, quæ dicta superius à nobis sunt. Sed hæc tamen amplius afferantur. Magi ipsi, quos equidem miserrimos esse hominum puto, aut idolorum tormentis aut barbaris sacris, aut cantando, aut corpus ungendo operari dicuntur. At uero noster hic parcarum ordinem sequens, prædicebat quæ necessario uentura erant, nihil magice operatus, sed ex ijs diuinans quæ dij per sancte sibi significabant. Cumq; apud Indos uidisset tripodas illos, ac pincernas sponte sua mouentes, ne interrogauit illos quidem quo id pacto efficerent, nedum edoceri uoluerit. Laudauit quidem, sed imitatu tamen illa digna non censuit, hæc itaq; cum Philostratus dicat, plane deprehenditur, celebres illos Indorum philosophos inter magos, ueneficosq; reponere. Nam quo loco de magis, eodem & de Indis mentionem facit, perosum* APOLLONIVM *narrans, quæ superius miracula recensuimus, quasi illiberale quoddam genus præstigiorum. Si ergo quos paulo ante de-*

testatus

testatus est, eos tamen idem APOLLONIVS *alibi deprehenditur deorum nomine, ac præceptorum dignari, nihil aliud plane superest, quàm ut eisdem is quoque, quibus & præceptores sui criminibus sit obnoxius.* Inducitur *ergo apud* Gymnosophistas *Aegyptiorum philosophos uerba hæc loqui.* Nihil *indecorum mihi arbitror contigisse philosophiæ studia admirato liberalis ac permodestæ, quam scilicet* Indi *ad utilitatem ipsam contrahentes in diuina, ac sublimi materia complectuntur: hos igitur iure sum admiratus, eosq; sapientes esse, ac beatos existimo, sed ad rem fuerit ea nunc inspexisse quæ paulo mox dicit: hi enim dei sunt inquit, &* Pythiæ *testimonio exornantur.* Domitianum *quoq; imperatorem huiusmodi uerbis inducitur allocutus. Quæ nam tibi contentio est cum* Indis, Iarcha *&* Phraote, *quos ego solos hominum dignos puto, qui dij uocentur & habeantur? Alijs item locis eosdem* Brachmanas APOLLONII *præceptores ac deos cum dicat, & cum faciat* Planetarios *inde anulos septem tulisse, nunc porro superiorum oblitus, non sentit stolidus, cum discipulo præceptores quoque ipsos in calumniam à se protrahi.* Procedente *uero historia Tibicinem quendam inducit, tum &* Apollonium *scribit de facultatis eius modis ac nomis omnibus, ut de maxima ac grauissima re, oratione longa disseruisse.* Vespasianū *quoq;* Cæsarē *narrat* Apollonio *perinde ac deo cuidā supplicasse, quasiq; precario petijsse, uti se imperatorem faceret.* Apollonium *uero respondisse. iam feci.* Et *quis non iusto odio prosequatur insolentiæ plenam proxi-*

mamq; insaniæ uocem? si hic iam quasi deus, imperatorumq; creator sibi placet ac fremit, olim nauis Aegyptiæ gubernator? (hoc enim se fuisse paulo superius in sermone cum Indis habito Apollonius ipse asseruit.) Cumq; ab eo quæreret imperator, quos nam philosophos in gerendarum rerum consilium adhibendos putaret. Boni inquit consultores ad hæc erunt hi uiri, Dionem, Euphratemq; significans, nondum enim cum Euphrate in disceptationem uenerat: pauloq; mox idẽ Cæsari inquit: Notißimi tibi homines imperator rerumq; tuarum soliciti, Dion & Euphrates ad fores præstolantur admitti. Iube & illos quæso huic nostro interesse sermoni: uiri enim sapientes sunt. Ad hæc Vespasianus sapientibus inquit uiris nostræ semper fores patuerunt: ô miram semidei præsensionem: sapiens illi est, ac uir bonus Euphrates, quia nulla dum inter eos orta contentio. Sin uero aliqua oriatur, (iam iam uero id fiet) uide quæso, quibus illum apud Domitianum uerbis accuset: quæcunq; inquit philosophi potentium uirorum adulatores consequi solent, ea nunc statum fortunamq; indicant Euphratis. Plurimus illi de numulariorũ trapezis est sermo: caupo est, cupedinarius Publicanus ac fœnerator homo ad mercatũ uenditionemq; promiscue factus, semper foribus potẽtiorũ affixus, diutius ibidẽ q̃ ipsi commorãs ianitores: quin illis sæpe custodiendis, quasi lucernarius quidam canis à ianitoribus ipsis relictus: neq; uero drachmam saltem philosopho unquam cuiquam erogauit. Et nunc quod Aegyptium hunc sumptibus suis pascit contráq; me solicitat lin-

tat lin-

tat linguæ uires acuere, opes ſuas huiuſmodi amicis circumuallat ac munit. Ac de Euphrate quidem integrum tibi eſto, qua re dignus ſit, iudicare. Niſi enim tibi adulatores ſunt cordi, multo peiorem illum teſtimonio noſtro inuenies. Qui ergo apud Veſpaſianū patrem laudauit Euphratem, ut philoſophum, ut uirum bonum teſtatus, & nunc apud Domitianum filium eundem accuſat, plane arguitur, eiuſdem uiri & laudator eſſe & reprehenſor. Ille ne igitur, qui præſenſione tanta rerum præditus eſt, ignorabat, qualis tunc eſſet, qualiſue in poſterum Euphrates futurus? Neque uero nunc primum: Quin & apud ipſum quoq; Veſpaſianum carpere Euphratem ut ſceleſtum hominem uoluit. Quæ uero leuitas atq; inconſtantia rerum hæc eſt, cum idem commendatione ſua apud Veſpaſianum imperatorem egerit auguſtas fores Euphrati philoſopho reſerari? Sed enim ut cæcis iam perſpicuum ſit, quod ad diuinationem ſpectat, probro magis à Philoſtrato Tyaneum quàm honore ullo affectum eſſe, in cæteris autem officijs laude dign[illegible]imus inuenitur. Antiquum enim illi erga amicos liber[illegible] ſe præbere, ubi ſcilicet nullum ſui periculum facer[illegible]i. Euphratem quoq; intra Auguſtale admitti curauit. Mox tamen contra eundem diſceptationis gratia, quæ ſuperius dicta ſunt oblocutus. Sed hæc obiter dicta ſint. Neq; enī id mea nunc agit oratio, ut Apolloniū ex hac potiſſimum re accuſet, quod philoſophum tempeſtatis ſuæ celeberrimum Euphratem & quem hodie quoq; laudant, qui philoſophiæ ſtudio detinentur, criminatus ſit. Tametſi magna hæc eſſe occa-

ſio cuiuis poſsit Apollonium accuſandi: ſi enim Euphrates omnium iudicio philoſophus excellens habetur, non leuis occaſio datur probitatis eius laudandæ qui Apollonij male facta damnarit. Neq; uiciſsim leuior Apollonij deteſtandi, propterea quod illius mores tali ac tanto philoſopho diſplicerent.

CONFVTATIO LIBRI VI.

IDEM PHILOSTRATVS Sexto uolumine fabulas & portēta adducit: inquit enim Apollonium camelis inuectum una cum comitatu ad Gymnoſophiſtas Aegyptios perueniſſe. Quo in loco, iubente inquit uno ex ſapientibus nudis ulmus Apollonium uoce articulata & muliebri affata eſt: hiſce nugis philalethes æquum putat haberi à nobis fidem. Vltra uero Gymnoſophiſtas Pygmæos eſſe ait, Anthropophagosq; & Vmbripedes, Satyrumq; iiſdem in locis iuſſu Apollonij ebrium eſſe redditum. Inde autem Apollonius in Græciam redijt, ubi prædictiones quædam, ſermonesq; cum imperatore Tito habiti referuntur, & quo pacto adoleſcens quidam à rabidi canis morſu curatus ſit, cui quidem cani, Amaſis Aegyptij quondam regis ineſſet anima, naturalemq; adeo ſibi humanitatem, regiamq; beneficentiam in canina quoq; effigie retineret, quandoquidem iuuenem à ſe demorſum, leniter lambendo curaturus eſſet. Hæc ab Apollonio geſta ſunt prius, quàm dies illi ab accuſatoribus diceretur. Acri uero diligentia ſingulis hiſtoriæ

partis

partibus inhærendum. Nam si maxime uera esse quæ Philostratus narrat, miracula concedamus, non alia tamen ratione, quàm dæmonis auxilio, atq; opera facta esse constabit. Quod enim pestem Ephesi appetentē primus Apollonius deprehendit, ne hoc quidem fortasse maleficæ superstitionis erit immune: si quemadmodum ipse ait, ex pura, ac tenui qua utebatur, diæta præsentire hanc potuit. Fortasse autem, & hoc ipsum dæmon illi prædixit. Nam cætera sane omnia quæcunq; ab illo diuinata, ac præuisa sunt, & si refelli, ac redargui ex Philostrati uerbis abunde poßint, ut ea quoq; euenisse concedam, dixerim tamē non credi quidem omnia oportere, sed eorum nonnulla quæ magis admittenda uideantur aßistente illum dæmone prædixisse: hoc autem plane hinc constat, propterea quod Apollonius non ubiq; perpetua diuinatione usus deprehenditur. Nam plurimis de rebus ipse quoq; dubius pendet, aliosq; interrogat. Quod neutiquam faciat homo futurorum maxime conscius. Satis uero ostensum puto, quo in actu fabulæ reponenda sit compressa ab illo pestis Ephesiorum, cum non aliud à dæmonis præstigio fuerit. Sed enim cur & Achillis umbra relictis beatorum insulis ad proprium tumulum diuersari maluerit non intelligo. Nisi uere & hæc impuri dæmonis umbra censenda sit: item sentio, qui ab incontinente, ac lasciuo adolescente depulsus est, dæmonem proculdubio fuisse. Neq; minus & lamiam illam siue empusam dici malis, quæ Menippū insano amore torquebat, dæmonem affirmarim maiori alteri, ac potētiori dæmoni cōceßisse, forte etiam

te etiam hoc pacto, & adolescẽtem de rabidi canis morsu, mente alienatum curauit. Canemq́; nihilo secius ipsum dæmone malo imbutum. Patet itaq; quod sæpe à nobis est dictum, cuncta illius miracula dæmonis ministeria esse. Nam quod ad puellam spectat ab inferis reuocatam, siue ad semianimem potius, quod & Philostratus sentit, quæ consopitam uitalis auræ scintillam, dum offerretur, in se haberet, irrorante mox pluuia excitatam. Totum sane est de illius miraculis amouendum: non enim sicut & ante dixi, tam grande facinus si modo uerum fuisset, ita pressum silentio euanuisset, cum præsertim Romæ, ubi tunc imperator agebat, factum dicatur. Infinita uero generis eiusdem colligi de Philostrato queant, facileq́; omnia ut fabulosa parumq́; sibi constantia refutari. Verum quia haud ita magno studio opus est profligare hominem hunc uolenti, cum non modo inter deos admirandosq́; uiros locum non habeat, sed ne inter philosophos quidem ab aliquo uiuentium reponatur. Idcirco ijs contenti quæ dicta sunt, ad examen libri septimi accedamus.

CONFVTATIO LIBRI VII.

VENEFICII TYANEVS, *ac magiæ insimulatur. Dehortanti uero Demetrio philosopho Romam proficisci, non auscultans ille, insolenter ac superbe ita de se locutus narratur. Ego mortalium cunctorum scio plurimum, atque sapio. Scio enim omnia, quo-*

quorum alia ſtudioſis accepta refero, ſapientibus alia, mihi alia, dijsq; ipſis immortalibus alia. Sed enim qui magnifice ita ſe iactat, hiſtoria procedente ignorare permulta conuincitur. Subinde autem Damis ipſe apud Philoſtratum mortis metum diſsimulat, quaſi APOLLONIVM *leto ſurripere, atque occulere ſtudens. Sed audi quibus* Hierocles *uerbis partes Damidis tueatur. Probabilis inquit ratio fuit, cur* DAMIS *à Pythagoreorum ritu deflexerit: neq; enim malitiam illi ineſſe ait, aut de Damide ſententiam mutat, ſed prudentis uiri potius artem collaudat, quæ ſubeunda illi fuit, ut ſeſe ad utilitatem temporis accommodaret. Ad hæc Philoſtratus quatuor crimina teſtatur* APOLLONIO *fuiſſe obiecta, quæ facile per apologiam ſolui poſſe exiſtimat, totidem ab alijs quoq; collecta & enumerata affirmans: horum primum erat. Qua tandem diſciplina non communi ueſte cæteris mortalibus uteretur. Alterum porro, unde hoc eſſet, ut paſsim deus ab hominibus putaretur. Tertium, qua nam ratione peſtem Ephe[illegible]is imminentem prædixerit, præterea cuius ergo, in re[illegible] noctu profectus Arcadem ibi puerum in fruſta a[illegible]pſerit. Contra huiuſmodi quæſtiones ait Philoſtratus* APOLLONIVM *ſeſe egregie defendiſſe. Primum uero tradit in uincula coniectum, ne ibi quidem ſine miraculis ſe geſsiſſe. Nam cum Damis grauiter angeretur, ut præceptore in diſcrimen adducto, Apollonium narrat leuandi doloris gratia, ſponte ſua uinclis exemptum crus Damidi oſtendiſſe, cuius lenito dolore, rurſus idem crus uinclis inſeruiſſe.*

Poſt

Post hæc à Domitiano imperatore accersitum esse in iudicium APOLLONIVM *scribit. Obiectisq; demum criminibus absolutum, cum adhuc tamen in iudicio esset. Nescio sane quo pacto, sed importune nimium in huiusmodi uoces proclamasse. Da & mihi si libet imperator abeundi locum. Sin hoc minus concedis, immitte qui corpus uinciant meum, quandoquidem colligari animam est impoßibile. Imò uero ne corpus quidem meum comprehendes. Nec tibi fas lèti exortem me perdere Cæsar. Quibus dictis repente eundem ait è conspectu hominum euanuisse, magnámque fabulæ suæ partem circa hæc portenta consumit. Vbi uero de miraculo agitur exempti pedica cruris, cui nimirum per præsentiam dæmonis gesto,* DAMIS *ipse interfuit, ait Philostratus. Tum denique primum* DAMIS *persensit diuina Tyaneum natura supra hominis facultatem præditum esse. Neque enim tunc illum uenefice operatum. (Quomodo id enim in uinculis potuisset?) Sed ne immurmurantem quidem aliquid, aut loquentem, pedicas tamen contemptui habuisse: rursusq; crure illis inserto, colligatorum habitum, statúmque resumpsisse: mea uero sententia nunquam sane tarditatis accusandus Damis, si plurimum uitæ cum Tyaneo uersatus, quia non nisi per maleficia superstitionesq; miracula eundem perpetrasse cognouerat, idcirco nihil eum à mortali putabat sorte differre. Sed nunc quoque post tantam portentorum uim, quid de illo sentiendum sit, nescit. Iure ergo optimo angitur* DAMIS, *ac timet præceptori suo, ut uni scilicet hominum permulto*

multorum, ne quid illi aduersi præter uoluntatē cōtingat. Quod si tamen nunc primum Damis post tantum consuetudinis diuinum esse Apollonium sensit, atque homine potiorem, inspiciendum sane est, qua nam ratione id persentire potuerit. Neque enim reticet hanc Philostratus. Vidit inquit Tyaneum crus pedicis exoluisse non sacrificijs peractis, non precibus, non arcanis mysterijs ullis prolatis. Ergo quæ præterea multa prius effecit, malefica superstitione sunt facta, propterea q; dum illa fierēt, neq; expauit, neq; admiratus est DAMIS, nunc autem iure primum exhorruit, ut qui hospes interesset rei præter consuetum illi ritum, moremq; effectæ. Sed enim cum hoc Tyanei præstigio, quod ad pedicas totum spectat, cumq; euanida illa de conspectu hominum fuga, sermones eiusdem cum Domitiano habitos libens sane contulerim. Nam cum illum imperator colligari iußisset, perargute quidem atque ad rem ita ratiocinatus narratur. Si me arbitraris magum: qua n[illegible]m ratione deuincies? Sin uincire me quibis, quomodo esse magum putabis? At tamen ex ijs quæ posita s[illegible]ere[illegible] retundi uicißim queat. Si tu magus non es, quom[illegible] [illegible]bi crus est solutum? At si solutum hoc est, quomodo non es magus? Præterea si uincla perpessus magus non est, at eadem egressus est magus. Ad hæc dici & illud potest. Si non est magus, quia iudicium subijt, at quia & iudiciū & imperatorē & circūfusos illi speculatores effugit, ē magus. His ratiōibus mea quidē sententia, sanius accipietur, quod ad prodigiū pertinet nullis cātatiōibus præuijs, sacrificijsq; effe-

ctum

ctum. Sed ut Philostratus garrit diuina quadam supra hominem facultate, uerum non ita multo post, iterum merus homo arguitur. Illico enim quodam renuntiante, soluit te Apolloni uinculis imperator, permittitq; liberius quàm antea, caueam inambulare: hic ille hominum sorte, superiorumq; futurorumq; præsensor, surdi concipiens animum, sensusq; tacentis, præ nimio forsitasse, ut par est gaudio, præsensionis oblitus nuntium rogat, quis me hinc uero exoluet? Idem ego te soluo inquit: Ducem me sequere: est uero operæpretium inspexisse, quàm prudenter hic noster uates Apologeticum pro se scripserit. Vbi ignorasse primum conuincitur inanem sese operam desumpturum. Putabat enim se ab imperatore audiendum, ea[illegible] ob rem summo studio concionem instruxerat. Cæsar tamen audire hanc non pertulit, irritamq; hoc pacto Tyanei lucubrationem cassamq; reddidit. Audi uero quo modo se Philostratus ipsum redarguat. Quando inquit orationem Tyaneus conscripsit quasi ad aquæ tempus dicturus, compulitq; cum Tyrannus ad quatuor positas quæstiones respondere, explicetur & hæc à nobis oratio[illegible]

CONFVTATIO LIBRI VIII.

VIDE quæso, quid ille sapiat futurorum longe ante præcognitor. Ille uir usquequaq; diuinus, quanta maxima potuit cura uelut ad aquam dicturus apologiam conscripsit. Sed accedamus ad hanc quoque discutiendam, quam & frustra iam elaboratam fuisse osten-

ostendimus. Nam cum multis per eam locis Domitianum compellet, etiam in id arrogantiæ procedit, ut dicat, te quidem Vespasianus pater, ego uero illum imperatorem feci, ô arrogantissimam uocem, quam ne uulgaris quidem, ac gregarius quisquam, nedum uere philosophus, humanamq; excellens naturam proferre ausit, non meritas insaniæ pœnas, prudentibus expensurus. Subinde uero Apollonius ita expurgat subortam de se magiæ suspitionem. Equidem magos inquit Pseudosophos censeo esse. Nam & quæ non sunt, ut uideantur esse efficiunt, & quæ sunt, fallaci arte obducunt: plane igitur constare cuiuis potest tum ex historia uniuersa, tum ex ijs, quæ in ea particulatim narrantur, utrum hic in diuinos, ac sapientes uiros, an inter magos prius, ac deceptores locandus sit, uel ad ipsa quoq; animum referendo, quæ sentire is de magis uidetur, uel ad ea non minus, quæ à Philostrato explicantur. Nam quercus, ulmiq; articulata, ac muliebri uoce Tyaneum affatæ, Tripodes etiã illi sponte sua mouentes, æreiq; pincernæ discumbentibus ministrantes, Imbrium quoq; dolia, ac uentorum, Aquæ præterea sandaracinæ puteus, & quæ sunt fabulæ generis eiusdem apud deos Brachmanas, quos nõ ueretur Apollonius præceptores uocare, quid demum nobis indicare uidẽtur? an non illos quæso, qui ea, quæ non sunt, mentiuntur, & ea quæ sunt, præstigiose subducunt? hos autem cum idem magos appellet, pseudosophos, ac planos manifeste constituit. Aut igitur ex

tot numero rationibus diuinus hic, omniq; uirtute excultus, ipsisq; dijs homo gratißimus, quippe cui licuerit sapientiæ brauium coronare, cẽsendus erit, ipso quoq; Pythagora, & qui postea fuerunt, diuinior multo, ac sapientior. Aut contra pseudosophiæ damnatus, miserorum multo erit miserrimus, disputasse & illum cum in Ionia uersaretur de Parcarum potentia scribit Philostratus: ita ferme cẽsentem, quicquid illæ scilicet semel neuissent, adeo stabile esse, certumq; futurum, ut si cui imperium decreuissent, quod tamẽ ipsum penes alium cerneretur, nunquam sic is aboleri atque interimi poterit, quin debitam sibi potestatem plane arripiat. Vel uita enim functus reuiuiscet Parcarum decreto. Quam sententiam his ferme uerbis cõcludit. Cui fato decretum est architecto esse, uel si manus ambas truncetur, euadet in architectum. Si quem etiam currendo uincere olympia sanctum est, ne si abscisso quidem is claudicet crure, uictoria fraudabitur. Cui rursus in sagittandi arte palmam Parcæ decreuerint, hic uel captus oculis sagittam in scopulum destinabit: his præmißis rationibus imperatori adulans, & hæc subnectit. Quæcũq; à me de imperatoribus dicta sunt, omnia protuli in Acrisios & Laios Astyagemq; Medum & complures alios reges animum referens, qui uidebantur sublatis de medio, à quibus sibi metuebant, ita rebus suis bene cõsuluisse. Nanq; horum alij filios, nepotes alij peremptos esse, sicuti ipsi mandauerant, opinantes, ab isdem illis quasi renatis, fataliq; mox lege de

ge de improuiso assurgentibus, regno deiecti sunt. Quod si adulandi studio detinerer, dicerem utiq; iam tum inde futurum te Cæsarem præsensisse, cum te captum Vitellius detineret, templumq; Iouis optimi in supercilio urbis conflagraret. Ille uero se rem bene gesturum diceret, nisi tu eius manus euasisses. Atq; adolescens tunc plane eras, neq; dum talis, ut in te ulla imperij uestigia apparerent. Verum quia Parcis aliter uisum est, Vitellius quidem suis consilijs male perijt: tu uero in illius sortem fortunatus cessisti. Sed quoniam adulatorius mihi sonus ingratus semper fuit, ac permolestus: (uidetur enim mihi dissonus esse, ac discors) Idcirco missa hæc quæso faciamus, chordaq; hæc nobis ne male perstrepat, succidatur. Neq; uero me arbitrare de tuo isto sublimi statu ac potentia unquam aliâs cogitasse. Ex his autem maxime uerbis & adulator & mendax, & quiduis aliud à philosopho, ipsa historiæ fide conuincitur. Nam qui olim in Ionia tam multa contra Domitianum effudit, nunc eidem genero suo, ac fortis uir adulatur, planeq; dissimulat, quasi ea quæ quondam apud Ionas de Parcis, & necessitate tractauit, minus quidem contra Domitianum, sed pro illo potius habenda sint. Tuam hic historiam Philostrate compellamus. Age ueritatis fonte dilutam repete hanc clara & ingenua uoce, nihil eorum inde subducens, quæ fecit Apollonius dixitq;, cum Ephesios à Domitiano auertens, pro communi omnium salute inualescebat. Neque tutum putabat, quæ contra Do-

mitianum per epistolas agenda susceperat Ephesijs omnino committi. Sed ex alijs ut ingenuum quenq;, ac modestißimum nactus erat, alias alium seuere ad colloquium diducens, magni te inquit secreti ministrum facio; oportet Romam ad hunc & illum proficiscare, hæc atque illa dicturus. Deq; Parcis ac fati necessitate multa illos in hanc sententiam edocebat. Quod uidelicet ne domini quidem rerum Parcarum seriem cogere, ac immutare ualeant. Quin ad æream Domitiani statuam, quæ ad Meletem fluuium sita erat, auditores conuertens, insane inquit, ô quanta Parcarum fatiq; ignoratione detineris. Vel si enim interfici iubeas eum, regnaturus qui post te est, reuiuiscet hic tamen. Qui ergo post tam magniloqua uerba adulator inuenitur, negatq; tale quicquam à se in imperatorem dictum esse, quo is pacto non omnis nequitiæ, illiberalitatisq; damnetur? Nisi iam plane mendaces sunt, magisq; Apollonij reprehensores, [illegible] studiosi ueritatis, qui hæc de illo monimẽtis literarũ mandarũt. Vbi sunt ergo illi philalethis autores eruditio[illegible] magna rerum referti, ueritatisq; assertores, Da[illegible] inquam philosophus Apollonij comes aßiduus, At[illegible]eniensisq; Philostratus? quorum hic de testimonio com[illegible]arationis librum conscripsit? Quos plane sibi inuicem repugnantes, ampullosæq; uanitatis plenos, mendaces, ineruditos, maleficos ipsius ueritatis lumẽ coarguit. Post omnia uero quæ de illo scribuntur ad iudicium pertinentia, Apollonium scribit inde absolutum sese in Lebadiam

badiam recepisse. Cumq; in Trophonij specum descendere affectaret, prohibitum ab incolis esse ne id facere posset, magum ijs quoque eum esse censentibus: hoc autem loco iure addubitet, qui ea repetat, quæ initio statim historiæ à Philostrato referuntur. Vbi is admirans suspitionem oriri potuisse qua magus Apollonius haberetur, ratione hac utitur. Empedoclem inquit atq; Pythagoram Democritumq; præterea cum ijsdem magis diuersatos, nondum tamen technarum, maleficijq; in opinionem ullam suspitionemq; uenisse, Platonem quoq; tametsi ab Aegyptijs sacerdotibus prophetisq; multa desumpserit, quæ nox suis libris inseruit, minus tamen esse magum existimatum. De Tyaneo autem ipso non plane [illegible] meritis digna homines opinari, neq; intelligi quod ingenuæ sapientiæ ui ad ea perpetrāda sit ductus, causamq; esse huius sinistræ opinionis, quod cum Babyloniorum magis Brachmanibusq; Indorum, ac Aeg[illegible] nudis sit diuersatus. Quid igitur Philostrato re[illegible]ponderi amice conueniat. Nempe hoc pa[illegible]o. Hunccine quæso uirum tantum calumniæ cōtraxisse [illegible] magus duntaxat una omnium uoce habitus sit, qui præceptoribus ijsdem cum illo eruditi & clari suis temporibus uiguerunt, & indeciduum sapientiæ suæ lumen posteris reliquerunt, nisi prudentibus uiris compertum plane fuisset eundem non permissa uirtuti uia nomen sibi autoritatemq; quæsisse? Neque uero hodie quoque desunt, qui expertos se dicant eius nomini inuocato magicas inesse uirtutes ad

superstitiosa quæpiam peragenda, quibus equidem nō facile adducor ut credam.

DE MORTE APOLLONII.

SED PHILOSTRATVS *mortē Apollonij narraturus, æquâ superioribus historiæ locis hic quoq; subnectens, nihil se certi scire professus est. Inquit enim referre alios quidem Ephesi Apollonium decessisse, alios autem in Mineruæ templo Lindiæ ciuitatis, alios in Creta insula. Et cum tantum caliginis de illius morte nobis offundat, ubi it tamen eundem uiuum ad superos conscendisse. Nam cum templum inquit ingressus esset, ualuis repente occlusis, admirandi uirginum cantus in hanc sententiam exauditi sunt. Veni ueni in cœlum Veni. Idem Philostratus ait non uspiam se terrarum Tyanei sepulchrum, cenotaphiúmue saltem uidisse, cum tamen ipse unniuersum orbem peragrarit. Deniq; sentire uidetur mo[illegible] immunem Apollonium esse. Nam & de mortis ge[illegible]re nihil antea certi adducit, & mox in cœlum conscendisse manifeste affirmat. Neq; uero mirandum iam est, si huiusmodi uirum Philostratus uel initio statim libri toti[illegible], ut Pythagora, atq; Empedocle longe maiorem, magnis spatijs prætergressum in philosophia contendat.*

CONTRA FATI NECESSITATEM.

SED *quoniam circa hæc satis iam nostra est oratio peruagata, age nunc de fato, deq; Parcis ipsis pauca proferentes, uideamus quid tandem sibi is uelit,*

cum

cum toto opere quæ iuris nostri sunt tollere uideatur, fatiq; necessitatem rebus ipsis constituat. Nos igitur & fati & Parcarum uires articulatim tractemus: hac enim ratione corrigi poterit siqua inest illius dogmatis falsa sententia, sed est igitur (ut uere philosophiæ ratio tradit) anima immortalis. Nam quod semper mouetur, est immortale, quod autem alud mouet, & mouetur aliunde motus quietem habens, habet & quietem uitæ, culpáq; omnis & causa in eligentem refertur: Deus ipse culpæ immunis. Si hæc inquam ita se habeat, quo nam ratio obtinebit, nõ ex arbitrio quidem suo, sed magis inuitam, ueluti inanimum corpus extrinsecus agitata filo quodam huc et illuc trahatur, perpetuo motu uigentem naturam duci, nihil ui propria motuq; agentem, neq; in se ipsam gestorum suorum causas referentem? Quis inquam cõcedat, neq; maxime philosophantem animam laudari posse, neq; malitiæ, ac delictorũ plenam culpari? Quid igitur Apollonius Euphratem accusas? Quando hic, ut sentire uideris, non electione liberæ uoluntatis, sed fato impulsus est, ut philosophia posthabita, quæstuosius euaserit. Cur autem uel magos ipsos conuitijs insectaris planos, ac pseudosophos appellans, si fato trahuntur ad miserum & infelix uiuendi genus? Quid ita mentio ulla sceleris apud te est? Neq; enim malus quisquã iure damnandus, si quando perperam agens finẽ compleuit, qui sibi ex fati necessitate pendebat. Sicut cõtra de bonis quæri etiam potest. Cur tu Pythagorã

ueneraris ut admirabilem præceptorem? cur hominem inquam Parcarum ludo magis insignem quàm sapientiæ amatorem laudare non cessas? Quidue Indi sapientes illi Phraotes Iarchasq́; diuinis abs te honoribus digni censentur, si nullum ijs propriæ doctrinæ decus aut uirtutis inest? Cumq́; humanum genus omni culpa & peccato liberum esse constituas, cur non & Neronis, ac Domitiani fœdam insolentiam in Parcas et fati refers necessitatem? Quod si cui fato tributum est, ut cursor sit, ut sagittarius, ut architectus, eademq́; alius ratione magus, præstigiator, sicarius, nequam, licentiosus, proculdubio ex fati necessitate in hæc uiuendi genera euadent, quid igitur tantopere ambis & circuncursas, uirtutem illis prædicans, qui emendari, corrigiq́; non possunt? Aut quid eos contra accusas, qui non sententia quidem sua, ac uoluntate, sed fortunæ magis arbitrio insulsi sunt? Age uero ut te ipsum quoque discutiamus, si tibi diuinum fatis ingenium consecuto datum erat imperatoris gloriam superare, cur quæso ad præceptorum ludos, philosophorumq́; accedebas? quidue apud Arabas, Babyloniorum magos & Indorum Brachmanas curiosius uersabaris? Etenim uel citra ullam eorum consuetudinem fatorum dono cuncta se tibi facile ingessissent. Quid uero & ijs litando, qui abs te dei censentur, mellitas nequicquam placentas thuraq́; profundis? Cur religionem prætendens socios quoq; ad uota concipienda precesq́; hortaris? aut ipse precabundus quicquam deos exposcis,

si illos

si illos quoq; fato esse inferiores existimas? Atq; magis te decuit cæteris dijs omißis uni tantum necesßitati, Parcisq́; ipsis rem diuinam facere, supraq́; Iouem ipsum has uenerari. Iam uero hac ratiõe dij penitus ipsi abs te tollentur, tanq̃ scilicet nulli sunt, qui prodesse nihil hominibus queant. Quod si pestilentiæ uis fato Ephesijs imminebat, cur tu fato aduersa remedia proferens, fatum repellebas? Aut qui potius in amouenda peste, Parcas ipsas mortemq́; uicisti, quasiq́; tropheum aliquod de illius uictoria sustulisti? Si & in defuncta puellæ Clothus erant iam stamina prorsus absumpta, quo tu pacto fusum nouo iterum filo ambire, illiq́; esse uiuificus potuisti? Sed te fortaßis eædem Parcæ ad hæc agenti præ[illegible]cebant. Non puto hæc ad tuam facere dignitatem concedes: longe enim abessent à præstantiæ tuæ laude: & tamen antequam in corporis huius molem membraq́; redires, fuisse te olim dicis ex eo genere hominum, qui in mari & nauigatione uersantur. Sed hoc quum uerisimile est necesßitate domina factum [illegible]e. Nihil ergo quod admiremur adducet educatio illa[illegible] natalis dies, circularis doctrina, frugalis diæta, [illegible] animum philosophiæ studium. Necesßitas ergo te, non amor sapientiæ, non uoluntas in Babylonios egit, fatoq́; impulsus magis, quàm discendi cupiditate ad Indorum Brachmanas & Aegyptiorum nudos appulisti. Parcis etiam tribuendum quod Gades, Herculeasq́; columnas, quod Eoum oceanum, quod hesperiũ permeasti, quasi te illæ stamine suo implicitum ad hæc

loca deuoluerint. Quod si quis eum dicat per huiusmo di errores ad sapientiæ participatum aliquem perue- nisse, in fortunam sciëtia referetur, neq; studiosis Tya*neus accedet. Meritoq; admirari illum desinemus, cum sapientia illi non studio, sed necessitate aduenerit.* In *eadem trutina collocari & Pythagoras ipse poterit, & fœdißimum, quodq; uilißimumq; mancipium: nihil etiam à Socrate ipso distabunt, qui Socratem capitali iudicio condemnarunt, quanquam Socrates mortem pro philosophia pertulerit.* Non Diogenes *ab Attica iuuentute, non ut semel dicam, stultus à sapiente, iustus ab iniusto, lasciuus à continente, timidus à forti uiro distabunt, si horum omnium mores* Parcarum *ludo, fatiq; proueniunt: sed enim contra hæc præco ueritatis clamauit.* Heus *homines mortale & pollutum genus, quo nam uos incontinentiæ ducit uini meri potatio? desinite demum ebrietatis, merumq; diluite, rectamq; mentis aciem intendentes ueritatis augustam faciem contemplamini.* Fas *enim non est sibi ipsi repugnare ueritatem, ac dissentire, neq; duobus inter se maxime contrarijs datis eandem utriusq; causam esse: dei certe prouidentia omnia complectitur, ac continet, legibusq; diuinis machina totius mundi disponitur.* Visq; *animæ rationalis, ac finis hominem sui ducem ipsius, dominum, iudicemq; constituit.* Docentq; *nos naturæ leges, ac sapientum dogmata philosophorum, rerum alias penes nos esse, alias uero non esse: penes itaque nos illa esse censentur, quæ ex electione, actuq; proueniunt*

niunt, quæq; natura libera sunt, ut impediri, ac inhibe ri non queant. Quæcunq; igitur iuris nostri non sunt, infirma dixeris, seruientia, prohiberi facilia, aliena, cuius generis ea, quæ circa corpus se habent, externaq; sunt, animæ simul & rationis expertia, & quæ demum substantiam habēt, à peculiari hominum, propriaq; natura longe seiunctam: rursus autem, & ad ea quæ nostri sunt iuris propria nobis inest uoluntas, ad alterutram partem scilicet uel uirtutem uel uitium delectu libero declinandi. Deus porro dominus rerum omnium princepsq; recta ratione singula transigit, secundum naturam per omnia circuncurrens: hunc iusta semper ultio comitatur, graui eos qui à diuina lege discesserint, supplicio punitura, motus uero ipsos, quibus ad agendas res incitamur, non Parcarum fatiue necessitas parit; culpa certe omnis ab electione est nostra, Deus ipse culpæ immunis. Quod si quis huic sententiæ aduersus, quæ iuris nostri sunt, tollere ausit, iam hic pudore nullo detentus, suam manifeste fateatur impietatem. Passimq; prædicet non prouidentiam esse, non Deum nec quicquam aliud præter fati necessitatem, & quæ huic proxima sunt, nuda fronte pronuntiet, id est, non sapientem dari, non stultum, non æquum, non iniquum, non officiosum, non prauum, nō magum hominem, non diuinum ad hominis ingenium naturamq; pertinere, neq; uero philosophiam esse aut doctrinam ullam, non artem penitus, non scientiam, nō mali boniue discrimen à natura constitui, sed confuse

omnia

omnia circumuolui necessitate domina, & Parcarum fusis. Nihilq; sit iam rei, quin Atheus hic, prophanusq; in sapientum numero, ac piorum hominum reponatur. Si quis autem cætera quidem dissimulet, prouidentiam uero diuinam fateatur, & colat: ita tamē ut parcas quoque ac fati necessitatem unà admittat, is cum pugnantibus, ac maxime contrarijs dogmatis flagitiosisq; teneatur meritas insaniæ pœnas expendat. Atq; hæc quidem ita ut tradidi, accipienda sunt. Si quis igitur cum hæc ita se habeant inter philosophos Tyaneum reponat, hoc sibi prædictum sciat, si quidem illi adimat superfluum laudis apparatum, quali scilicet hunc Philostrati historia amiciuit, nullam fore prorsus à nobis inuidiam, sin autem quis eum insumat ueritatis metas egressus, supra facultatem philosophi Deū asserere, is per imprudentiam magiæ nota hominem infamabit. Sicut & hæc ipsa, quæ de illius uita, ac moribus fabulose scribuntur, non aliud sane à prudētibus uiris, quàm calumniæ argumenta, censenda sunt.

FINIS.



